ſapientes uulgo putant̃:uel ꝙ tantũmodo inſtruẽdi nobis hoĩes erũt : hoc eſt ab errore quo ſunt impliciti:
ad rectiorẽ uiã reuocandi.Quod ſi fuerimus ut ſpero aſſecuti : mittemus eos ad ipſum doctrinæ uberrimũ
fontẽ ac pleniſſimũ:cuius hauſtu atq; potu:cõceptã uiſceribus ſitim ſedẽt:ardorẽq; reſtinguant.Eruntq; illis
oĩa facilia:prona:manifeſta:modo ne pigeat ad percipiẽdã ſapiẽtiæ diſciplinã legẽdi uel audiẽdi patientiã cõ/
modare.Multi enĩ uariis ſupſtitionibus ꝑtinaciter inhærẽtes obturant ſe cõtra manifeſtã ueritatẽ : nõ tã de
ſuis religionibus:q̃s praue aſſerũt: bene meriti q̃ de ſe male:qui cũ habeant iter rectũ: deuios ſequunt̃ anfra/
ctus.planũ deſerunt:ut per præcipitiũ labant̃:lucẽ relinquunt: ut in tenebris cæci ac debiles iaceant.His con
ſulendũ eſt:ne cõtra ſe pugnẽt:uelintq; ſe tandẽ ab inueteratis erroribus liberari:quod utiq; facient: ſi quare
ſint nati:aliquãdo ꝓuiderit.Hæc enĩ prauitatis eſt cauſa ignoratio ſui:quã ſiquis cognita ueritate diſcuſſerit:
ſciet quo referẽda:& queãdmodũ ſibi uita degẽda ſit.Cuius ſciẽtiæ breuiter ſummã circũſcribo:ut neq; reli
gio ulla ſine ſapiẽtia ſuſcipienda ſit:nec ulla ſine religione probanda ſapientia.

De errore philoſophorum euacuantiũ prouidentiã:& publica ſtatuentium fide. Cap. II.

SVſcepto igit̃ illuſtrandæ ueritatis officio:non putaui adeo neceſſariũ ab illa quæſtione principiũ
ſumere:quæ uidet̃ prima eſſe natura.Sit ne ꝓuidẽtia:quæ rebus oĩbus cõſulat:an fortuitu uel fa
cta ſint oĩa:uel gerant̃:cuius ſcientiæ auctor eſt Democritus: cõfirmator Epicurus : ſed & antea
Pythagoras:qui deos in dubiũ uocauit.& poſtea Diagoras qui excluſit:& alii nõnulli : qui nõ pu/
tauerũt deos eẽ.quid aliud effecerunt:niſi ut nulla eẽ ꝓuidẽtia putaretur ? quos tamẽ cæteri phĩ
ac maxime ſtoici acerrime retuderũt:docẽtes.nec fieri mũdũ ſine diuina rõne potuiſſe:nec cõſtare niſi ſũma
rõne regeret̃.Sed &.M.Tullius q̃uis academicæ diſciplinæ defenſor eẽt:de ꝓuidẽtia gubernatrice rerum &
multa & ſæpe diſſeruit:ſtoicoꝝ argumẽta cõfirmãs:& noua ipſe afferẽs plurima:qđ facit tũ ĩ oĩbus ſuæ phi/
loſophiæ libris.tũ maxime in his : q̃ ſunt de natura deoꝝ.Nec difficile ſane fuit paucoꝝ hominũ praue ſen/
tientiũ redarguere mẽdacia:teſtimonio populoꝝ atq; gentiũ in hac una re nõ diſſidentiũ.Nemo eſt.n.tã ru/
dis:tã feris moribus:q̃ nõ oculos ſuos in cælũ tollẽs:tametſi neſciat cuius dei ꝓuidẽtia regat̃ hoc oẽ:qđ cer/
nit̃:aliquã tamẽ eẽ intelligat ex ipſa rerũ magnitudine:motu:diſpoſitione:cõſtãtia:utilitate : pulchritudine.
cõparatiõe.Nec poſſe fieri q̃n id quod mirabili rõne cõſtat:niſi cõſilio maiore aliquo ſit iſtructum.Et nobis
utiq; facillimũ ẽ exequi hãc partẽ:quãlibet copioſe.Sed q̃a multũ ĩter philoſophos agitata res eſt:& ꝓuidẽtiã
tollẽtibus ſatis reſpõſum uidet̃ ab hoĩbus argutis & eloquẽtibus:& de ſolertia diuinæ ꝓuidẽtiæ ꝑ totũ hoc
opus:quod ſuſcepimus:ſparſim:dicere nos neceſſe eſt.Omittamus hãc in præſenti quæſtionẽ:quæ cũ cæte/
tis ſic cohæret:ut nihil a nobis diſſeri poſſe uideat̃:ut nõ ſimul de ꝓuidẽtia diſſeratur.

*An poteſtate unius dei mundus regatur:an multorum.* Cap. III.

SIt igitur noſtri operis exordium quæſtio illa cõſequẽs ac ſecunda.Vtrum poteſtate unius dei mũ
dus regat̃:an ne multorum ? Nemo eſt qui deũ ſapiat:rationẽq; ſecũ putet:qui non unũ eſſe ĩtel/
ligat:qui & condiderit omnia:& eadẽ quæ condidit:uirtute moderet̃.Quid enim multis opus ẽ
ad mundi regimen ſuſtinẽdum ? niſi forte arbitremur ſi plures ſint:minus habere ſingulos ner/
uorum atq; uirium.Quod quidem faciunt ii qui eſſe multos uolunt:quia neceſſe eſt imbecilles
eſſe:ſiquidem ſinguli ſine auxilio reliquorũ : tantæ molis gubernaculũ ſuſtinere non poſſent. Deus autem
qui eſt æterna mens:ex omni utiq; parte perfectæ cõſumatæq; uirtutis eſt.Quod ſi uerũ eſt:unus ſit neceſ/
ſe eſt.Poteſtas enim uel uirtus abſoluta:retinet ſuam propriam firmitatem.Id autem ſolidum extimandũ
eſt:cui nihil decedere : id perfectum : cui nihil poſſit accidere. Quis dubitet potentiſſimum eſſe regem:qui
totius orbis habet ĩperium ? neq; ĩmerito:cũ illius ſint quæ ubiq; ſunt oĩa.cũ ad eum ſolũ omnes undiq; co/
pie congerant̃.At ſi plures partiant̃ orbẽ:minus certe opum:minus uiriũ ſinguli habebunt.cũ intra præſcri
ptam portionẽ ſe quiſq; contineat.Eodẽ etiã modo:ſi dii plures ſint:minus ualebunt:aliis tantundẽ in ſe ha
bentibus.Virtutis aũt ꝑfecta natura non põt eſſe niſi in eo in quo totum eſt:q̃ in eo in quo pars exigua de to
to eſt.Deus uero ſi ꝑfectus eſt.quia ꝑfectus eſt (ut eſſe debet) non poteſt eſſe niſi unus:ut in eo ſint oĩa. Deoꝝ
igit̃ uirtutes ac poteſtates infirmiores ſint neceſſe eſt:quia tantum ſingulis deerit:quantum ĩ cæteris fuerit:
ita quanto plures:tanto minores erunt.Quid ꝙ illa ſumma rerum poteſtas ac diuina uis: ne ſemel quidem

Qđ non ſit niſi unus đs / Quo de/us ſit ĩdi/uiſibilis

diuidi põt ? Quicquid enim capit diuiſionẽ:& interitũ capiat neceſſe eſt.Si aũt interitus procul ẽ a deo : quia
incorruptibilis eſt & æternus:conſequens eſt ut diuidi poteſtas æterna non poſſit.Deus ergo unus ẽ: ſi nihil
aliud eſſe põt:quod tantundẽ capiat poteſtatis.At hi tamen qui multos eſſe arbitrant̃:officia inter ſe dicunt
eſſe partitos.de quibus omnibus ſuo loco diſputabimus.Illud interim quod ad præſentem locum pertinet:
teneo.Si partiti ſunt officia inter ſe:eodem reuoluit̃ res:ut ex his quilibet:ſufficere omnibus nequeat. Perfe/
ctus igit̃ iam non erit qui ceſſantibus cæteris:non poteſt omnia gubernare.Ita fit ut ad regendum mũdum
unius perfecta uirtute magis opus ſit:q̃ imbecillitate multorum.Qui autem putat hanc tantam magnitu/
dinem non poſſe ab uno regi:fallitur:nec enim quanta ſit poteſtas diuinæ maieſtatis intelligit : ſi exiſtimat
ſingularem deum qui facere mundum potuit:eundem regere non poſſe quem fecit.At ſi concipiat animo
quanta ſit diuini huius operis immenſitas:cum antea nihil eſſet:tamen uirtute atq; conſilio dei ex nihilo eſ/
ſe conflatam . quod opus niſi ab uno inchoari perficique non potuit : iam intelliget multo facilius ab
uno regi quod eſt ab uno conſtitutum.Dicat fortaſſe aliquis : ne fabricari quidem tam immenſum opus
mundi:niſi a pluribus potuiſſe . quanlibet multos:quanlibet magnos faciat:q̃cq̃d in multis magnitudinis
poteſtatis ; uirtutis : maieſtatiſq; poſuerit : id totum in unum confero ; & in uno eſſe dico : ut tantum in

eo ſit iſtarum rerum:quantum nec excogitari:nec dici poteſt.Qua in re.quoniam & ſenſu deficimus: & uerbis:quia neq; tantæ intelligentiæ lucem pectus humanum:neq; explanationem tantarum reꝝ capit lingua mortalis:idipſum ĩtelligere nos oportet:ac dicere.Video rurſus qd e contrario dici poſſit: Tales eſſe illos plures:qualem nos uolumus unum.At hoc fieri nullo pacto poteſt: ꝙ ſingulorum poteſtas progredi longius non ualebit:occurrentibus ſibi poteſtatibus cæteroꝝ.Neceſſe eſt enim ut ſuos quiſq; limites aut tranſgredi nequeat:aut ſi tranſgreſſus fuerit:ſuis alterum finibus pellat.Nõ uident qui deos multos eſſe credunt:fieri poſſe:ut aliquid diuerſum uelint:ex qua re diſceptatio iter eos & certamen oriať: ſicut Homerus bellantes inter ſe deos finxit:cum alii Troiam capi uellent:alii repugnarent.Vnius igiť arbitrio mundum regi neceſſe eſt.Niſi enim ſingularum partium poteſtas ad unam prouidentiam referať:nõ poterit ſumma ipſa conſtare unoquoq; curante nihil amplius:ꝗ quod ad eum ꝓprie pertineat.Sicut ne res quidem militaris: niſi unũ habeat ducem atq; rectorem.Quid ſi in uno exercitu tot fuerint imperatores: quod legiones: quot cohortes:quot cunei:quot alæ?primum nec inſtrui poterit acies:unoquoq; periculum recuſante: nec regi facile: aut temperari:ꝙ ſuis propriis conſiliis utantur omnes:quorum diuerſitates plus noceant:ꝗ pſint.Sic in hoc rerum naturæ imperio:niſi unus fuerit ad quem totius ſummæ cura referať:uniuerſa ſoluentur:& corruẽt

Dicere autem multorum arbitrio regi mundum:tale eſt:quale ſi quis affirmet: in uno corpore multas eſſe mentes:quoniam multa & uaria ſunt miniſteria membrorum:ut ſingulos corporis ſenſus:ſingulæ mentes regere credantur.Item multi affectus ꝗbus cõmoueri ſolemus uel ad iram:uel ad cupiditatẽ: uel ad lætitiã: uel ad metũ: uel ad miſerationẽ:ut in his oĩbus totidẽ mentes puteñť opari. Qđ ſi qs ꝑfecto dicat:ne ipſam quidem quæ una eſt:habere uideatur:quod ſi in uno corpore tantarum rerum gubernationem mens humana poſſideat:& uniuerſis ſimul intenta eſt:cur aliquis exiſtimet mundũ nõ poſſe ab uno regi: a pluribus poſſe?Quod quia ĩtelligunt iſti aſſertores deoꝝ ita eſſe præeſſe ſingulis rebus:ac partibus dicunt: ut tamen unus ſit rector eximius.Iam ergo cæteri dii nõ erũt:ſed ſatellites ac miniſtri:quos ille unus maximus & potens oĩum officiis iis præfecerit:ut ipſi eius ĩperio ac nutibus ſeruiãt:ſi uniuerſi pares nõ ſunt:nõ igiť dii oẽs ſunt.Nec enim poteſt hoc idem eſſe quod ſeruit:& quod dominatur.Nam ſi deus eſt nomen ſummæ poteſtatis:incorruptibilis eſſe debet:perfectus:impaſſibilis:nulli rei ſubiectus:ergo dii non ſunt:quos parere uni maximo deo neceſſitas cogit.

Cõparat[illegible] optima cõ[illegible] futãs plu[illegible] res eẽ deo[illegible]

Prophetarum aſſeri teſtimoniis ꝙ unus tantum ſit deus. Cap. IIII.

Sed quia nõ fruſtra fallunť hi:qui hoc putãt:cauſam huius erroris paulo poſt aperiemus.Nũc unitatẽ diuinæ poteſtatis teſtimoniis cõprobemus.Prophetæ qui fuerũt admodũ multi: unũ deum prædicãt:unũ loquunť:quippe qui unius dei ſpiritu pleni:quæ futura eſſent: pari & cõſona uoce prædixerũt.At eni ueritatis expᵭtes nõ putant his eſſe credendũ.illas enĩ nõ diuinas:ſed humanas uoces fuiſſe aiũt:uidelicet ꝗa de uno deo præconiũ faciũt:aut inſani:aut mẽdaces fuerũt.Atqui ĩpleta eſſe in plæriſq; quotidie illorũ uaticinia uidemus:& in unã ſentẽtiã cõgruens diuinatio:docet nõ fuiſſe furioſos.Quis enĩ mẽtis ſemotæ:nõ modo futura præcinere:ſed etiã cohærentia loqui poſſit? Nũ ergo fallaces erãt:qui talia loquebanť?quid ab his tam longe alienũ fuit: ꝗ ratio fallendi?cũ cæteros ab omni fraude cohiberet?Icciro enĩ a deo mittebanť:ut & præcones eſſent maieſtatis eius:& correctores prauitatis humanæ.Præterea uoluntas fingendi ac mentiẽdi eorũ eſt:qui opes appetunt:lucra deſiderãt: quæ res ꝓculdubio ab illis ſanctis uiris abſuit.Ita enĩ delegato ſibi officio functi ſunt: ut derelictis oĩbus ad tutelã uitæ neceſſariis: nõ modo in futurũ:ſed ne in diem quidẽ laborarẽt:cõtenti temporali cibo:quẽ deus adminiſtraſſet. & hi nõ modo quæſtũ ullũ habuerũt:ſed etiã cruciatus atq; mortẽ.Amara ſunt enĩ uitioſis ac male uiuentibus ꝑcepta iuſtitiæ.Itaq; hi quorũ peccata arguebanť & ꝓhibebanť:excruciatos eos acerbiſſime necauerũt. Ergo a quibus abfuit ſtudium lucri: abſuit etiã uoluntas & cauſa fallendi. quid ꝙ aliqui eorũ principes:aut etiã reges fuerunt:in quos cadere nõ poſſet ſuſpicio cupiditatis ac fraudis:& tamẽ præconium dei ſingularis eadem: qua cæteri diuinatione fecerunt.

Quomodo ꝓphetæ uera dixerunt

De teſtimoniis poetarum. Cap. V.

Sed omittamus ſane teſtimonia ꝓphetarũ:ne minus idonea ꝓbatio uideatur eſſe: de quibus his oĩno nõ crediť.Veniamus ad auctores:& eoſipſos ad ueri ꝓbationẽ teſtes citemus: quibus cõtra nos uti ſolent:poetas dico ac philoſophos:ex his unũ deũ ꝓbemus neceſſe eſt.nõ ꝙ illi habuerint cognitã ueritatẽ:ſed ꝙ ueritatis ipſius tanta uis eſt:ut nemo poſſit eſſe tam cæcus qn nõ uideat ĩgerentẽ ſe oculis diuinã claritatẽ.Poetæ igiť ꝗuis deos carminibus ornauerint:& eoꝝ res geſtas amplificauerint ſũmis laudibus:ſæpiſſime tamẽ cõfitenť ſpiritu uel mẽte una cõtineri regiq; oĩa.Orpheus qui eſt uetuſtiſſimus poetarũ:& æꝗlis ipſorũ deoꝝ.ſiqdẽ tradũt ĩter argonautas cum Tyndaridis & Hercule nauigaſſe:deũ uerũ & magnũ: πρωτογονον.i.prĩo genitũ appellat ꝙ ante ipſũ nihil ſit genitũ:ſed ab ipõ ſint cũcta generata.Eũdẽ etiã φανητα.i.illuminatorẽ noĩat.quoniã cũ adhuc nihil eẽt:primus ex ĩfinito apparuerit & extiterit:cuius originẽ atq; naturã:ꝗa cõcipe aĩo nõ poterat:& aere ĩmẽſo natũ eẽ dixit: πρωτογονοσ φαετων περιμηκεοσ νεροσ υιο.i.prĩcipio genitus Pheaton lõgo aere natus.Aliud.n.amplius qđ diceret nõ habebat. Hũc ait eẽ oĩum deorũ parẽtẽ:quoꝝ cã cælũ cõdiderit:liberiſq; ꝓſpexerit: ut haberẽt habitaculũ ſedẽq; cõmunẽ:εκτισεν αθανατοισι δομον αφθιτον:ideſt condidit ĩmortalibus domũ ĩcorruptibilem.Naturã igitur huc ratione ducente intellexit eſſe præſtantiſſimã potentiã cæli ac terræ conditricẽ. Non poterat enim Iouem dicere eſſe principem rerũ:qui erat ſaturno genitus:neq; ſaturnũ ipſum:qui cælo natus ferebať.Cælum autem tanꝗ deum primũ conſtituere non audebat:quod uidebat eſſe elementum mũdi: quod ipſum eguerit auctore. Hæc enĩ ratio perduxit ad illũ deum primogenitũ: cui aſſignat & tribuit principatũ.Homerus nihil nobis dare potuit:quod pertineat ad ueritatem:qui humana potius ꝗ diuina conſcripſit.Potuit

Orpheus de deo qđ ſentiat

Heſiodus poſuit chaos oĩum eẽ pricipium

Heſiodus:qui deorũ generationẽ unius libri opere complexus eſt:ſed tamen nihil dedit:non a deo cõditore ſumens exordium:ſed a Chao:quod eſt rudis inordinatæq; materiæ cõfuſa congeries:cum explanare ante debuerit Chaos ipſum:unde:quando:quomodo eſſe aut conſtare cœpiſſet.Nimirum ſicut ab aliquo artifice:diſpoſita:ordinata effecta ſunt omnia : ſic ipſam materiam fictam eſſe ab aliquo neceſſe eſt. Quis igitur hanc niſi dominus fecerit? cuius poteſtati ſubiacent omnia.Sed refugit hoc ille dum horret incognitam ueritatem.Non enim muſarum inſtinctu:ſicut uideri uolebat in Helicone : carmen illud effudit : ſed meditatus uenerat & paratus.

Maro

Noſtrorum primus Maro non longe fuit a ueritate:cuius de ſummo deo: quem ſpiritum ac mentem nominauit:hæc uerba ſunt. Principio cælum ac terras:campoſq; liquentes:Lucentemq; globum lunæ:titaniaq; aſtra. Spiritus ĩtus alit:totãq; infuſa per artus Mens agitat molem:& magno ſe corpore miſcet. Ac ne quis forte ignoret: quiſnam eſſet ille ſpiritus:qui tantum haberet poteſtatis : declarauit alio loco dicens. Deum nãque ire per omnes:Terraſq;:tractuſq; maris:cœlumq; profundum.Hinc pecudes armenta:uiros genus omne ferarum Quẽq; ſibi tenuis naſcentem arceſſere uitas.

Ouidius

Ouidius quoq; in principio præclari operis ſine ulla nominis diſſimulatione:a deo quem fabricatorem mundi: quem rerum opificem uocat:mundũ fateť inſtructũ.Quid ſi uel Orpheus:uel hi noſtri quæ natura ducẽte ſenſerũt:in ꝑpetuũ defendiſſent? eãdẽ quã nos ſeqmur doctrinã : cõprehẽſa ueritate tenuiſſent.Sed hactenus de poetis:ad philoſophos ueniamus:quorum grauior eſt auctoritas:certiuſq; iudicium:quia non rebus cõmenticiis:ſed inue/

Variæ de deo philoſophorũ ſententiæ

ſtigandæ ueritati ſtuduiſſe creduntur.Thales Mileſius:qui unus e numero ſeptem ſapientum fuit : qui primus omnium quæſiſſe de cauſis naturalibus traditur : aquam eſſe dixit:a qua nata ſunt omnia.Deum autẽ eſſe mentem:quæ ex aqua cuncta formauerit.Ita materiam omniũ rerum poſuit in humore:principiũ cauſamq; naſcendi poſuit in deo.Pythagoras ita diffiniuit quid eſſet deus:animus qui per uniuerſas mundi partes omnẽq; naturam cõmeans atq; diffuſus:ex quo omnia quæ naſcuntur animalia:uitã capiunt.Anaxagoras deum eſſe dixit infinitẽ mentẽ:quæ per ſeipſam moueatur. Antiſthenes multos quidẽ eẽ populares deos:unum tamen naturalẽ:ſummæ totius artificem.Cleantes & Anaximenes æthera dicunt eſſe ſummum deum:cui opinioni poeta noſter aſſenſit. Tum pater omnipotens fœcundis hymbribus æther.Coniugis in gremiũ lætæ deſcendit:& omnes Magnus alit:magno permixtus corpore fœtus.Chryſippus naturalẽ uim diuina ratione præditam:interdũ diuinã neceſſitatem deũ prædicat. Item Zenon diuinã:naturaleq; legem. Horum enim omniũ ſententia q̃uis ſit incerta:eodem tamen ſpectat : ut prouidentiã unã eſſe conſentiant: ſiue enim natura:ſiue æther:ſiue ratio:ſiue mens:ſiue fatalis neceſſitas:ſiue diuina lex:ſiue quid aliud dixeris idem eſt quod a nobis dicitur deus.Nec obſtat appellationum diuerſitas : cum ipſa ſignificatione ad unum omnia reuoluantur. Ariſtoteles q̃uis ipſe ſecum diſſideat : ac repugnantia ſibi & dicat & ſentiat : in ſummũ tamen unã mentem mundo præeſſe teſtatur.Plato qui omnium ſapientiſſimus iudicatur: monarchiã plene aperteq; defendit:nec æthera:aut rationem:aut naturã:ſed ut eſt deum nominat : ab eo mundũ hũc perfectum atque mirabilem eſſe fabricatum.Quem Cicero ſecutus atque imitatus in plurimis.deum confitetur:ac ſupremum uocat in his libris:quos de legibus ſcripſit: ab eoque regi mundũ argumentatur: cum diſputet de natura deorum hoc modo.Nihil eſt præſtantatius deo.ab eo igitur mundum regi neceſſe eſt. Nulli igitur eſt naturæ obediens aut ſubiectus deus:omnem ergo regit ipſe naturam.Quid autem ſit deus:in conſolatione definit.Nec uero deus ipſe:qui intelligitur a nobis:alio modo intelligi poteſt : niſi mens ſoluta quædam & libera ſegregata ab omni concertatione mortali:omnia ſentiens:& omnia mouens.

Seneca ſtoicus

Anneus quoq; Seneca:qui ex romanis uel acerrimus ſtoicus fuit q̃ ſæpe ſummum deum merita laude proſequitur.Nam cum de immatura morte diſſereret.non intelligis inquit auctoritatem ac maieſtatem iudicis tui? rectoris orbis terrarum : cæliq; & deorum omniũ dei:a quo iſta numina quæ ſingula adoramus : & colimus:ſuſpenſa ſunt.Item in exhortatiõibus.Hic cũ prima fundamẽta molis pulcherrimæ iaceret:& hoc ordireť:quo neq; maius quicq; nouit natura:nec melius:ut omnia ſub ducibus ſuis irent : q̃uis ipſe per totũ ſe corpus intenderat:tamen miniſtros regni ſui deos genuit.Et q̃ multa alia de deo noſtris ſimilia locutus ẽ quæ nunc differo:ꝙ aliis locis opportuniora ſunt.Nunc ſatis eſt demonſtrare ſummo ingenio uiros attigiſſe ueritatem ac pene tenuiſſe:niſi eos retrorſum ĩfucata prauis opĩonibus conſuetudo rapuiſſet: qua & deos alios eſſe opinabantur.Et ea quæ in uſum hominis deus fecit:tanquam ſenſu prædita eſſent: pro diis habenda & colenda credebant.

## De teſtimoniis prophetarum & philoſophorum.& de teſtimoniis Cottæ pontificis Triſmegiſti:& de decem Sibyllis. Cap. VI.

NVnc ad diuina teſtimonia tranſeamus:ſed prius unum proferam:quod ẽ ſimile diuino & ob nimiam uetuſtatem:& ꝙ is quem nominabo:ab hominibus inter deos relatus eſt. Apud Ciceronem.C.Cotta pontifex diſputans cõtra ſtoicos de religionibus & de uarietate opĩonum:quæ ſolent eſſe de diis:ut more academicorum omnia faceret incerta : quinque fuiſſe Mercurios ait:& enumeratis ꝑ ordinẽ q̃ttuor:quintũ fuiſſe eũ:a quo Argus occiſus ſit: ob eamq; cãm in Aegyptũ ꝓfugiſſe: atq; ægyptiis leges ac lr̃as tradidiſſe.Hũc ægyptii θγου γνα appellant:a quo apud eos primus ãni ſui mẽſis ideſt September nomen accepit.Idem condidit oppidum:quod etiam nunc græce uocatur Mercurii ciuitas:& Phaematæ ſeruant & colũt eum religioſe.Qui tametſi homo fuerit antiquiſſimus : tamẽ & inſtructiſ/

Mercurius triſmegiſtus qd de deo ſentiat

ſimus omni genere doctrinæ: adeo ut ei multarum rerũ & artium ſcientia Triſmegiſti cognomen imponerent.Hic ſcripſit libros & quidem multos: ad cognitionem diuinarum rerꝫ ꝑtinentes:in quibus maieſtatẽ ſummi ac ſingularis dei aſſerit : iſdemq; nominibus appellat:quibus nos deum & patrem : ac nequis nomen eius reqreret: ανώνυμον eſſe dixit:eo ꝙ nõis proprietate nõ egeat:ob ipſam ſcilicet unitatẽ.ipſius hæc uerba ſunt:ὁ Δε θεὸσ εισ εισ ὀνόματοσ οὐ πρὸσ δειται εστι γαρ ὁ ὢν ανονυμοσ.i. Deus autem unus:unus

autem nomine.eſt enim qui eſt ſine nomine.Deo igitur nomen non eſt:quia ſolus eſt:nec opus eſt proprio uocabulo:niſi cum diſcrimen exigit multitudo:ut unamquamq̧ perſonā ſua nota: & appellatiōe deſignes Deo aūt quia ſemp unus eſt:ꝓprium nomē eſt deus. Supereſt de reſponſis:carminibuſq̧ ſacris teſtimonia: quæ ſunt multo certiora proferre.Nam fortaſſe hi:contra quos agimus:nec poetis putant eſſe credendū:tāquā uana fingentibus:nec philoſophis:qui errare potuerunt:quia & hi homines fuerunt.M.Varro:quo nemo unq̄ doctior:ne apud græcos q̄dem neq̧ apud latinos uixit:in libris rerum diuinaꝝ:quos ad.C.Cæſarē ſcripſit pontificē maximum:cum de q̄ndecim uiris loqueret:ſibyllinos libros ait non fuiſſe unius Sibyllæ: ſed appellari uno nomine ſibyllinos:q̧ oēs fœminæ uates Sibyllæ ſunt a ueteribus nuncupatæ:uel ab unius Delphidis noīe:uel a conſiliis deorum denunciandis.σιοὺσ enim deos nō θεοὺσ & cōſiliū nō βουλὴν ſed βούλιαν appellabāt æolico genere ſermonis.Itaq̧ Sibyllam dictā eſſe q̄ſi θεοβούλην. Cæterū Sibyllas decē numero fuiſſe:eaſq̧ omnes enumerauit ſub auctoribus:q̄ de ſingulis ſcriptitarunt.Primam fuiſſe de Perſis: cuius mentionē fecerit Nicanor:qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit.Secūdā Libycam:cuius meminit Euripides in Lamiæ ꝓlogo.Tertiam Delphicam:de qua Chryſippus loquit̄ in eo libro:quem de diuinatione compoſuit.Quartam Cumæam ī Italia:quā Neuius ī libris belli punici:Piſo in annalibus noīat.Quītam Erythræam:quā Apollodorus Erythræus affirmat ſuā fuiſſe ciuem.Eāq̧ graiis Ilium petentibus uaticinatam & perituram eſſe Troiam:& Homerum mendacia ſcripturum.Sextam ſamiā:de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus ſamiorum reperiſſe ſcriptum.Septimam Cumanam nomine Amaltheam quæ ab aliis Demophiletis Herophile nominatur:eamque nouem libros attuliſſe ad regem Tarquinium Priſcum: ac pro eis trecentos Philippeos poſtulaſſe: regemque aſpernatum precii magnitudinem & deriſiſſe mulieris inſaniam illam in conſpectu regis tres combuſſiſſe: ac pro reliquis idem precium poſtulaſſe. Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe. Quæ denuo tribus aliis exuſtis cum in eodem precio perſeueraret:motum eſſe regem: ac reſiduos trecentis aureis emiſſe: quorum poſtea numerus ſic auctus:capitolio refecto:q̧ ex omnibus ciuitatibus:& italicis:& græcis: & præcipuæ erythræis coacti allatiq̧ ſunt romam: cuiuſcunq̧ Sibyllæ nomine fuerūt.Octauam Helleſponticam in agro troiano natam uico Marineſſo circa oppidum Girgithium: quam ſcribit Heraclitus pōticus ſolonis & Cyri fuiſſe temporibus.Nonam phrygiam:quæ uaticinata ſit Anciræ:Decimam Tiburtem nomine Albumeam: quæ Tiburi colitur:ut dea iuxta ripas amnis Anienis: cuius in gurgite ſimulachrū eius inuentum eſſe dicitur tenens in manu librum. Cuius ſacra ſenatus in capitolium abſtulerit. Harum omnium ſibylarum carmina & feruntur & habentur præterq̄ Cumeæ: cuius libri a Romanis occultantur: nec eos niſi a quindecim uiris inſpici fas eſt.Et ſunt ſingularum ſinguli libri:qui quia ſibylæ nomine inſcribuntur:unius eſſe creduntur:ſunt que confuſi:nec diſcerni:ac ſuum cuiq̧ aſſignari poteſt:præter Erythreæ: quæ & nomen ſuum carmini uerum inſeruit:& Erythream ſe nominatum iri prælocuta eſt:cum eſſet orta Babiloniæ: ſed & nos confuſe ſibyllam dicemus: ſicubi teſtimoniis earum fuerit abutendum. Omnes igitur hæ ſibyllæ unum deum prædicant:maxime tamen Erythræa:quæ celebrior inter cæteras:ac nobilior habetur:ſiquidem Feneſtella diligētiſſimus ſcriptor de quindecim uiris dicens ait:Reſtituto capitolio rettuliſſe ad ſe.C.Curionem con. ut legati Erythras mitterentur:qui carmina ſibyllæ conquiſita Romam deportarent.Itaq̧ miſſos eſſe.P.Gabiniū. M.Octatilium.L.Valerium: qui deſcriptos a priuatis uerſus circa mille Romam deportarunt: idem ſupra oſtendimus dixiſſe Varronem.In his ergo uerſibus:quos legati romam attulerunt:de uno deo hæc ſunt teſtimonia: εἰσ θεόσ ὃσ μόνοσ ἐστλοσ ὀλὴ περμε γέθησ ἀγένητοσ: ideſt unus deus; qui ſolus principatur: iſq̧ ampliſſimus increatus. Hunc eſſe ſolum deum ſummū qui cælum fecerit:luminibuſq̧ diſtinxerit:ἀλλὰ θεὸσ μόνοσ εἷσ πανύπερτατοσ ὃσ πεποίηκεν οὐρανὸν ἠλίον τεασ τέρασ ἠδὲ σελήνην καρποφόρον γαῖαν τε καὶ ὕδατοσ οἰδματα πόντου:ideſt ſed deus ſolus unus eminentiſſimus: qui fecit cælum ſolēque & ſtellas:lunāq̧ fructiferāq̧ terram:& aque maris fluctus:Qui:quomodo ſolus ſit ædificator mundi & artifex rerum uel quibus conſtat:uel quæ in eo ſunt ſolum coli oportere teſtatur:αὐτὸσ τὸν μόνον ὄντασ ἐβεσθε ἡγήτορα κόσ μόνοσ μόνοσ εἰσ αἰῶνα ἐξ αἰῶνοσ ἐτύχεν:ideſt ipſum qui ſolus eſt:colite principem mundi:qui ſolus eſt in ſæculum atq̧ a ſæculo factus.Item alia Sibylla quæcunq̧ eſt: cum perferre ſe ad homines dei uocem diceret.ſic ait: μόνοσ γάρ εἰμι θεὸσ καὶ οὐκ ἔστι θεὸσ ἄλλοσ: ideſt ſolus enim deus ſum: & non alius.Exequerer nunc teſtimonia cæterarū:niſi & hæc ſufficerent: & illa opportunioribus locis reſeruarem.Sed cum defendamus cauſam ueritatis apud eos:qui aberrantes a ueritate falſis religionibus ſeruiunt:quod genus probationis aduerſus eos magis adhibere debemus:q̄ ut eos deorum ſuorum teſtimoniis reuincamus.

Quot ſit ſibyllæ & q̄bus noībus nūcupentur

Feneſtella

## De teſtimonio Apollinis & deorum. Cap. VII.

APollo enim quem præter cæteros diuinum maximeq̧ fatidicum exiſtimant.Colophonæ reſpōdens q̧ Delphis credo emigrauerat:amœnitate ductus Aſiæ:quærenti cuidam quis eſſet: aut q̄d eſſet omnino deus: reſpondit uiginti & uno uerſibus: quorum hoc principium eſt: αὐτοφυὴσ ἀδίδακτοσ ἀμήτωρ ἀστυφέλικτοσ οὔνομα μηδὲ λόγῳ χωρούμενον ἐν πυρὶ ναίων τοῦτο θεόσ μικρὰ δὲ θεοῦ μερὶσ ἄγγελοι ἡμεῖσ: ideſt ex ſe ortus indoctus ſine matre expugnabile nomen:nec uerbo capiendum:in igne habitās: modica autem dei portio angeli nos.Nunquid potes ſuſpicari de Ioue eſſe dictum qui matrem habuit & nomen. Quid quod Mercurius ille ter maximus: cuius ſupra mentionem feci: non modo ſine matre: ut Apollo: ſed ſine patre quoque appellat deum: q̧ origo illi non ſit aliunde:nec enim poteſt ab ullo generari:qui ipſe uniuerſa generauit:ſatis ut opinor & argumentis docui: & teſtibus confirmaui quod per ſe ſatis clarum eſt. Vnum eē regē mūdi:unū patrē:unū deū.

Apollo q̄d deū eē dixerit

Sed fortaſſe quærat aliquis a nobis:illud qđ apud Ciceronē quærit Hortēſius.Si deus unus eſt:quæ eē beata ſolitudo queat? tanq̄ nos qui unū eſſe dicimus deſertū ac ſolitariū dicamus.Habet enī miniſtros:quos uocamus nuncios.Et eſt illud uerū quod dixiſſe in exhortationibus Senecā ſupra rettuli:genuiſſe regni ſui miniſtros deū.Verū hi neq; dii ſunt:neq; deos ſe uocari aut coli uolūt:quippe qui nihil præter iuſſum ac uolūtatē dei faciāt.Nec tamē illi ſunt:qui uulgo colunť:quorū & exiguus & certus eſt numerus. Quod ſi cultores deorū ipſos eos ſe colere putāt:quos ſummi dei miniſtros appellamus:nihil eſt q̄ nobis faciat inuidiā : q̄ unū dicamus:multos negemus.Si eos multitudo delectat:nō duodecim dicimus:aut trecētos ſexaginta q̄n

Orpheus que(ut Orpheus)ſed innumerabiles eē arguimus eorū errores:qui tam paucos putāt.Sciant tamē quo nōīe appellari debeant:ne deū uerū uiolent:cuius nomē exponūt dū pluribus tribuūt. Credant Apollini ſuo:qui eodem illo reſpōſo:ut Ioui principatū:ſic etiā cæteris diis abſtulit nomē.Tertius.n.uerſus oſtendit dei miniſtros:nō deos: ſed rerū miniſtros appellari oportere.De ſe quidē ille mētitus eſt:qui cū ſit e numero dæmonum angelis ſe dei aggregauit: deniq; in aliis reſpōſis dæmonē ſe eſſe cōfeſſus eſt. Nam cū interrogareť quō ſibi ſupplicari uellet:ita reſpōdit:πωνσοφε παντο διδακτε οσ μολοσζοφ κλυθι δαιμον : ideſt oīa ſapiēs: oīa docte : qui per cuncta uerſaris exaudi dæmon . Itē rurſus cū preces in Apollinē ſminthiū rogatus exprimeret:ab hoc uerſu exorſus eſt:αρμον ικοσ μον φαεσολε και σοφε δαιμοι:ideſt coaptatio mūdi & oīno lucide:& ſapiēs dæmon.Quid ergo ſupeſt niſi ut ſua cōfeſſione uerberibus ueri dei ac pœnæ ſubiaceat ſempiternæ.Nā in alio reſponſo ita dixit:δαιμονεσ οι φοιτωσι περι χτονα και περι ποντον ακαματοι δαμον ται υπαι μαστηγι θεοιο.i.dæmones qui degunt circa terrā & circa pontū indefeſſi:domanť ſub flagellis dei. De utriſq; generibus in ſecūdo libro diſſeremus.Interim nobis ſat eſt q̄ dū ſe honorare uult:& in cælo collocare:cōfeſſus eſt id qđ res ſe habet:quō ſint appellandi:qui deo ſemp aſſiſtūt.Retrahāt ergo ſe hoīes ab erroribus:& abiectis religionibus prauis:parentē ſuū:dominūq; cognoſcant:cuius nec uirtus exiſtimari pōt: nec magnitudo pſpici:nec principiū cōprehēdi:cū ad illū mentis humanæ intētio & acumē & memoria puenerit:quæ ſubactis & cōſūmatis oībus uiis ſubſtitit.Hæret:deficit:nec eſt aliqd ulterius quo pgredi poſſit:uerum:qa fieri nō pōt:qn id qđ ſit:aliquādo eē cœperit:cōſequēs eſt:ut quoniā nihil ante illū fuit:ipſe ante oīa ex ſeipſo ſit procreatus:ideoq; ab Apolline.αυτοφυησ.i.ex ſe ortus.A Sibylla αυτογενησ.i.ex ſe genitus : & αγενητοσ.i.īgenitus:& αποιητοσ.i.nō factus noīatur.quod Seneca homo acutus in exhortatiōībus uidit. Nos inquit aliunde pēdemus.Itaq; ad aliquē reſpicimus:cui quod eſt optimū in nobis debemus. Alius nos edidit:alius nos inſtruxit:deus ipſe ſe fecit.

De cæcitate eorū:qui plures deos opinantur:& unde hic error habuit originē : & q̄ corpus deo nō eſt neceſſarium:nec propagatio liberorum. Cap. VIII.

Plato His igitur tot & tantis teſtibus comprobatur unius dei poteſtate ac prouidentia mundū gubernari:cuius uim maieſtatemq; tantā eſſe dicit in Timæo Plato:ut eam neq; mente concipere : neque uerbis enarrare quiſquā poſſit ob nimiam & īextimabilem poteſtatem. Dubitet ergo aliquis an quicquā difficile aut impoſſibile ſit deo:qui tanta tamq; mirifica opera prouidentia excogitauit: uirtute conſtituit:ratione perfecit : nunc autem ſpiritu ſuſtentet:poteſtate moderetur.inexcogitabilis : ineffabilis : & nulli alii ſatis notus q̄ ſibi . Vnde mihi de tanta maieſtate ſæuius cogitanti:qui deos colunt interdum uideri ſolent tam cæci:tam incogitabiles : tam excordes:tam non multum a mutis animalibus differentes:qui credant eos:qui geniti ſunt maris ac fœminæ coitu aliquid maieſtatis diuinæq; uirtutis habere potuiſſe. cum Sibylla Erythræa dicat : ουδινα τοι ανδροσ εκ μηρων μητρασ τεθεοσ τετυπωμενοσ ειναι:ideſt non poteſt ex uiri fœmoribus & matrice deus formatus eſſe.Quod ſi eſt uerum ſicuti eſt: apparet Herculem:Apollinem:Liberum:Mercurium:Iouéque ipſum cum cæteris : homines fuiſſe : quando ſunt ex duobus ſexibus nati.Quid eſt autem tam remotum a deo:q̄ id opus: quod ipſe ad propagandam ſobolē mortalibus tribuit:& q̄ ſine ſubſtantia corporali nullum poteſt eſſe? Diis ergo: ſi ſunt immortales: æterni : quid opus eſt altero ſexu? nimirum ut generentur.ipſa progenie quid opus eſt:cum ſucceſſione non

Sexus uiri & mulieris q̄re īuētus ſit egeant:qui futuri ſunt ſemp? Nam pfecto in hoībus cæteriſq; animātibus diuerſitas ſexus & coitio & generatio nullam habet aliam rōnem:niſi ut oīa genera uiuentium:quoniam ſunt conditōe mortalitatis obitura:mutua poſſint ſucceſſione ſeruari.Deo aūt q eſt ſempiternus:neq; alter ſexus neq; ſucceſſio neceſſaria eſt. Dicet aliqs ut habeat miniſtros:uel ī quos ipſe poſſit dominari.Quid ergo opus eſt ſexu fœmineo ? cū deus qui eſt oīpotens:ut uocať:ſine uſu & opera fœminæ poſſit filios pcreare ? Nam ſi qbuſdam minutis anīalibus id præſtitit:ut ſibi e foliis natos & ſuauibus herbis ore legant:cur exiſtimet aliqs ipm deum niſi ex permixtione ſexus alterius non poſſe generare? Illos igiť quos imperiti & inſipientes tanquam deos & nuncupant & adorant:nemo eſt tam inconſideratus:qui non intelligat fuiſſe mortales.Quomodo ergo īquit aliquis:dii crediti ſunt? Nimirum quia reges maximi ac potentiſſimi fuerūt:ob merita ſuarum uirtutum aut munerum aut artium repertarum:cum cari fuiſſent his quibus imperitauerant : in memoriam ſunt conſecrati.quod ſi quis dubitet:res eorum geſtas & facta conſideret : quæ uniuerſa tam poetæ q̄ hiſtorici ueteres prodiderunt.

De Hercule & geſtis eius atq; ortu eius ex Ioue & Alcmena & morte eius. Cap. IX.

Hercules q ob uirtutem clariſſimus & quaſi Africanus īter deos habetur:nōne orbem terræ: quē peragraſſe ac purgaſſe narrať:ſtupris:libidinibus:adulteriis īquiauit? nec mirum:cum eſſet adulterio genitus Alcmenæ.Quid tandem potuit in eo eſſe diuini:qui ſuis ipſe uitiis mancipatus : &

Herculis ortus & geſta mares & fœminas contra omnes leges infamia:dedecore:flagitio affecit? Sed ne illa quidem quæ magna & mirabilia geſſit : talia iudicanda ſunt : ut uirtutibus diuinis tribuenda uideanť. Quid enim tam magnificum ſi leonem aprumque ſuperauit? ſi aues ſagittis deiecit? ſi regium ſtabulum egeſſit?

ſi uirginẽ uicit? cingulūq; detraxit? ſi equos feroces cum domio iteremit? Opera ſunt iſta fortis uiri: hoīs ta
men. Illa enī quæ uicit fragilia & mortalia fuerunt. Nulla eſt enī (qđ ait orator) tanta uis quæ non ferro aut
uiribus debilitari frāgiq; poſſit. At animū uīcere: iracundiam cohibere. fortiſſimi eſt: quæ ille nec fecit unq̄:
nec potuit. Hæc q faciat non modo ego eū cū ſummis uiris comparo: ſed ſimillimū deo iudico. Vellem abſte
ciſſet de libidine: luxuria: cupiditate: inſolentia: ut uirtutem eius impleret: quem ſimilem deo iudicabat. Nō
enī fortior iudicandus eſt q leonem: q̄ q uiolentiam & ī ſeipſo īcluſam feram ſuperat iracundiam: aut q rapa
ciſſimas uolucres deiicit: q̄ q cupiditates auidiſſimas coercet. Aut q Amazonē bellatricē q̄ q libidinem uicit:
pudoris ac famæ debellatricem: aut q fimū de ſtabulo: q̄ q uitia de corde ſuo egerit: quæ magis ſunt pnicio
ſa: qa domeſtica & propria mala ſunt: q̄ illa quæ uitari poterant & caueri. Ex quo fit ut ille ſolus uir fortis de
beat iudicari: q temperans & moderatus eſt & iuſtus. Quod ſi cogitet aliqs: quæ ſint dei opa: iam hæc oīa q̄
mirant̄ hoīes ieptiſſimi: ridicula iudicabit. Illa enī non diuinis uirtutibus quas ignorans: ſed īfirmitate ſua
rum uirium metiunt̄: nam illud qdem nemo negauit. Herculē non tantū Euriſtheo ſeruiſſe regi: quod ali
quatenus honeſtū uideri pōt: ſed et īpudicæ mulieri Omphale: quæ illum ueſtibus ſuis īdutum ſedere ad
pedes ſuos iubebat penſa facientem: deteſtabilis turpitudo: ſed tanti erat uoluptas. Quid tū īquiet aliqs. Poe
tis ne credendum putas? Quid ni putem? Non enim iſta Lucillius narrat: aut Lucianus: qui diis & homi Lucillius
nibus non pepercit: ſed potiſſimum qui deorum laudes canebant. Ergo quibus credemus: ſi fidem laudan auctor
tibus non habemus? Qui hos mentiri putat: ꝓferat alios qbus credamus auctores: q nos doceant qui ſint Lucianus
iſti dii. Quomodo. unde orti. Quæ ſit uis eorum. Qui numerus. Quæ poteſtas. Quid in his admirabile. auctor
Quid cultu dignum. Quid deniq; certius ueriuſq; myſterium. Nullus dabit. Credamus igitur iſtis: qui non
ut repræhenderent ſunt locuti: ſed ut prædicarent. Nauigauit ergo cum argonautis: expugnauitq; Troiam
iratus Laomedonti ob *negatam ſibi pro filiæ ſalute mercedem.* Vnde quo tempore fuerit: apparet. Idem fu
rore atq; inſania percitus uxorem ſuam cum liberis interemit: hunc hoīes deū putant. Sed Philoctetes eius
hæres nō putauit: qui facem ſuppoſuit arſuro: qui arctus ſuos & neruos cremari ac diffluere *uidit: qui oſſa*
eius ac cineres in Oetheo mōte ſepeliuit: pro quo munere ſagittas eius accepit.

De Aeſculapio: Apolline: Neptūno ac Marte & Caſtore: Polluce: atq; Mercurio. Cap. X.

AEſculapius & ipſe nō ſine flagitio Apollinis natus: qđ fecit aliud diuinis honoribus dignū: niſi q
ſanauit Hippolitū mortē ſane habuit clariorē: qa a deo meruit fulminari. Hūc Tarquitius de illu Tarqtius
ſtribus uiris diſſerēs ait incertis parētibus natū expoſitū: & a uenatoribus inuētū canino lacte nu auctor
tritū Chironi traditū didiciſſe medicinā. fuiſſe autē Meſſeniū: ſed Epidauri moratū. Tullius etiā Tullius
Cynoſuris ait ſepultū. Quid Apollo pater eius: nonne ob amorē quo flagrabat turpiſſime gregē auctor
pauit alienū. & muros Laomedonti extruxit cū Neptūno mercede cōductus: q̄ illi negari potuit impune: ab Apollo
eoq; prīo rex ꝑfidus qcqđ cū diis pepigiſſet: didicit abnegare. Idē formoſū puerū: & dū amat uiolauit: & dū
ludit occidit. Homicida Mars: & ꝑ gratiā cædis crimine ab Atheniēſibus liberatus ne uideret̄ nimis ferus & Mars
īmanis adulterium cū uenere cōmiſit. Caſtor & pollux dū alienas ſpōſas rapiūt: eſſe gemini deſierūt. nā liuore
iniuriæ cōcitatus Idas alterū gladio tranſuerberauit: & eoſdē poetæ alternis uiuere: alternis mori narrāt: ut
iam ſint nō deorū tantū: ſed omniū mortaliū *miſerrimi: qbus ſemel mori nō licet.* Hos tamē Homerus am Home
bos ſimpliciter (nō ut poetæ ſolēt) mortuos eſſe teſtat̄. Nā cū faceret in muris aſſidentē Priamo Helenā cun rus auctor
ctos græciæ principes recognoſcere: ſolos autē ſe fratres ſuos requirere: ſubiecit orōni eius huiuſmodi uer Iuppiter
ſum. Hæc ait: aſt alios retinebat terra ſepultos. Fur ac nebulo Mercurius qđ ad famā ſui reliquit: niſi memo
riam fraudū ſuarū? Cælo dignus: qa paleſtrā docuit: & lyrā primus inuenit. Liberū patrē in ſenatu deorū ſū
mæ auctoritatis primæq; eē ſentētiæ *neceſſe eſt: qa præter Iouē ſolus oīum* triūphauit: exercitū duxit. Indos
debellauit: ſed inuictus ille imperator īclytus maximus ob amorē ac libidinē turpiſſime uictus eſt. Delatus
enī Cretā cū ſemiuiro comitatu nactus eſt īpudicā mulierē in littore ac fiducia uictoriæ inclitæ uir eſſe uolu
it: ne nimiū mollis eē uideret̄: atq; illā patris proditricē: fratris *intereptricē* ab alio relictā: & repudiata in cō
iugium ſibi uendicauit & liberā fecit: & cū ea pariter aſcēdit in cælū. Quid oīum horū pater Iuppiter qui in
ſolēni precatione optimus maximus noīatur? Nōne a prima ſua pueritia īpius ac pene *parricida dephēdit̄?*
Cū patrē regno expulit ac fugauit: nec expectauit mortem decrepiti ſenis cupiditate regnandi. Et cū paternū
ſoliū per uim: per arma cœpiſſet: bello eſt a Titanibus laceſſitus: quod humano generi principiū fuit maloꝝ
quibus uictis & pace in perpetuū comparata reliquā ſuā uitā in ſtupris adulteriiſq; conſumpſit. Omitto uir
gines quas īminuit. id enī iudicari ſolet tolerabile. Amphitrionē ac *Tindarum præterire non poſſum: quo* Amphi
rum domos dedecore atq; infamia pleniſſimas reddidit. illud uero ſummæ impietatis ac ſceleris q; regium trion
puerum rapuit ad ſtuprum. parum enī uidebatur ſi in expugnanda fœminarū pudicitia: maculoſus ac tur Tynda
pis eſſet: niſi etiam ſexui ſuo iniuriam faceret: hoc eſt uerum adulterium quod fit contra naturam: hæc qui rus
fecit uiderimus an maximus: certe optimus non eſt: quod nomen a corruptoribus: ab adulteris: ab *inceſtis*
abeſt: niſi forte nos erramus: homines *qui talia facientes ſceleratos uocamus* ac perditos: omnibuſq; pœnis
digniſſimos iudicamus. Stultus aūt. M. Tullius: qui. C. Verri adulteria obiecit. Eadem enim Iuppiter quem M.T.
colebant: admiſit. Quinto Publio Clodio ſororis incæſtum. At illi optimo maximo eadem fuit & ſoror Q.p.C.
& coniunx.

De ipſius Iouis parentibus: & ortu: & uita eius flagitioſiſſima morte: & ſepultura: & opificio poeta
rum. Cap. XI.

QVuis eſt igitur tam excors qui hunc in cælo regnare putet: qui ne in terra quidem debuit? Non
inſulſe quidam poeta triumphum Cupidinis ſcripſit: quo in libro non modo potentiſſimū deo
rum Cupidinem: ſed etiam uictorem facit. Enumeratis enim amoribus ſingulorum: quibus in

poteſtatem cupidinis: ditioneq; ueniſſent: inſtruit pompam in qua Iuppiter cum cæteris diis ante currum triũphantis ducit' cathenatus. Eleganter id quidem dicit' a poeta figuratũ: ſed tamen nõ multum diſtat a uero. Qui enim uirtutis eſt expers: qui cupiditatibus ac libidinibus malis uincit': nõ cupidini: ut ille finxit: ſed morti ſubiectus eſt ſempiternæ. Sed omittamus de moribus dicere: rẽ conſideremus: ut intelligant hoĩes in quibus miſeri uerſent' erroribus. Regnare in cælo iouẽ uulgus exiſtimat: id doctis pariter & indoctis perſuaſum eſt. Quod & religio ipſa & precationes: & hymni: & delubra: & ſimulacra demonſtrãt. Eundẽ tamen Saturno & Rhea genitum confitent'. Quomodo poteſt deus uideri: aut (ut ait poeta) hominũ rerũq; repertor: ante cuius ortum infinita hominũ milia fuerunt? Eorum ſcilicet qui Saturno regnante uixerunt: ac priores luce q̃ Iuppiter ſunt potiti. Video alium deum regem fuiſſe primis temporibus: alium conſequentibus. Poteſt ergo fieri: ut alius ſit poſtea futurus: Si enim regnum prius mutatum eſt: cur deſperemus & poſterius poſſe mutari: niſi forte Saturnus generare potuit fortiorem: Iuppiter non poteſt. Atqui diuinũ imperium aut ſemꝑ ĩmutabile eſt: aut ſi eſt mutabile. quod fieri nõ põt: ſemꝑ utiq; mutabile eſt. Poteſt enĩ Iuppiter regnum amittere: ſicut & pater eius amiſit. Ita plane: nam cũ idẽ neq; uirginibus: neq; maritatis unq̃ pepercisſet: abſtinuit ſe tamẽ una Thetide: ꝙ reſponſum fuit maiorẽ patre ſuo futurũ quiſquis ex illa natus eſſet. Et primum in eo prudentia non dei: cui niſi Themis futura dixiſſet: ipſe neſciret. Si autem diuinus non fuit: ne deus quidem fuit unde ipſa diuinitas nominat': ut ab homine humanitas. Deinde conſciẽtia ĩbecillitati: qui timuit utiq; maiorẽ: ꝙ qui fecit: ſcit utiq; ꝓfecto nõ eſſe ſe maximũ: quando quidẽ poteſt aliquid maius exiſtere. Idem per ſtygiam paludem ſanctiſſime iurat. Vna ſuperſtitio ſuperis: quæ reddita diuis: quæ eſt iſta ſuperſtitio: aut a quo reddita eſt? Ergo aliqua poteſtas maxima: quæ peierãtes deos puniat: quæ tanta formido eſt paludis infernæ: ſi ſunt ĩmortales? quid metuũt eã: quã uiſuri non ſunt: niſi quos mori neceſſe eſt? Quid igitur homines oculos ſuos in cælum tollunt? quid ſuperos deierant: cum ipſi ſuperi ad inferos deuoluantur? ibiq; habeãt quod uenerent' & adorent. Illud uero quale eſt eſſe fata: quibus dii omnes & ipſe iuppiter pareat: ſi parcarum tanta uis ẽ: ut plus poſſint q̃ cæleſtes uniuerſi: quãq; ipſe rector ac deus: cur nõ illæ potius regnare dicat': quarum legibus ac ſtatutis parere omnes deos neceſſitas cogit? Nũc cui dubiũ eſt quin is: qui alicui rei obſequit': maximus non ſit: cum alius ſit qui non accipiat fata ſed faciat. Nunc ad illud quod omiſeram: redeo. In una itaq; ſola fuit continentior: cum eam deperiret: & non uirtute aliqua ſed metu ſucceſſoris. Quæ fortitudo utiq; eius eſt qui ſit mortalis & imbecillis & nihil: quippe q potuit & tunc cum naſceret' extingui: ſicut frater eius ante genitus extinctus eſt? qui ſi uiuere potuiſſet: nunq̃ minori conceſſiſſet imperium. Ipſe autem furto ſeruatus: furtimq; nutritus: ζευν ſiue ζην appellatus eſt: non ut iſti putant a feruore cæleſtis ignis: uel ꝙ uitæ ſit dator: uel ꝙ animãtibus ĩſpiret animas: quæ uirtus ſolius dei eſt: quam enim poſſet ĩſpirare animam: qui ipſe accepit aliunde? Sed ꝙ primus ex liberis Saturni maribus uixerit. Potuerunt igit' homines alium deum habere rectorem ſi ſaturnus non fuiſſet ab uxore deluſus. At enim poetæ iſta finxerunt. Errat quiſquis hos putat: illi enim de hominibus loquebant': ſed ut eos ornarent: quorum memoriã laudibus celebrabãt: deos eſſe dixerunt. Itaq; illa potius ficta ſunt: quæ tanquã de diis: non illa quæ tanquam de hominibus locuti ſunt: quod clarum fiet exemplo quod ĩferemus. Danaen uiolaturus iuppiter aureos nummos largiter in ſinum eius infudit. Hæc ſtupri merces fuit. At poetæ: q quaſi de deo loquebant': ne auctoritatem creditæ maieſtatis ĩfringerent: finxerunt ipſum ĩ aureo hymbre delapſum: eadẽ figura qua hymbres ferreos dicũt: cũ multitudinẽ teloꝝ ſagittarũq; deſcribunt. Rapuiſſe dicit' ĩ aq̃la Catamitum: poeticus color eſt: ſed aut per legionẽ rapuit: cuius ĩſigne aq̃la eſt: aut nauis ĩ qua eſt impoſitus: tutelam habuit ĩ aq̃la figuratam: ſicut taurum figuratum cũ rapuit & tranſuexit Europam: eodẽ modo conuertiſſe ĩ bouem tradit' Io inachi filiam: quæ ut iram Iunonis effugeret: ut erat iam ſetis obſita: iam bos tranaſſe dicit' mare: ĩ Aegyptumq; ueniſſe: atq; ibi recepta priſtina forma: dea facta: quæ nunc Iſis uocatur. Quo igitur argumento probari poteſt nec Europam ĩ tauro ſediſſe: nec Io factam bouem? quod certus dies habet' ĩ faſtis: quo Iſidis nauigiũ celebrat': quæ res docet non tranaſſe illam: ſed nauigaſſe. Igit' q ſapere ſibi udent': quia ĩtelligunt uiuum terrenumq; corpus in cœlo eſſe non poſſe. totam Ganymedeam fabulam ꝓ falſo repudiant non ſentiunt in terra: id eſſe factum: quia res ac libido ipſa terrena eſt. Non ergo res ipſas geſtas finxerunt poetæ: qđ ſi facerent eſſent uaniſſimi: ſed rebus geſtis addiderunt quendã colorẽ. Non. n. obtrectãtes illa dicebant: ſed ornare cupientes: hinc homines decipiuntur: maxime ꝙ hæc omnia ficta eſſe arbitrantur a poetis: colunt quod ignorant: neſciunt qui ſit poeticæ licentiæ modus: quouſq; ꝓgredi fingendo liceat: cũ officium poetæ ſit in eo: ut ea quæ geſta ſunt uere: in aliquas ſpecies obliquis figurationibus cũ decore aliquo conuerſa traducant. Totũ autẽ quod referam fingere: id eſt ineptũ eſſe & mendacem potiuſq̃ poetam: ſed finxerunt iſta: quæ fabuloſa creduntur. Num etiam illa quæ de diis fœminis deorũq; cõnubiis dicta ſunt? Cur igit' ſic figurant': ſic coluntur: niſi forte nõ tantũ poetæ: ſed ut pictores etiam fictoreſq; imaginũ mentiũtur. Si enim hic eſt Iuppiter qui a nobis dicit' deus: ſi non is eſt qui ex Saturno & Ope natus eſt: non oportuit niſi ſolius ſimulacrum in templis oĩbus collocari. Quid ſibi mulierum effigies uolũt? Quid ſexus infirmus? in quem ſi cecidit hic Iuppiter: eum uero ipſi lapides hominem fatebunt'. Mentitos aiunt eſſe poetas: & his tamen credunt: immo uero non eſſe mentitos re ipſa probant. Ita enim deorum ſimulacra confingunt: ut ex ipſa diuerſitate ſexus appareat uera eſſe: quæ dicunt poetæ. Nam quod aliud argumentum habet imago catamiti: & effigies aquilæ: cum ante pedes Iouis ponuntur in templis: & cum ipſo pariter adorantur: niſi ut nefandi ſceleris ac ſtupri memoria maneat in æternum. Non igitur a poetis totum fictum eſt: aliquid fortaſſe traductum: & obliqua figuratione obſcuratum: quo ueritas inuoluta tegeretur: ſicut illud de ſortitione regnorum. Aiunt enim Ioui cælum obtigiſſe. Neptuno mare inferna Plutoni Cur non terra potius in ſortem tertiam uenit: niſi ꝙ in terra geſta res eſt. Ergo illud in uero eſt: ꝙ regnum

orbis ita partiti ſortitiq; ſunt:ut oriẽtis imperiũ Ioui cederet:Plutoni:cui cognomen Ageſilao fuit:pars occi Pluto
dentis obtingeret. eo ꝙ plaga orientis:ex qua lux mortalibus datur:ſuperior:occidentis aũt inferior eſſe ui/
deatur.Sic ueritatem mendacio uelauerunt:ut ueritas ipſa perſuaſioni publicæ nihil derogaret. De Neptu/ Neptun/
ni ſorte manifeſtum eſt:cuius regnũ tale fuiſſe dicimus:quale.M.Antonii fuit infinitum illud imperiũ : cui nus
totius oræ maritimæ poteſtatẽ ſenatus decreuerat:ut prædones pſequeretur:ac mare omne pacaret.Sic Ne
ptuno maritima oĩa cũ inſulis obuenerunt.quomodo id ꝓbari põt : nimiꝝ ueteres hiſtoriæ docent. Anti/
quus auctor Euhemerus:qui fuit ex ciuitate meſſana:res geſtas Iouis & cæterorũ:qui dii putantur collegit: Euheme
hiſtoriãq; cõtexuit ex titulis & inſcriptõibus ſacris:quæ in antiqſſimis tẽplis habebant̃:maximeq; ĩ fano Io rus
uis Triphylli:ubi aureã colũnam poſitam eſſe ab ipſo Ioue titulus indicabat:in qua colũna geſta ſua perſcri/
pſit:ut monumenta eſſent poſteris reꝝ ſuaꝝ.Hanc hiſtoriam interpretatus ẽ Ennius & ſecutus:cuius hæc
uerba ſunt. Ibi iuppiter imperiũ neptũno dat maris:ut ĩſulis oĩbus & quæ loca ſunt ſecundum mare omni
bus regnaret.Vera ſunt ergo quæ loquunt̃ poetæ:ſed obtẽtu aliquo ſpecieq; uelata.Poteſt & mons Olym/
pus figurã poetis dediſſe:ut iouẽ dicerent cæli regnũ eſſe ſortitũ:ꝙ Olympus ambiguum nomẽ eſt & mon
tis & cæli.In Olympo autem iouem habitaſſe docet hiſtoria eadem:quæ dicit:Eadem tẽpeſtate Iuppiter in
monte Olympo maximam partẽ uitæ colebat:& eo ad eũ in ius ueniebant:ſiquæ res in controuerſia erãt.
item ſi quis quid noui inuenerat:quod ad uitã humanam utile eſſet:eo ueniebat:atq; ioui oſtendebat.Mul/
ta ĩ hunc modũ poetæ transferunt:non ut in deos mentiant̃:quos colunt: ſed ut figuris uerſicoloribus ue/
nuſtatem ac leporem carminibus ſuis addant:qui autem non intelligunt quomodo aut quare quidq; figu
retur:poetas uelut mendaces & ſacrilegos inſequuntur.Hoc errore decæpti ẽt philoſophi: ꝙ ea quæ de Io/
ue feruntur:minime ĩ deum conuenire uidebant̃:duos ioues fecerunt:unum naturalem:alterum fabulo/
ſum.Viderũt ex parte quod erat ueꝝ:eum.ſ.de quo poetæ loquunt̃:hominem fuiſſe.In illo autem naturali
Ioue uulgari cõſuetudine religionis ĩducti errauerunt:ꝙ ĩ deum nomen hominis tranſtulerunt:q(ut ſupra
diximus)qa ſolus ẽ:non indiget nomine.Iouẽ autem illum eſſe:q ſit ex Ope Saturnoq; natus: negari nõ po
teſt.Vana igit̃ perſuaſio eſt eorum:qui nomẽ Iouis ſummo deo tribuunt. Solent.n.qdam errores ſuos hac
excuſatione defendere:q conuicti de uno deo cum id negare non poſſunt:ipſum ſe colere affirmant.Verum
hoc ſibi placere : ut Iuppiter nominet̃:quo qd abſurdius? Iuppiter enim ſine cõtubernio cõiugis filiæq; coli
nõ ſolet.Vnde qs ſit:apparet:nec fas ẽ id nomen eo transferri:ubi nec Minerua ẽ ulla:nec Iuno. Quid ꝙ hu/
ius nominis proprietas nũ diuinam uim exprimit:ſed humanam? Iouem.n.iunonẽq; a iuuãdo eſſe dictos
Cicero interpretatur.Et Iuppiter quaſi iuuans pater dicit̃:quod nomen ĩ deum minime congruit: quia iu/
uare hominis eſt:opis aliquid conferẽtis ĩ eum:q ſit alienus & exigui beneficii.Nemo ſic deum precatur: ut
ſe adiuuet:ſed ut ſeruet uitam: ſalutemque tribuat:quod multo plus ac maius eſt ꝗ iuuare.Et quoniam de
patre loquimur:nullus pater dicitur filios iuuare:cum eos generat aut educat.Illud enim leuius eſt : ꝗ ut eo
uerbo magnitudo paterni beneficii exprimat̃:quanto id magis ĩcõueniens eſt deo: qui uerus eſt pater:per
quem ſumus:& cuius toti ſumus:a quo fingimur:animamur:illuminamur:q nobis uitam impartit : ſalu/
tem tribuit:uictum multiplicem ſubminiſtrat? Nõ ĩtelligit beneficia diuĩa:qui ſe iuuari tantũmodo a deo
putat.Ergo nõ imperitus modo:ſed & impius eſt:qui nomine Iouis uirtutẽ ſummæ poteſtatis imminuit.
Quare ſi iouẽ ex rebus geſtis & ex moribus hominẽ fuiſſe:in terraq; regnaſſe deprehendimus : ſupereſt ut
mortem quoq; eius inueſtigemus.Ennius ĩ ſacra hiſtoria deſcriptis omnibus:quæ in uita ſua geſſit:ad ulti Ennius
mum ſic ait.Deĩde Iuppiter poſtꝗ terras qnquies circuiuit:omnibuſq; amicis atq; cognatis ſuis imperium
diuiſit:reliquitq; hominibus leges:mores:frumentaq; parauit:multaq; alia bona fecit:ĩmortali gloria me/ De mor/
moriaq; affectus ſempiterna monumenta ſuis reliquit:ætate peſſumata ĩ Creta uitã cõmutauit: & ad deos te Iouis
abiit.Eumq; curetes filii ſui curauerunt:decorauerũtq; eum & ſepulchrũ eius eſt ĩ Creta ĩ oppido Gnoſo:
& dr̃ Veſta hãc urbẽ creauiſſe:ĩ quo ſepulchro eius ẽ ĩſcriptũ antiqs lr̃is græcis ζευσ κρό νον.i.latĩe:Iuppiter
Saturni filius.Hoc certe non poetæ tradũt:ſed antiqrũ reꝝ ſcriptores:ꝗ adeo uera ſunt:ut ea ſibyllinis uerſi/
bus cõfirment̃:q ſunt tales. Δαιμόνασ εψυχόυσ νεκύον ειδωλα καμόντον ὢν κρητη κάν χημα ταφόυσ
ηλισ μόρὸσ εχει.i.dæmones ianimes cadaueꝝ ſimulacra mortuoꝝ:quoꝝ ſepulchra hẽt Creta male pitu/
ra.Cicero de natura deorũ cum tres Ioues a theologis nominari diceret:ait tertium fuiſſe Cretenſem Satur
ni filium:cuius in illa inſula ſepulchrum oſtendit̃.Quomõ igitur poteſt deus alibi eẽ uiuus:alibi mortuus:
alibi habere templũ:alibi ſepulchrũ? Sciant ergo Romani capitolium ſuũ.i.ſummũ caput religionũ ſuarũ
publicarum nihil eſſe aliud ꝗ inane monumentũ.Veniamus nunc ad eius patrem:qui ante regnauit:& qui
fortaſſe plus hẽbat in ſe : ꝗ ex coitu tantorũ elementoꝝ genitus eſſe dicat̃.Videamus quid in eo fuerit deo
dignũ.In primis illud ꝙ aureũ ſæculũ narratur habuiſſe:ꝙ iuſtitia ſub eo fuerit ĩ terra.Teneo aliqd in eo qd̃ De Satur
in eius filio nõ fuit.Quid enim tam conueniens deo:ꝗ iuſtũ regimen ac pium ſæculum? Sed cum eadem no
ratione natum eſſe cogito:non poſſum putare deum ſummum: ꝙ uideam eſſe aliquid antiquius: cælum
ſcilicet atq; terram.At ego deum quæro:ultra quem nihil eſt omnino:qui fons:& origo ſit rerum. Hic ſit
neceſſe eſt:qui cælum ipſum condidit:terramq; fundauit.Saturnus autem ſi ex his natus eſt(ut putat̃) quẽ
admodũ poteſt eſſe deus principalis:qui aliis ortum ſuum debet? Aut quis præfuit mũdo:anteꝗ Saturnus
gigneret̃? Sed hoc poeticũ eſt(ut dicebam pauloante)figmentum:nec.n.fieri poterat:ut elementa inſenſibi
lia:tantoq; interuallo ſeparata in unum coirent:ac filium procrearent:aut is qui natus eſſet:non potiſſimũ
genitoribus ſimilis exiſteret : ſed eam formam gereret:quam parentes ſui non habebant.Queramus ergo
quid ueritatis ſub hac figura lateat.Minutius fœlix in eo libro:q Octauius ĩſcribitur ſit argumentat̃. Satur Minutius
nũ cũ fugatus eſſet a filio:in Italiamq; ueniſſet:Cæli filium dictum:ꝙ ſoleamus eos:quorum uirtutem mi/
remur:aut eos qui repentine aduenerint:de cælo cecidiſſe dicere.Terræ autem ꝙ ignotis parẽtibus natos:

filios nominemus. Sunt hæc quidem ſimilia ueri:non tamen uera:quia conſtat etiam tum cum regnaret:
ita eſſe habitum. Potuit & ſic argumentari. Saturnum cum potentiſſimus rex eſſet ad retinendam paren-
tum ſuorum memoriam:nomina eorum cælo:terræq; indidiſſe:cum hæc prius aliis uocabulis appellaré-
tur:qua ratione & montibus & fluminibus nominum ſunt impoſita.Neq; enim cum dicũt poetæ de pro-
genie Athlantis: aut Inachi fluminis: id potiſſimum dicunt: homines ex rebus ſenſu carentibus potuiſſe
generari:ſed eos utiq; ſignificant:qui nati ſunt ex his hominibus qui uel uiui uel mortui nomina monti-
bus aut fluminibus indiderunt.Nam id apud ueteres:maximeq; græcos uſitatum fuit: ſic maria eorum
traxiſſe nomen accepimus:qui deciderant in ea:ut Aegæum:Icarium: Helleſpontum: & in Latio Auenti-
nus uocabulum monti dedit:in quo ſepultus eſt. Tyberinus uel Tyberis amni:quo merſus eſt. Non ergo
mirandum ſi nomina eorum cælo terræq; attributa eſſent:qui reges genuerant potentiſſimos. Apparet
ſtus ergo non ex cælo natum eſſe:quod fieri non poteſt:ſed ex eo homine:cui nomen Vrano fuit:quod eſſe ue-
Triſmegi rum Triſmegiſtus auctor eſt:qui cum diceret admodum paucos extitiſſe:in quibus eſſet perfecta doctri-
Vranus na:in his Vranum. Saturnum:Mercurium cognatos ſuos nominauit.Hæc ille quia ignorauit:alio tradu-
Saturnus xit hiſtoriam :qui quomodo potuerit argumentari:oſtendi.Nũc dicam:quomodo:ubi:a quo ſit hoc dictũ
Mercuriꝰ nõ enim Saturnus hoc:ſed Iuppiter fecit.In ſacra hiſtoria ſic Ennius tradit.Deinde Paneũ deducit in mon-
Ennius tem:qui uocatur cæli ſtella.Poſtquam eo aſcendit:contemplatus eſt late terras : ibiq; in eo monte aram cre
Paneus at cælo:primuſq; in ea ara Iuppiter ſacrificauit:in eo loco ſuſpexit in cælum:quod nunc nos nominamus:
Iuppiter idq; quod ſupra mundum erat:quod æther uocabatur:de ſui aui nomine cælo nomen ĩdidit.Idque Iuppi-
Cæſar ter qđ æther uocatur placans primus cælum nominauit:terræque hoſtiam:quá ibi ſacrificauit:totam ado
leuit.Nec hic tantum ſacrificaſſe Iuppiter inuenitur.Cæſar quoq; in Arato refert Aglaoſthenem dicere io-
uem cum ex inſula Naxo aduerſus Titanas proficiſceretur:& ſacrificium faceret in littore:aquilam ei in au-
ſpiciũ aduolaſſe:quam uictor bono omine acceptam tutelæ ſuæ ſubiugarit.Sacra uero hiſtoria & ante con-
ſediſſe illi aquilá in capite:atq; illi regnũ portendiſſe teſtať:Cui ergo ſacrificare potuit iuppiter:niſi cælo auo:
Euheme- quẽ dicit Euhemerus ĩ oceania mortuũ:& in oppido Aularia ſepultum?
rus Quomodo ſtoici figmenta poetarũ ad philoſophicá transferant rationẽ. Cap. XII.

Oceania QVoniam reuelauimus myſteria poetarũ:& ſaturni parentes ĩuenimus:ad uirtutes eius & facta re-
Aularia deamus.Iuſtus ĩ regno fuit.primũ ex hoc ipſo iam deus nõ eſt:qui fuit.Deniq; ꝙ ne iuſtus quidẽ
fuit:ſed impius non modo in filios quos necauit:uerum etiá in patrem:cui dicitur abſcidiſſe ge-
nitalia:quod forſitan uere acciderit.Sed homines reſpectu elementi quod dicitur cælum : totam
fabulam explodunt:tanq̃ ineptiſſime fictá:quam tamen ſtoici(ut ſolent)ad rationẽ phyſicá coná
tur traducere:quorũ ſententiá Cicero de natura deorũ differens poſuit.Cæleſtem inquit : altiſſimam æthe-
reamq; naturam:ideſt igneam:quæ per ſeſe omnia gigneret:uacare uoluerunt ea parte corporis:quæ coniũ
ctione alterius egeret ad procreandú.Quæ ratio in Veſtá potuit conuenire:ſi mas diceretur.Iccirco.n. uirgi-
Veſta nem putát Veſtá:qa ignis ĩuiolabile ſit elementũ:nihilq; naſci poſſit ex eo:qppe q omnia q̃ corripuerit: abſu
Ouidius mat.Ouidius ĩ faſtis. Nec tu aliud Veſtam q̃ uiuam intellige flámam: Nataq; de flamma corpora nulla ui
de faſtis des. Iure igitur uirgo eſt:quæ ſemina nulla remittit: Nec capit:& comites uirginitatis amat. Vulcanoq;
id potuit aſcribi:qui quidem putatur ignis:& tamen poetæ eum non abſciderunt:Potuit & Soli:in quo eſt
natura & cauſa gignentiũ:ná ſine ſolis igneo calore neq; naſci quicq̃:neq; augeri poteſt: ut nulli alii elemen-
to magis opus ſit genitalibus: q̃ calori:cuius fœtu concipiuntur : naſcuntur : ſuſtentatur omnia. Poſtremo
etiam ſi ita ſit:ut uolunt: quis magis abſciſum eſſe cælum putet q̃ omnino ſine genitalibus natum? Nam
ſi per ſe gignit:non indigebat utiq; genitalibus cum ſaturnũ ipſum procrearet. Si uero habuit : & a filio ab-
ſciſa ſunt:ortus rerum & natura omnis interiſſet.Quid ꝙ ipſi Saturno non diuinum modo ſenſum:ſed hu
manũ quoq; adimunt:cũ affirmant eſſe eum ſaturnum:qui curſum & conuerſionem ſpaciorũ ac temporũ
continet? Eumq; græce idipſum nomen habere : κρονοσ enim dicitur: quod eſt idem quod ſpacium tem
poris.Saturnus enim eſt appellatus:ꝙ ſaturetur annis.Hæc Ciceronis uerba ſunt exponẽtis ſententiam ſtoi
corum:quæ q̃ uana ſit:cuiuis intelligere promptiſſimum eſt. Si enim ſaturnus cæli eſt filius:quomodo po-
tuit aut tẽpus e cælo gigni:aut cælum a tẽpore abſcidi:aut poſtea tp̃s ĩpſo ſpoliari a filio Ioue? Aut qũo iup-
piter natus ẽ ex tẽpore? aut quibus annis ſaturari poſſit æternitas:cui nullus eſt finis?

Quomodo poetæ & hiſtorici euacuant ſtoicorũ traditionẽ de Ioue & Saturno & aliis diis. Cap. XIII.

SI ergo uanæ ſunt iſtæ rationes philoſophorum:quid ſupereſt niſi ut uere factum eſſe credamus:
ideſt hominem ab homine abſciſum ? niſi forte aliquis exiſtimet deum fuiſſe: qui timuit cohæ-
redem:cum ſiquid diuinitatis habuiſſet : non patris genitalia debuerit amputare:ſed propria:ne
Iuppiter naſceretur:qui eum regni poſſeſſione priuauit.Idem ſororem ſuam Rheam: quam lati
ne Opem dicimus : cum haberet uxorem:reſponſo uetitus eſſe dicitur mares liberos educare: ꝙ
futurum eſſet:ut a filio pelleretur: quá rem metuens:natos ſibi filios non utique deuorabat: ut ferunt fabu
læ: ſed necabat:quãq̃ ſcriptum ſit in hiſtoria ſacra Saturnum & opem : cæteroſque tunc homines humaná
carnem ſolitos eſitare. Verum primum Iouem leges hominibus moreſq; condentem:edicto prohibuiſſe
ne liceret eo cibo ueſci:quod ſi uerum eſt : quæ poteſt in eo fuiſſe iuſtitia? Sed fictum ſane putemus ſatur-
num filios deuoraſſe modo cum aliqua ratione : nunc iccirco ꝙ ait uulgus: comediſſe filios ſuos eum: qui
Ops ma- extulerit:ſepulturæque mandauerit. Ops auté cum Iouem peperiſſet:ſubtraxit infantem:eumque nutrien
ter iouis dum furtim miſit ĩ Cretam. Rurſum imprudentiam reprehendam neceſſe eſt. Cur.n.reſponſum ab alio
accepit potius? Cur in cælo conſtitutus in terra non uidebat? Cur eum corybantes cymbalis fefellerunt?
Poſtremo cur extitit aliqua uis potentior aut maior:quæ illius uinceret poteſtatem? Nimirum ſenex a iu-

bantes saturnu
lebat cymbalis

uene facile uictus eſt ac ſpoliatus imperio. Fugit igitur expulſus: & in Italiam nauigio uenit: cum erraſſet diu: ſicut Ouidius in faſtorum libris refert. Cauſa ratis ſupereſt: tuſcũ rate uenit ad amnem Ante pererrato falcifer orbe deus. Hunc errantem atq; inopem Ianus excæpit: cuius rei argumenta ſunt nummi ueteres: in quibus eſt cum duplici fronte ianus: & in altera parte nauis: ſicut idem poeta ſubiecit At bona poſteritas puppim formauit in ære Hoſpitis aduentũ teſtificata dei. Omnes ergo non tantum poetæ: ſed hiſtoriarum quoque ac rerum antiquarum ſcriptores: hominem fuiſſe conſentiunt: qui res eius in Italia geſtas memoriæ prodiderunt. Græci Diodorus & Tallus. Latini Nepos & Caſſius & Varro. Nam cum agreſti quodam more in italia uiueretur. Is genus indocile ac diſperſum montibus altis Compoſuit. legeſq; dedit: latiumq; uocari Maluit: his quoniam tutus latuiſſet in oris. Cenſet ne aliquis deum eſſe: qui pulſus eſt: qui fugit: qui latuit? Nemo tam ſtultus eſt: qui.n. fugit aut latet: & uim & mortem timeat neceſſe eſt. Orpheus qui a temporibus eius recẽtior fuit: aperte ſaturnum in terra & apud homines regnaſſe commemorat. ϖρωτισ τοσ μεн αναξεν εϖι χθονιωн κρονοσ ανδρων εκδε κρονουγενε ταυτο σ' αнοξ μεγασ ευσυ παξευσ: ideſt primus qdem regnauit terreſtribus ſaturnus uiris: Ex ſaturno autem genitus ẽ rex magnus: & latine iuppiter ſonans. Item Maro noſter. Aureus hanc uitam in terris ſaturnus agebat. Et alio loco: Aureaque (ut perhibent) illo ſub rege fuere Sæcula: ſic placida populos ĩ pace regebat. Neq; ſuperius dixit in cælo ægiſſe uitam: neq; inferius ſuperos in pace rexiſſe. Vnde apparet illum regem fuiſſe terrenum: quod alibi apertius declarat. Aurea cõdet Sæcula: quæ rurſus latio regnata per arua Saturno quondam. Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnaſſe ſaturnum: ſed Vranum patrem. Initio ĩquit primus in terris imperium ſummum cælus habuit. is id regnum una cum fratribus ſuis inſtituit atque parauit. Non magna diſſenſio: ſiqdem maximorum auctorum de filio patreque dubitatio eſt: ſed tamẽ utrunque fieri poteſt: ut & primus Vranus eminere ĩter cæteros potentia cœperit. & principatum habere non regnum: poſtea ſaturnus maiores ſibi opes cõpararit: ac regiũ nomen aſciuerit.

Ianus / Diodorus / Tallus / Caſſius / Varro / Orpheus

Quid inde Ennius doceat in ſacra hiſtoria. Cap. XIIII.

NVnc quoniam ab his quæ rettulimus: aliquantulum ſacra hiſtoria diſſentit: aperiamus ea quæ ueris litteris continentur: ne poetarum ineptias in accuſandis religionibus ſequi ac probare uideamur: hæc enim uera ſunt. Exin ſaturnus uxorem duxit Opem: Titan qui maior natu erat: poſtulat ut ipſe regnaret: ubi Veſta mater eorum & ſorores ceres atque Ops ſuadent ſaturno: ut de regno non concedat fratri. Ibi titan: q facie deterior eſſet q̃ ſaturnus: iccirco & q; uidebat matrem atq; ſorores ſuas operá dare: ut ſaturnus regnaret: conceſſit ei ut is regnaret. Itaque pactus eſt cum Saturno: uti ſiquid liberorum uirilis ſexus ei natum eẽt: ne quẽ educaret: id eius rei cauſa fecit: uti ad ſuos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filium qui primus natus eſt: eum necauerunt. Deĩde poſterius nati ſunt gemini Iuppiter atque Iuno. Tum iunonem Saturno in conſpectum dedere: atq; Iouem clam abſcondunt: dantq; eum Veſtæ educandum cælantes Saturno: Item neptunum clam Saturno Ops parit: eumq; clanculum abſcondit ad eundẽ modum. Tertio partu Ops parit geminos: Plutonem & Glaucam. Pluto latine dieſpiter: alii Orcum dicunt: ibi Glaucam filiam ſaturno oſtendunt: ac filium Plutonem cælant atq; abſcondunt. Deinde Glauca parua emoritur. Hæc (uti ſcripta ſunt) Iouis fratrumque eius ſtirps aut cognatio in hunc modum nobis ex ſacra ſcriptione traditum eſt. Item pauloposſt hæc refert. Deinde titan poſtquam reſciuit Saturno filios procreatos atque educatos eſſe: clam ſeducit ſecum filios ſuos qui titani uocantur: fratremque ſuum Saturnum atque Opem comprehendit: eoſque muro circumægit: & cuſtodiam his appoſuit. Hæc hiſtoria q̃ uera ſit: docet Sibylla Erythrea eadem fere dicens: niſi q; in paucis: quæ ad rem non pertinent: diſcrepat. Iuppiter ergo liberatur ſummi ſceleris crimine: q; patrem uinxiſſe compedibus. perhibetur. Id enim titan patruus fecit: q; ille contra actionem iuſque iurandum mares liberos ſuſtuliſſet. Reliqua hiſtoria ſic contexitur: Iouem adultum cum audiuiſſet patrem atq; matrem cuſtodiis circunſeptos: atq; in uincula coniectos: ueniſſe cum magna cretenſium multitudine: titanũq; ac filios eius pugnando uiciſſe: parentes uinculis exemiſſe: patri regnum reddidiſſe: atq; ita in cretam remeaſſe. Poſt hæc deinde Saturno datam ſortem ut caueret ne filius eum regno expelleret. Illum eleuandæ ſortis atq; effugiendi periculi gratia inſidiatum Ioui: ut eum necaret. Iouem cognitis inſidiis regnum ſibi denuo uendicaſſe: ac fugaſſe ſaturnum: qui cum iactatus eſſet per omnes terras perſequentibus armatis: quos ad eum cõpræhendendum uel necandũ Iuppiter miſerat: uix in Italia locũ ĩ quo lateret: inuenit.

Titan / Iuppiter / Iuno / Pluto / Dierſpiter ſiue orcus / Clauca / Sibylla Erithrea

Qua ratione homines dii cœperint nominari. Cap. XV.

QVibus ex rebus cum conſtet illos homines fuiſſe: non tamen eſt obſcurum qua ratione dii cœperint nominari. Si.n. nulli reges ante Saturnum uel Vranum fuerunt propter hominum raritatem: qui agreſtem uitam ſine ullo rectore uiuebãt: non eſt dubium: quin illis temporibus homines regem ipſum totamq; gentem ſummis laudibus ac nouis honoribus iactare cœperint: ut ẽt deos appellarent: ſiue ob miraculum uirtutis hoc uere putabãt rudes adhuc & ſimplices: ſiue ut fieri ſolet in adulationem præſentis potentiæ: ſiue ob beneficia quibus erant ad humanitatem cõpoſiti. Deinde ipſi reges cum cari fuiſſent his: quorum uitam compoſuerant: magnum ſui deſiderium mortui reliquerunt. Itaq; homines eorum ſimulacra finxerunt: ut haberent aliquod ex imaginum contemplatione ſolatium. Progreſſiq; longius per amorem: memoriam defunctorum colere cœperunt: ut & gratiam referre benemeritis uiderẽtur & ſucceſſores eorum allicerẽt ad bene imperandi cupiditatem. Quod Cicero de natura deorum docet dicens. Suſcepit autem uita hominum conſuetudoque cõmunis: ut beneficiis excellentes uiros in cælum fama ac uoluntate tollerent. Hinc Hercules: hinc Caſtor: hinc Polux. Hinc Aeſculapius: hinc liber. Et alio loco atque alio & in plæriſque ciuitatibus intelligi poteſt: acuẽdæ uirtutis gratia: aut quo

Cicero unde homies ſint dii appellati / Hercules / Caſtor / Pollux / Aeſculapius / Liber

libentius reipublicæ cauſa periculum adiret optimus quiſque:uirorum fortium memoriam honore deo/
rum immortalium conſecratam.Hac ſcilicet ratione Romani Cæſares ſuos conſecrauerunt: & Mauri re/
ges ſuos.Sic paulatim religiones eſſe cœpere:dum illi primi:qui eos nouerant:eo ritu ſuos liberos ac nepo/
tes:deinde omnes poſteros imbuerunt.Et hi tamen ſummi reges ob celebritatem nominis in prouinciis
omnibus colebantur.Priuati uero ſinguli populi gentis aut urbis conditores: ſeu uiri fortitudine inſignes
erant:ſeu fœminæ caſtitate mirabiles ſumma ueneratione coluerunt: ut Aegyptii Iſidem:Mauri Iubam:
Macedones Gabyrum:Pœni Vranum:Latini Faunum:Sabini Xanctum:Romani Quirinum.Eodem uti/
que modo Athenæ Mineruam:Samos Iunonem:Paphos Venerem:Lemnos Vulcanum: Naxos Liberum:
Apollinem Delphos. Sic per populos atque regiones uaria ſacra ſuſcepta ſunt:dum grati homines eſſe in
ſuos principes cupiunt: et quos alios honores uita carentibus deferant:inuenire non poſſunt.Præterea pie/
tas eorum qui ſucceſſerant:plurimum contulit ad errorem:qui: ut diuina ſtirpe nati uiderentur: diuinos
honores parentibus detulerunt:deferrique iuſſerunt.An poteſt aliquis dubitare quomodo religiones deo/
rum ſint īſtitutæ:cum apud Maronem legat Aeneæ uerba ſociis imperantis? Nunc pateras libate Ioui:p̄/
cibuſque uocate Anchiſen genitorem. Cui non tantum immortalitatem: uerum etiam uentorum tri/
buit poteſtatem: Poſcamus uentos:atque hæc mea ſacra quot annis Vrbe uelit poſita templis ſibi ferre
Liber dicatis. Idem ſcilicet de Ioue Liber & Pan:& Mercurius & Apollo fecerunt:ac poſtea de his ipſis ſucceſſo/
Pan res eorum.Aſſerunt etiam poetæ & compoſitis ad uoluptatem carminibus ī cælum eos ſuſtulerūt:ſicut fa/
Mercu/ ciūt q apud reges etiā malos panægirybus mēdacibus adulantur:qđ malū a græcis ortū eſt;quoꝝ leuitas in
rius ſtructa dicēdi facultate & copia:īcredibile eſt quātas mēdacioꝝ nebulas excitauerit.Itaq; admirati eos & ſu/
Apollo ſceperunt primi ſacra illoꝝ:& uniuerſis gentibus tradiderunt.Ob hanc uanitatem Sibylla ſic eos increpat.
ελλασ Δητι πεποίτασ επανδρασ ἡγεμὸνασ πρὸσ τί δε δωραματαιὰ καταφθιμενόισ ανατίθησ θυεισ
εἰδολισ τίσοι εν νωπλανην εβάλενωσ τεσὲ ταδε ποίειν μεγαλοῦ θεοῖο πρὸσ ὁπὸυατὸ λεγειμ μενου:
ideſt Græcia quid confidis in uiros principes? ad quid dona inania mortuis ponis? immolas idolis? quis
M.T.C. tibi ī mētem errorem impoſuit:ut hæc perficias:magni dei ore relicto?M. Tullius qui non tantum perfe/
ctus orator:ſed & philoſophus fuit.Siquidē ſolus extitit Platonis imitator in eo libro:quo ſeipſum de mor/
te filiæ conſolatus eſt:non dubitauit dicere deos q publice colerentur homines fuiſſe. Quod ipſius teſtimo/
nium eo debet grauiſſimum iudicari:q; & augurale habuit ſacerdotium:& eoſdem ſe colere: uenerariq; te/
ſtatur.Itaq; intra paucos uerſiculos duas res nobis dedit.Nam dum imaginem filiæ eodem ſe modo conſe/
craturum eſſe profiteretur:quo illi a ueteribus ſunt conſecrati:& illos mortuos eſſe docuit: & originem ua/
næ ſuperſtitionis oſtendit.Cum uero inquit & mares & fœminas complures ex hominibus in deorum nu/
mero eſſe uideamus:& in eorum urbibus atque agris auguſtiſſima delubra ueneremur: aſſentiam eorum
ſapientiæ:quorum īgeniis & inuentis omnem uitam legibus & inſtitutis excultam conſtitutāq; habemus.
Cadmus Quod ſi ullum unquā animal conſecrandū fuit:illud profecto fuit:ſi Cadmi aut Amphitryonis progenies:
Amphi/ aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit:huic idem honos certe dicandus eſt:quod quidem faciam.Teque
tryon omnium optimam doctiſſimamque approbantibus diis īmortalibus ipſis in eorum cœtu locatam ad opi/
Tynda/ nionem omnium mortalium conſecrabo.Fortaſſe dicat aliquis pro nimio luctu deliraſſe Ciceronem. Atq;
rus omnis illa oratio & doctrina:& exemplis & ipſo loquendi genere perfecta non ægri ſed conſtantis animi ac
iudicii fuit.Et hæc ipſa ſententia nullum præfert iudicium doloris.Neque enim puto illum tam uarie:tam
copioſe:tam ornate ſcribere potuiſſe:niſi luctum eius & ratio ipſa:& cōſolatio amicorum: & temporis lon/
gitudo mitigaſſet. Quid q; idem dicit in libris de republica? Idem de gloria? Nam de legibus:quo in ope/
re Platonem ſecutus ē:leges uoluit ponere:quibus putaret uſuram eſſe iuſtam:& ſapientem ciuitatem: quæ
haberet:de religione ita ſanxit: Diuos & eos qui cæleſtes habiti ſunt:colunto. Et illos quos in cælum me/
rita locauerunt. Herculem: liberum: Aeſculapium: Pollucem: Caſtorem: Quirinum. Item in Tuſcu/
lanis: cū diceret totū pene cælum humano genere completum. Si uiro inquit ſcrutari uetera:& ex illis ea
quæ ſcriptores Græciæ prodiderūt:eruere coner:ipſi illi maiorum gentium dii qui habentur:hinc a nobis
profecti in cælum reperientur. Quære quorum demonſtrantur ſepulchra in Græcia:reminiſcere: quoniā
es initiatus:quæ traduntur myſteriis. Tum denique q̄ hoc late pateat: intelliges. Teſtatus eſt uidelicet At/
tici conſcientiam ex ipſis myſteriis intelligi poſſe: q; omnes illi homines fuerunt: qui coluntur. & de Her/
cule: Libero: Aeſculapio: Caſtore: Polluce incontanter fatetur. De Apollonie ac Ioue patribus eorum:
item de Neptuno: Vulcano: Marte: mercurio quos maiorum gentium deos appellauit:timuit aperte con/
fiteri. Et iccirco ait late hoc patere ut idem de Ioue: cæteriſque antiquioribus diis intelligamus: quorum
memoriam ſi eadem ratione ueteres conſecrauerunt:qua ſe imaginem nomēque filiæ conſecraturum eſſe
dicit:ignoſci mærentibus poteſt: credentibus non poteſt.Quis enim tam demens: qui conſenſu & placito
innumerabilium ſtultorum:apiri cælum mortuis arbitretur?aut aliquem:quod ipſe non habeat dare alte/
Iulius de ri poſſe? Apud Romanos deus Iulius: quia hoc ſcelerato homini placuit Antonio:deus quirinus: quia hoc
us roma paſtoribus uiſum eſt: cum alter germani fratris extiterit: alter patriæ parricida: quod ſi conſul non fuiſſet
norum Antonius.C.Cæſar pro ſuis in rempublicam meritis:etiā defuncti hominis honore caruiſſet. Et quidē con
Antōius ſilio Piſonis ſoceri: &.L.Cæſaris propinqui:qui uetabant funus fieri. Et Dolobellæ conſulis: qui colūnam
Piſo ī foro:ideſt ī titulum eius euertit:ac forum expiauit. Nam Romulum deſiderio ſuis fuiſſe declarat Ennius:
L.Cæſar apud quem populus amiſſum regem dolens hæc loquitur: O Romule Romule dic qualem te patriæ cu/
Dolobel ſtodem dii genuerunt. Tu p̄duxiſti nos intra luminis oras. O pater:o genitor patriæ:o ſanguiem diis ori
la undum. Ob hoc deſiderium facilius creditum eſt Iulio proculo mentienti: qui ſubornatus a patribus eſt:
ut nunciaret plebi ſuæ uidiſſe ſe regem humano habitu auguſtiorem: eumque mandaſſe ad populum:

ut ſibi delubrũ fieret: ſe deũ eſſe & q̃rinum uocari. Quo facto & ipſi populo perſuaſit Romulũ ad deos abiiſſe: & ſenatum ſuſpicione cædis regiæ liberauit.

Qua ratione dii eſſe non poſſunt: quos ſexus diſcernit. Et ꝙ in naturam dei non accidit aut ſexus: aut coitus: aut officium generandi. Cap. XVI.

POteram his quæ rettuli eſſe contẽtus: ſed ſuperſunt adhuc multa ſuſcæpto opi neceſſaria. Nam quanuis ipſo religionum capite deſtructo uniuerſa ſuſtulerim: libet tamen proſequi cætera: & redarguere plenius ĩueteratam perſuaſionem: ut tandem homines pudeat ſuorum ac pœniteat errorum. Magnum hoc opus & homĩe dignum. Religionum animos nodis exoluere pergo (ut ait Lucretius) qui quidem hoc efficere non poterat: quia nihil ueri afferebat. Noſtrum eſt hoc officium: qui & uerum deum aſſerimus: & falſos refutamus. Illi ergo qui poetas finxiſſe de diis fabulas opinantur: & deas fœminas eſſe credunt: & colunt: reuoluuntur imprudentes ad id quod negauerãt: coire illos ac parere. Nec.n. fieri poteſt: qui duo ſexus generandi cauſa ſint ĩſtituti. Recæpta uero ſexuum diuerſitate: non intelligunt conſequens eſſe: ut concipiant: quod in deum cadere non poteſt: ſed ut iſti putant: nam & Iouis eſſe filios dicunt & cæterorum deorum. Naſcuntur ergo & quotidie quidem dii noui: nec.n. uincuntur ab hominibus fœcunditate. Igitur deorum innumerabilium plena ſunt omnia nullo ſcilicet moriente. Nam cum hominum uix incredibilis numerus ſit ineſtimabiliſque: quos tamen ſecuti naſcuntur: mori neceſſe eſt: quid deorum eẽ tandem putemus: qui tot ſæculis nati ſunt: immortaleſque manſerunt? Cur ergo tam pauci coluntur? niſi forte arbitramur non generandi cauſa: ſed tantummodo capiẽdæ uoluptatis duos eſſe ſexus deorum: & ea exercere quæ homunculos & facere & pati pudet. Cum uero dicantur aliqui ex aliq̃bus nati: conſequens eſt ut ſemper naſcantur: ſiquidem aliquando ſunt nati: uel ſi aliquando naſci deſierunt: ſcire nos conuenit cur aut quando deſierint. Non illepide Seneca in libris moralis philoſophiæ. Quid ergo eſt ĩquit quare apud poetas fallaciſſimus Iuppiter deſierit liberos tollere? Vtrum ſexagenarius factus eſt: ꝙ illi lex Pappia fabulam impoſuit? an impetrauit ius trium liberorum? An tandem illi uenit in mentem: ab alio expectes: alteri quod feceris. Et timet nequis ſibi faciat: quod ipſe Saturno? At iſti qui deos aſſerunt: uideant quomodo reſpondeant huic argumento: quod inferemus. Si duo ſunt ſexus deorum: ſequitur concubitus. Si coeunt. & domos habeant neceſſe eſt. Nec.n. carent uirtute ac pudore: ut hoc promiſcue aut ĩ propatulo faciant: ſicut multa uidemus facere animalia. Si domos habent: conſequẽs eſt ut & urbes habeant: & quidem auctore Naſone: qui ait: Plebs habitat diuerſa locis: hac fronte potẽtes Cælicolæ clarique ſuos poſuere penates. Si habẽt urbes: & agros igitur habebunt. Iam quis non uideat quæ ſequantur: arare illos & colere: quod quidem uictus cauſa fit: ergo mortales ſunt: quod argumentum retrouerſum idem ualet. Si.n. agros non habent: ne urbes quidem. Si urbes non habent. ne domos quidem. Si domibus carent: ergo & concubitu. Si cõcubitus ab his abeſt: & ſexus igiť fœmineus. In diis aũt uidemus & fœminas eſſe: ergo dii non ſunt. Diſſoluat hoc argumẽtum ſi q̃s poteſt. Ita.n. res rem ſeq̃tur ut hæc ultima neceſſe ſit confiteri. Sed ne q̃dẽ illud diſſoluet aliq̃s. Ex duobus ſexibus alter fortior eſt: alter ĩfirmior. Robuſtiores.n. mares ſunt: fœminæ ĩbecilliores. Imbecillitas autẽ non cadit ĩ deum: ergo nec fœmineus ſexus. Huic additur ſu̾pioris argumenti extrema illa concluſio: ut dii non ſint: quoniam ĩ diis & fœminæ ſunt.

*Lucretius*

*Seneca*

*Probatio ex cõcubitu deũ nõ poſſe generari*

Quod ſtoici fidem hiſtoriarum & poetarum figmenta inani phyſica ratione peruertunt: & quæ miſeriæ & turpitudines de diis referantur. Cap. XVII.

AB has rationes ſtoici alio uerſu deos interpretantur. Et quia non præuident quid ſit in uero: conantur eos cum rerum naturalium ratione coniungere: quos Cicero ſecutus de diis ac religionibus eorum hanc ſentẽtiam tulit. Videtis ne igitur ut a phyſicis rebus bene atq; utiliter ĩuentis tracta ratio ad cõmẽticios ac fictos deos: quæ res genuit falſas opiniones erroreſq; turbulẽtos: ſupſtitiões pene aniles: & formæ enim deorum nobis & ætates & ueſtitus ornatuſq; noti ſunt. Genera præterea: coniugia: cognationes omnes: omniaque traducta ad ſimilitudinem ĩbecillitatis humanæ. Quid planius: quid uerius dici poteſt? Romanæ philoſophiæ princeps: & ampliſſimo ſacerdotio præditus commẽticios ac fictos deos redarguit: quorum cultus ſuperſtitiones pene aniles eſſe teſtatur falſis opinionibus erroribuſque turbulentis implicatos eſſe homines queritur. Nam totus liber tertius de natura deorum omnes funditus religiones euertit ac delet. Quid ergo a nobis expectatur amplius? Num eloquentia ſuperare poſſumus Ciceronem? minime id quidem: ſed fiducia illi defuit ignoranti ueritatem: quod ipſe ſimpliciter in eodem opere confitetur. Ait.n. facilius ſe poſſe dicere quid non ſit q̃ quid ſit: hoc eſt falſa ſe intelligere: uera neſcire. Clarum eſt igitur homines fuiſſe illos: qui dii putantur. Et eorum memoriam poſt mortem conſecratam eſſe: ideo etiam ætates diuerſæ ſunt: et certæ imagines ſingulorum: ꝙ in eo habitu & ætate ſingulorum ſimulacra configurata ſunt: in qua quenque mors depræhendit. Cõſideremus: ſi placet erũnas infœlicium deorum. Iſis filium perdidit. Ceres filiam expulſam: & per orbem terræ iactatam: Latona uix inſulam paruam: in qua pareret inuenit. Deum mater & amauit formoſum adoleſcentem: & eundem cum pellice depræhenſum exectis uirilibus ſemiuirum reddidit. Et nunc a gallis ſacerdotibus ſacra eius celebrantur. Iuno pellices acerrime perſecuta eſt: quia parere ipſa non potuit ex fratre. Inſulam Samum ſcribit Varro prius Partheniam nominatam: ꝙ ibi Iuno adoleuerit: ibique etiam Ioui nupſit. Itaq; nobiliſſimũ & antiquiſſimum templum eius eſt Sami: & ſimulacrum in habitu nubentis figuratum: & ſacra eius anniuerſaria nuptiarum ritu celebrantur. Si ergo adoleuit: ſi fuit uirgo primo: poſtea mulier: hominem fuiſſe: qui non intelligit: pecudem ſe fatetur. Quid loquar obſcœnitatem Veneris omnium ꝓſtitutæ libidinibus: non deorum tantum: ſed & hominum? Hæc enim ex famoſo Martis ſtupro genuit Harmoniam. ex Mercurio Hermaphroditum: qui eſt natus Androgynus. Ex Ioue Cupidinem. Ex anchiſa Aeneam: & ex Bute

*Iſis*

*Ceres*

*Latona*

*Varro*

*Venus*

Erycen. Ex Adone quidem nullum potuit: qui etiam tum puer ab apro ictus occiſus eſt: quæ prima: ut in hiſtoria ſacra continetur: artem meretriciam inſtituit: auctorque mulieribus in Cypro fuit: uti uulgo corporum quæſtum facerēt. Quod iccirco imperauit: ne ſola præter alias mulieres impudica & uirorum appetens uideretur. Etiam ne habet hæc aliquid numinis: cuius plura numerantur adulteria: q̃ partus? Sed ne illæ quidem uirgines illibatam caſtitatem ſeruare potuerunt. Vnde enim putemus Erichthonium eſſe natum? An ex terra: ut poetæ uideri uolunt? At res ipſa clamat. Nam cum uulcanus diis arma feciſſet: eiq; Iuppiter optionem dediſſet præmii: quod uellet: poſtulandi: iuraſſetq; (ut ſolebat) per īfernam paludem ſe nihil negaturum: tum faber claudus Mineruæ nuptias poſtulauit. Hic Iuppiter optimus maximus tanta religione conſtrictus: abnuere non potuit: Mineruam tamen monuit repugnare: pudicitiamq; defendere. Tum in illa colluctatione Vulcanum in terram profudiſſe aiunt ſemen: unde ſit Erichthonius natus. Idq; illi nomē impoſitum: αποτησ εριδοσ καιχθόνοσ: ideſt ex certamine atq; humo. Cur igitur uirgo eum puerum cum dracone concluſum & obſignatum tribus uirginibus Cecropidis commendauit: euidens: ut opinor īcæſtū quod nullo modo poſſit tolerari. Altera cum pene amatorem ſuum ꝑdidiſſet: qui erat turbatis diſtractus equis: præſtantiſſimum medicum Aeſculapium curando iuueni aduocauit: eumque ſanatum Secretis alma recondit Sedibus: & nymphæ ægeriæ: nemoriq; relegat: Solus ubi in ſiluis italis ignobilis æuum Exigeret: uerſoq; ibi nomine uirbius eſſet. Quid ſibi uult hæc tam diligens: tam ſollicita curatio? quid ſecretæ ſedes? quid relegatio uel tam longe: uel ad mulierem: uel in ſolitudinem? quid deīde nominis commutatio? Poſtremo quid equorum tam pertinax abominatio? Quid ſignificant hæc omnia: niſi conſcientiam ſtupri? aut amorem minime uirginalem. Erat plane cur tantum laborem pro tam fideli iuuene ſuſciperet: quia amanti nouercæ obſequium pernegaret.

richthonius

## Quomodo refellantur hi qui deos eſſe factos ex hominibus; mentiantur. Cap. XVIII.

Hoc in loco refellēdi ſunt etiam hi: qui deos ex hoībus eſſe factos non tātum fatent: ſed ut eos laudent: etiam gloriantur: aut uirtutis gratia: ut Herculē: aut munerum ut Cererem ac liberum: aut artium repertarum: ut Aeſculapium uel Mineruam. Hæc uero q̃ īepta ſint: quāq; non digna propter quæ homines īexpiabili ſe ſcelere contaminēt: hoſteſq; deo uero fiant: quo contempto mortuorum ſacra ſuſcipiūt: ex ſingulis rebus oſtēdam. Virtutē eſſe dicūt: quæ hominē tollat ī cælū: non illam de qua philoſophi dixerunt: quæ poſita ē in bonis animi: ſed hanc corporalem quæ dicitur fortitudo: quæ quoniam præcipua ī Hercule fuit: īmortalitatem meruiſſe creditur. Quis tam ſtulte īeptus eſt: ut corporis uires diuinum uel etiam humanum bonum iudicet: cum ſint & maiores pecudibus attributæ: & uno morbo ſæpe frangantur: uel ipſa ſenectute minuantur & corruant. Itaq; idem ille cum deformari ulceribus toros ſuos cerneret: nec ſanari ſe uoluit: nec ſenem fieri: ne quando ſeipſo minor aut deformior uideretur. Hunc ergo q uiuum ſeipſum combuſſerat: aſcendiſſe ī cælum putauerunt: eaq; ipſa quæ ſtultiſſime admirati ſunt: ſimulacris & imaginibus expreſſa & conſecrata poſuerunt: ut ī perpetuum uanitatis eorum monumenta præſtarent: qui ob necem beſtiarum deos fieri crediſſent. Sed hæc græcorum fortaſſe culpa ſit: qui res leuiſſimas pro maximis ſemp habuerunt. Quid noſtri: num ſapiētiores? Qui athlæticam q̄dem uirtutem contēnunt: q̄a nihil obeſt: ſed regiam (q̄a late ſolet nocere) ſic admirantur: ut fortes & bellicoſos duces ī deorum cœtum locari arbitrentur. Nec eſſe ullam aliam ad immortalitatem uiam: q̃ exercitus ducere: aliena uaſtare: urbes delere: oppida excidere: liberos populos aut trucidare: aut ſubiicere ſeruituti: uidelicet quo plures homines afflixerint: ſpoliauerint: occiderint: eo ſe nobiliores & clariores putant: & inanis gloriæ ſpecie capti ſceleribus ſuis nomen uirtutis imponunt. Iam mallem ut a ferarum cædibus deos ſibi fingerent: q̃ immortalitatem tam cruentam probarent. Siqs unum hominem iugulauerit: pro contaminato ac nefario habetur: nec ad terrenum hoc domicilium deorum admitti eum fas putant. Ille autem qui infinita hominum milia trucidauerit: cruore campos inundauerit: flumina infecerit: non modo in templum: ſed etiam in cælum admittitur. Apud Ennium ſic loquitur Aphricanus. Si faciēdo plagas cæleſtia ſcandere cuiquā eſt: Mihi ſoli cæli maxima porta patet. Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit ac perdidit. O quantis in tenebris Aphricane uerſatus es: uel potius o poeta q per cædes & ſanguinem patere hominibus in cælum aſcenſum putaueris. Cui uanitati ēt Cicero aſſentit. Eſt uero īquit Aphricane: nam & Herculi eadē ipſa porta patuit: tanquā ipſe plane cum id fieret: ianitor fuerit in cælo. Equidē ſtatuere non poſſum: dolendum ne potius an ridendum putem: cum uideam & graues & doctos: & (ut ſibi uidētur) ſapientes uiros: in tam miſerandis errorum fluctibus uolutari. Si hæc eſt uirtus: quæ nos immortales facit: mori equidem malim: q̃ exitio eſſe q̃plurimis. Si aliter parari immortalitas non poteſt niſi per ſanguinem: quid fiet ſi omnes in concordiam conſenſerint? Quod certe fieri poterit: ſi pernitioſo & impio furore proiecto innocentes eſſe ac iuſti uelint. Num igitur nemo erit cælo dignus? num peribit uirtus: quia hominibus in homines ſæuire non dabitur? Sed iſti qui euerſiones urbium populorumque ſummam gloriam computant: ocium publicum non ferent: rapient: ſæuient: & iniuriis inſolenter illatis humanæ ſocietatis fœdus irrumpent: ut habere hoſtem poſſint: quem ſceleratius deleant: q̃ laceſſerint. Nunc ad reliqua pergamus. Nomē deorum Cereri ac Libero traditio munerum fecit. Poſſum diuinis docere litteris uinum atque fruges ante progeniem cæli atque Saturni fuiſſe in uſum hominum: ſed ab his ſane inuenta eſſe fingamus. Num poteſt plus aut minus uideri collegiſſe fruges: hiſq; fractis panem facere docuiſſe: aut uuas de uitibus lectas expreſſiſſe: uinumque feciſſe: q̃ fruges ipſas aut uites generaſſe: aut protuliſſe de terra? Reliquerit hæc ſane deus humanis ingeniis eruenda: tamen fieri non poteſt quin ipſius ſint omnia q tribuit ſapientiam homini: ut inueniret: & ipſa illa quæ poſſent inueniri: primus inuenit. Artes quoque ſuis inuentoribus immortalitatem peperiſſe dicuntur: ut Aeſculapio medicina: Vulcano fabrica. Colamus igitur & illos:

*Margin:* Quare homines ſunt dii appellati

*Margin:* Aeſculapius medicīæ inuentor

*Margin:* Vulcāus faber

qui fullonicam ſutrinamque docuerunt. Cur autem figulino repertori honos non habet? An qa iſti diuites uaſa ſamia contẽnunt? Sunt & aliæ artes: quaꝝ reptores humanæ uitæ plurimum profuerunt. Cur non ẽt illis attributa ſunt tẽpla? ſed nimiꝝ Minerua ẽ quæ oẽs repperit. Ideoq; illi opifices ſupplicant. Ergo ab his ſordibus Minerua aſcẽdit ĩ cælũ. Eſt uero cauſa cur qſquã derelinquat eũ: q terram cũ animantibus: cælũ cũ aſtris & luminibus exorſus ẽ: ut eam ueneret: quæ telã docuit ordiri? Quid ille q uulnera ĩ corporibus ſanare docuit? Num põt eſſe præſtantior: q̃ q corpora ipſa formauit? ſentiẽdi ac uidẽdi rationẽ dedit? Herbas deniq; ipſas & cætera: qbus medẽdi ars conſtat: excogitauit ac protulit?

Quod deos uanos & deum uerum nemo ſimul poteſt colere. Cap. XIX.

At enim dicet aliquis & huic ſummo: qui fecit omnia: & illis qui partem proferunt ſuam uenerationem eſſe tribuẽdam. Primum nec factum eſt unquã: ut q hos colit: etiam deum coluerit: neque fieri poteſt: quoniam ſi honos idem tribuitur aliis: ipſe ideo non colitur: cuius religio eſt illum eſſe unum ac ſolum deum credere. Clamat ſummus poeta eos omnes qui ĩuentas uitã excoluere p artes: apud ĩferos eſſe: ipſumq; illum medicinæ repertorem talis & artis ad ſtygias undas fulmine eſſe detruſum: ut ĩtelligamus quantum ualeat pater omnipotẽs: qui ẽt deos fulminibus extinguat. Sed homines ingenioſe hanc ſecum habebant fortaſſe rationẽ: quia deus fulminari non poteſt: apparet non eſſe factum: imo uero qa factum eſt: apparet hominẽ fuiſſe non deum. Mẽdacium. n. poetaꝝ nõ in facto ẽ: ſed ĩ nomine. Metuebant. n. malum ſi contra publicam pſuaſionẽ faterent: quod erat ueꝝ. Quod ſi hoc conſtat ĩter ipſos ex hoĩbus deos factos: cur ergo non credũt poetis: ſi quando illoꝝ fugas & uulnera: & mortes: & bella & adulteria deſcribunt? Quibus ex rebus ĩtelligi dat: nõ potuiſſe ullo pacto fieri deos: & qa ne hoĩes qdẽ hi ꝓbi fuerunt: eaq; ĩ uita ſua geſſerunt: quæ mortẽ pariunt ſempiternã.

De propria Romanorum religione. Cap. XX.

Venio nunc ad proprias Rhomanorum religiões: quoniam de cõmunibus dixi: Romuli nutrix Lupa honoribus ẽ affecta diuinis. Et ferrem ſi non animal id ipſum fuiſſet: cuius figuram gerit: cuius auctor ẽ Liuius larẽtine eẽ ſimulacrum: & quidẽ non corporis: ſed mẽtis ac morum. Fuit enim Fauſtuli uxor: & propter uulgati corporis uilitatẽ Lupa inter paſtores. i. meretrix nuncupata ẽ: unde etiam lupanar dicitur: exemplum ſcilicet Atheniẽſium in ea figuranda romani ſecuti ſunt: apud quos meretrix quædam nomine Læena cum tyrannum occidiſſet: quia neſas erat ſimulacrum conſtitui meretricis in tẽplo: animalis effigiem poſuerunt: cuius nomẽ gerebat. Itaq; ut illi monumẽtum ex nomine: ſic iſti ex profeſſione fecerunt. Huius nominis etiã dies feſtus dicatus eſt: & larentinalia conſtituta. Nec hanc ſolã Romani meretricẽ colunt: ſed Faulam quoque: quam *Herculis ſcortum fuiſſe Verrius ſcribit*: Iã quanta iſta ĩmortalitas putanda ſit: quam etiam meretrices aſſequantur. Flora cum magnas opes ex arte meretricia quæſiuiſſet: populum Rhomanũ ſcripſit hæredẽ: certamq; pecuniã reliquit: cuius ex annuo fœnore ſuus natalis dies celebraretur editiõe ludoꝝ: quos appellãt Floralia: Quod quia ſenatui flagitioſum uidebat: ab ipſo nomĩe argumẽtũ ſumi placuit: ut pudẽdæ rei quædã dignitas adderet. Deã finxerunt eẽ quæ floribus præſit: eãq; oportere placari: ut fruges cũ arboribus aut uitibus bene proſpeq; floreſcerẽt: Eũ colorẽ ſecutus in faſtis poeta nõ ignobilẽ nympham narrauit: quæ ſit Cloris uocitata: eãq; zephyro nuptã quaſi dotis loco id accepiſſe muneris a marito: ut hẽret oĩum floꝝ poteſtatẽ. Honeſte qdẽ iſta dicũt: ſed ĩhoneſte turpiterq; credunt. Non debẽt: cũ ueritas quærit: huiuſmodi nos uelamẽta decipe. Celebrant ergo illi ludi cũ oĩ laſciuia: cõuenientes memoriæ meretricis. Nã præter uerboꝝ licẽtiã: qbus obſcœnitas oĩs effundit: exuunt ẽt ueſtibus populo flagitãte meretrices: quæ tũc mimoꝝ fungũt officio: & ĩ cõſpectu populi uſq; ad ſatietatẽ impudicoꝝ luminũ cũ ĩpudẽdis motibus detinẽtur. Cloacinæ ſimulacrũ in cloaca maxima repertũ Tatius conſecrauit: & quia cuius eſſet effigies ignorabat: *ex loco illi nomen impoſuit.* Pauorem palloremque tullius Hoſtilius figurauit & coluit. Quid de hoc dicam: niſi dignũ fuiſſe q ſemper deos ſuos: ſicut optari ſolet: præſentes haberet? Ab hoc illud. M. Marcelli de conſecratiõe honoris atq; uirtutis honeſtate nominum differt: re congruit. Eadem uanitate mentem quoq; inter deos collocauit ſenatus: quam profecto ſi habuiſſet: eiuſmodi ſacra nunq̃ ſuſcepiſſet: Magnum Cicero audaxq; conſilium ſuſcepiſſe Græciam dicit: ꝙ cupidinum & amorum ſimulacra in gymnaſiis conſecraſſet: adulatus eſt uidelicet Attico: & irriſit hominem familiarem. Non eſt enim illud magnum: aut omnino conſilium dicendum fuit: ſed impudicorum hominum perdita & deplorata nequitia: q liberos ſuos quos erudire ad honeſta deberent: proſtituerunt libidini iuuentutis: a quibus flagitiorum deos & in illis potiſſimum locis: ubi nuda corpora corruptorum luminibus patent: & ĩ illa coli ætate uoluerunt: quæ ſimplex & ĩprouida prius irretitur: & ĩ laqueos poteſt cadere: q̃ cauere. Quid mirum ſi ab hac gente uniuerſa flagitia manarunt: apud quam ipſa uitia religioſa ſunt: eaque non modo non uitantur: uerũ etiam coluntur. Et ideo huic ſententiæ tanq̃ græcos prudentia uinceret: adiecit: Virtutes enim oportere: non uitia conſecrari. Quod ſi recipis o. M. Tulli: non uides fore ut irrumpant uitia cũ uirtutibus: quia mala bonis adhærent: & in animis hoĩum potẽtiora ſunt: quæ ſi uetas cõſecrari: reſpondebit tibi illa eadẽ Græcia ſe alios deos colere: ut proſint: alios ne noceant. Hæc. n. ſemp accuſatio ẽ eoꝝ qui mala ſua pro diis habent: ut Romani Rubiginem ac febrem. Sic ergo uitia conſecranda non ſunt: ĩ quo tibi aſſentior: ne uirtutes quidem. Non. n. per ſe ſapiunt aut ſentiunt: neq; intra parietes aut ædiculas luto factas: ſed intra pectus collocandæ ſunt: & interius compræhendendæ ne ſint falſæ: ſi extra hominem fuerint collocatæ. Itaq; præclaram illam legẽ tuam derideo: quam ponis his uerbis. Aſt illa propter quæ datur homini aſcenſus in cælum: mentem: uirtutem: pietatem: fidem earumq; laudum delubra ſunt. *Atq; hæc ſeparari* ab homine non poſſunt. Si. n. colẽdæ ſunt: in hoĩe ipſo ſint neceſſe ẽ. Si aũt ſunt extra hoĩem: qd opus eſt ea colere: qbus careamus. Virtus colẽda ẽ: non imago uirtutis: & colẽda ẽ non ſacrificio aliquo: aut thure aut

Lupa nutrix romuli

Liuius

precatione ſolenni:ſed uoluntate ſola atq; propoſito. Nam quid ē aliud colere uirtutem:niſi eam compræhẽdere aīo & tenere? Quod unuſquiſq; ſimul ac cœpit uelle:conſequit̃. Hic ſolus uirtutis ē cultus:nã religio & ueneratio nulla alia niſi unius dei tenenda eſt. Quid igitur opus ē o uir ſapiẽtiſſime ſupuacuis extructōibus loca occupare:quæ poſſint humanis uſibus cedere? quid ſacerdotes conſtituere uana & inſenſibilia culturos? quid immolare uictimas? Quid tantos ſumptus uel fingendis uel colendis imaginibus impẽdere? Firmius & incorruptius templum ē pectus humanum:hoc potius ornetur:hoc ueris illis numinibus ipleatur. Has ergo falſas conſecratões ſequit̃:qđ neceſſe ē. Qui.n.uirtutes ſic colunt.i.umbras atq; imagines uirtutũ conſectant̃:ea ipſa quæ uera ſunt:tenere non poſſunt. Itaq; nulla in quoq; uirtus ē:uitiis ubiq; dominãtibus. nulla fides:uno oĩa. ꝓ ſe quoq; rapiẽte:nulla pietas nec cõſanguineis nec parẽtibus parcẽte auaritia:& cupiditate in uenenum & ferrum ruẽte:nulla pax:nulla concordia publice bellis ſæuiẽtibus: priuatis inimicitiis uſq; ad ſanguinẽ furẽtibus. Nulla pudicitia:libidinibus effrenatis omnem ſenſum & omnes corporis partes contaminantibus:nec tamen deſinunt ea colere quæ fugiunt & oderunt. Colunt enim thure ac ſummis digitis:quæ ſenſibus intimis colere debuerunt:qui error omnis ex illius principalis ac ſummi boni ignoratione deſcẽdit. Vrbe a Gallis occupata obſeſſi in capitolio romani:cum ex mulerum capillis tormenta feciſſent: ædem Veneri caluæ cõſecrauerunt. Non igitur intelligunt q̃ uanæ ſint religiones:uel ex eo ipſo ꝙ eas his ineptiis cauillantur. A Lacedæmoniis fortaſſe didicerant deos ſibi ex euentis fingere. Qui cũ Meſſenios obſiderent: & illi furtim deceptis obſeſſoribus egreſſi ad diripiendam Lacedæmonem cucurriſſent:a ſpartanis mulieribus fuſi fugatiq; ſunt. Cognitis autem hoſtium iſidiis Lacedæmonii ſequebãtur. His armatæ mulieres obuiam longius exiuerunt: quæ cum uiros ſuos cernerent parare ſe ad pugnam: ꝙ putarent Meſſenios eſſe: corpora ſua nudauerunt. At illi uxoribus cognitis: & aſpectu in libidinem concitati: ſicut erant armati: permixti ſunt utique promiſcue. Nec enim uacabat diſcernere:ſic iuuenes ab iiſdem antea miſſi cum uirginibus:ex quibus ſunt parthenii nati. Propter huius facti memoriã ædẽ Veneri armatæ ſimulacrũ poſuerunt:quod tametſi ex cauſa turpi: tamẽ honeſtius uidet̃ armatã Venerẽ conſecraſſe:q̃ caluã. Eodẽ tpe Ioui quoq; Piſtori ara appoſita ē:ꝙ eos in quiete monuiſſet: ut ex oĩ frumento quod haberent:pãnẽ facerent:& in hoſtiũ caſtra iactarẽt:eoq; facto ſoluta eſſet obſidio:deſperantibus Gallis iopia ſubigi poſſe Romanos. Quæ iſta religionũ deriſio ē? ſi eoꝝ defenſor eſſem: quid tam grauiter quæri poſſem:q̃ deoꝝ nomen in tantum ueniſſe contẽptum: ut turpiſſimis noĩbus ludibrio habeat̃? Quis non rideat Fornacem deam? uel potius doctos uiros celebrãdis fornacalibus opari? quis cũ audiat deã Mutã:tenere riſum queat? Hanc eſſe dicunt ex qua ſint nati lares:& ipſam Larã nominant uel Larundam. Quid præſtare colẽti poteſt:quæ loqui non poteſt? Colitur & Cæca:quæ Herculi fecit indiciũ de furto boum:diuinitatẽ conſecuta:quia perdidit fratrẽ. Et cunina quæ infantes ĩ cunis tuetur:ac faſcinũ ſummouet: Et Stercutius q ſtercorandi agri rõnẽ primus iduxit. Et Futinus:in cuius ſinu pudendo nubentes præſidẽt: ut illarum pudicitiam prior deus delibaſſe uideatur. Et mille alia portenta:ut iã uaniores qui hæc colẽda ſuſceperit q̃ ægyptios eẽ dicamus:qui monſtruoſa & ridicula quædã ſimulacra uenerantur & colunt:hæc tamen habent aliquã imaginẽ. Quid qui lapidẽ colunt informẽ atq; rudẽ:cui nomẽ erat terminus? Hic ē quẽ pro Ioue ſaturnus dicitur deuoraſſe:nec immerito illi honos tribuitur. Nam cũ Tarquinus capitoliũ facere uellet:eoq; in loco multoꝝ deoꝝ ſacella eſſent:conſuluit eos ꝑ auguria utrũ Ioui cedere uellẽt: & cedẽtibus cæteris:ſolus Terminus manſit. Vnde illũ poeta capitoli imobile ſaxũ uocat. Iã ex hoc ipſo q̃ magnus ſit iuppiter inuenitur:cui non ceſſit lapis:ea fortaſſe fiducia ꝙ illũ de paternis faucibus liberauerat. Facto itaq; capitolio:ſupra ipſum Terminum foramen ē in tecto relictũ:ut quia non ceſſerat:libero cælo frueretur: quo ne ipſi quidem fruebãtur:qui lapidem frui putauerunt. Et huic ergo publice ſupplicatur quaſi cuſtodi finium: deo qui non tantum lapis:ſed etiam ſtipes interdum eſt. Quid de his dicam: qui colunt talia? niſi ipſos potiſſimum lapides ac ſtipites eſſe?

De ſacrificiis & myſteriis eorum. Cap. XXI.

Diximus de diis ipis: qui colunt̃. Nunc de ſacris ac myſteriis eoꝝ pauca dicẽda ſunt. Apud cyprios humanã hoſtiam Ioui Teucrus imolauit. Idq; ſacrificiũ poſteris tradidit: quod ē nup Hadriano impante ſublatũ. Erat lex apud Thauros ihumanã & ferã gentẽ: uti Dianæ hoſpites imolarent̃: & id ſacrificiũ multis tpibus celebratũ eſt. Galli Eſum atq; Theutantẽ humano cruore placabãt. Nec latini quidẽ huius immanitatis exptes fuerunt. Siquidem latialis Iuppiter & nunc ſanguine colitur humano. Quid ab his boni precãtur:qui ſic ſacrificant? Aut quid tales dii hominibus præſtare poſſunt:quoꝝ pœnis propiciantur? Sed de barbaris non ē adeo mirandũ:quoꝝ religio cum moribus cõgruit. Noſtri uero qui ſemp manſuetudinis & humanitatis gloriam ſibi uẽdicarunt:nõne ſacrilegis his ſacris immaniores reperiũt̃? Hi.n.potius ſcelerati ſunt habẽdi:qui cum ſint liberalium diſciplinaꝝ ſtudiis expoliti: ad humanitate deſiſtunt:q̃ qui rudes & imperiti ad mala facinora bonorum ignoratiõe labuntur. Apparet tamen antiquum eſſe hunc immolandorum hominum ritum. Siquidem ſaturnus in Latio eodem genere ſacrificii cultus eſt:non quidem ut homo ad aram immolaret̃:ſed uti in Tyberim de ponte Miluio mitteretur. Quod ex reſponſo quodam factitatum Varro auctor ē. Cuius reſponſi ultimus uerſus eſt talis καὶ κεφαλὰσ κρονίδῃ καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.i. Et capita ſaturno & pr̃i mittite luia.i.hoiem. Quod qa uidet̃ ambiguum:& fax illi:& homo iaci ſolet. Veꝝ id genus ſacrificii ab Hercu.cum ex Hiſpania rediret: dicitur eſſe ſublatũ ritu tamen ꝑmanẽte ut ꝓ ueris hoĩbus imagines iacerent̃ ex ſcyrpo: ut Ouidius in faſtis docet. Donec in hæc uenit Tirynthius arua:quot annis Triſtia leucadio ſacra parata modo. Illum ſtramineos in aquam miſiſſe quirites Herculis exemplo corpora falſa iace. Hæc ſacra ueſtales uirgines faciunt: ut ait idẽ: Tum quoq; priſcorum uirgo ſimulacra uiroꝝ Mittere roboreo ſcyrpea ponte ſolet: Nã de infanti-

bus:q̄ eidē ſaturno īmolabāt ꝓpter odiū iunonis:qd dicā? Nō īuenio tā barbaros:tam īmanes fuiſſe hoīes:
ut parricidiū ſuū.i.tetrū atq; execrabile humano generi facinus ſacrificium uocarēt:cum teneras atq; innocē
tes animas:quæ maxime ē ætas parētibus dulcior:ſine ullo reſpectu pietatis extinguerēt:immanitatēq; om
nium beſtiarum:quæ tamē fœtus ſuos amant:feritate ſuperarēt. O demētiam inſanabilē : quid illis iſti dii
amplius facere poſſent:ſi eſſent iratiſſimi:q̄ faciunt propitii? Cum ſuos cultores parricidiis inquinant:orbi/
tatibus mactant:humanis ſenſibus ſpoliant.Quid poteſt eē his hominibus ſancti? Aut quid in profanis lo/
cis faciēt : qui inter aras deorum ſumma ſcelera committunt? Poſtennius Feſtus in libris hiſtoriarum ꝑ ſa/
tyram refert Carthaginenſes Saturno humanas hoſtias ſolitos immolare: & cum uicti eſſent ab Agatho/
cle rege ſiculorum iratum ſibi deum putauiſſe.Itaq; ut diligentius piaculum ſoluerent:ducentos nobilium
filios immolaſſe. Tantum religio potuit ſuadere malorum: Quæ peperit ſceleroſa ſæpe atque impia fa
cta. Cur ergo dementiſſimi homines illi ſacrificio conſulebant:cum tantam partem ciuitatis occiderent
quantam fortaſſe ne Agathocles quidē uictor occiderat.Ab iſto genere ſacroꝝ non minoris inſaniæ iudicā/
da ſunt publica illa ſacra:quorum alia ſunt matris deum:in q̄bus homines ſuis ipſi uirilibus litant.Amputa
to.n.ſexu nec uiros ſe:nec fœminas faciunt.Alia uirtutis:quā eandē Bellonam uocant : ī quibus ſacerdotes
non alieno ſed ſuo cruore ſacrificant.Sectis nāq; humeris & utraq; manu diſtrictos gladios exerētes currūt Quintilianus
efferunt & inſaniūt.Optīe igit Quinti.in Phanatico:Iſtud inqt ſi deus cogit:iratus ē: etiā ne hæc ſacra ſunt?
Nōne ſatius ē pecudū more uiuere:q̄ deos tam impios:tam profanos:tam ſanguīarios colere? Sed unde iſti
errores:& hæc tanta flagitia manauerint:ſuo loco diſſeremus:interim uideamus &cætera:quæ carent ſcele
re : ne ſtudio inſectandi uideamur eligere peiora.Iſydis ægyptiæ ſacra ſunt :quatenus filium paruulum uel
ꝑdiderit:uel īuenerit.Nā prīo ſacerdotes eius deglabrato corpore ſua pectora tūdūt:lamentant:ſicut ipſa cū
ꝑdidit:fecerat.Deīde puer ꝓducit q̄ſi īuētus:& ī lætitiā luctus ille mutat:ıō Luca. Nūq̄q; ſatis q̄ſitus Oſiris.
Semp enim perdunt:ſemper & inueniunt.Refertur ergo in ſacris imago rei : quæ uera geſta eſt:quæ profe/
cto(ſiquid ſapimus)declarat mortalē mulierem fuiſſe:ac pene orbam: niſi unicum repperiſſet:quod illum
ipſum poetam minime fugit: apud quē Pompeius adoleſcens morte patris audita : hæc loquitur. Euoluā
buſto iam numē gentibus iſin: Et tectum ligno ſpargam per uulgus oſirim. Hic eſt Oſiris quem Serapim
& Serapidem uulgus appellat . Solent enim mortuis conſecratis nomina īmutari : credo nequis putet eos
homines fuiſſe. Nam & Romulus poſt mortem Quirinus dictus eſt : & Læda Nemeſis : & Circe Marica:
& Ino poſtquā ſe præcipitauit Leucothea : materq; Matuta: & Melicertes filius eius Palæmon atq; Portu/
nus.Sacra uero cereris eleuſinæ nō ſunt his diſſimilia. Nam ſicut ibi Oſiris puer planctu matris inquiritur
ita hic ad inceſtum patrui matrimonium rapta Proſerpina : quā quia : facibus ex Aetnæ uertice accenſis:
quæſiſſe in Sicilia ceres dicitur : iccirco ſacra eius ardentium tædarū iactatione celebrantur. Apud Lampſa/
cum Priapo lætalis uictima eſt aſellus. Cuius ſacrificii ratio in faſtis hæc redditur. Cum dii omnes ad fe/
ſtum matris magnæ conueniſſent: epuliſq; ſatiati noctem luſibus ducerent:quieuiſſe humi Veſtam : ſom/
numq; cœpiſſe: ibi Priapum ſomno eius ac pudicitiæ inſidiatum : ſed illā in tempeſtiuo clamore aſelli:quo
Silenus uehebatur excitatam:libidinē uero inſidiatoris eſſe deceptā. Hac de cauſa Lampſacenos aſellū pria/
po:quaſi in ultionē mactare conſueuiſſe. Apud Romanos uero eundē ueſtalibus ſacris in honorem pudici
tiæ conſeruatæ panibus coronari . Quid turpius? Quid flagitioſius.q̄ ſi Veſta beneficio aſini uirgo eſt? At
poeta fabulam finxit.Nū ergo illud eſt uerius quod referunt hi:qui phænomena cōſcripſerunt? cū de dua/
bus cancri ſtellis loquuntur:quas græci ονους uocant:aſellos fuiſſe qui liberū patrē trāſuexerint : cū amnē
tranſire non poſſet:quorū alteri hoc præmiū dederit:ut humana uoce loqueretur.Itaq; inter eum Priapūq;
ortū eſſe certamen de membri obſcœni magnitudine: Priapum uictū & iratū interemiſſe uictorem. Hoc
uero multo magis ineptum eſt:ſed poetis licet quicquid uelint.Non excutio tam deforme myſterium: nec
priapū denudo: ne quid appareat riſu dignū.Finxerunt hæc ſane poetæ : ſed neceſſe eſt alicuius maioris tur
pitudinis tegendæ gratia ficta ſint.Quæ ſint ergo quæramus. At ea profecto manifeſta eſt. Nam ſicut Lu/
næ taurus mactat:quia ſimiliter habet cornua: & placat equo pſis radiis Hiperiona cinctū: Ne detur cele/
ri uictima tarda deo.Ita in hoc:qa magnitudo membri uirilis enormis eſt:nō potuit ei mōſtro aptior uicti/
ma reperiri : q̄ quæ ipſum: cui mactat:poſſet imitari. Apud Lyndū:quod ē oppidū Rhodi: Herculis ſacra
ſūt:quoꝝ a cæteris lōge diuerſus eſt ritus. Siqdē nō Euphemia(ut græci appellāt)ſed maledictis & execra/
tione celebrant. Ea qua pro uiolatis habent:ſi quādo inter ſolēnes ritus: uel imprudenti alicui exciderit bo/
num uerbū.Cuius rei hæc ratio reddit:ſi tamen ulla eſſe in rebus uaniſſimis poteſt. Hercules cū eo delatus
eſſet:fameq; pateretur: aratorem quēdam aſpexit operantē : ab eoq; petere cœpit : ut ſibi unū bouē uende/
ret.Enimuero ille negauit fieri poſſe:quia ſpes ſua omnis colendæ terræ:duobus illis iuuencis niteret.Her/
cules ſolita uiolentia uſus:quia unum accipere non potuit:utrūq; ſuſtulit: At ille infœlix cū boues ſuos ma/
ctari uideret : iniuriā ſuā maledictis ultus eſt:quod homini eleganti & urbano gratiſſimū fuit. Nam dum
comitibus ſuis epulas apparat:dumq; alienos boues deuorat:illum ſibi amariſſime conuitiantem:cum riſu
& cachinnis audiebat.Sed poſtquā Herculi diuinos honores ob admirationē uirtutis deferri placuit: a ciui/
bus ei ara poſita eſt:quā de facto βουζυγον.i.bouis iugū noīauit:ad quā duo iuncti boues īmolarent : ſicut
illi:quos abſtulerat aratori:eūq; ipſum ſibi conſtituit ſacerdotē:ac præcepit:ut iiſdē maledictis ſemꝑ in cele/
brādis ſacrificiis uteret:q; negaret ſe nunq̄ epulatū eē iucūdius.Hæc iam nō ſacra ſunt ſed ſacrilegia : in qui/
bus id factum dicit:quod in aliis ſi fiat:ſæuiſſime uindicatur.Ipſius autem cretici Iouis ſacra quid aliud q̄
quō ſit aut ſubtractus patri aut nutritus oſtendit? Capella eni Amaltheæ nymphæ:quæ uberibus ſuis aluit
infantē:de qua Germanicus Cæſar in arateo carmine ſic ait.Illaq; putat Nutrix eſſe Iouis:ſi uere iuppiter in/
fans Vbera creteæ mulſit fidiſſima capræ: Sydere quæ claro gratū teſtat alūnū: Huius capellæ corio uſum

muſæus — eſſe ꝑ ſcuto Iouē cōtra Titanas dimicātē Muſæus auctor eſt:unde a poetis Aegiocus nominaꝉ. Ita qcquid ē
Iuppiter — geſtū in abſcondēdo puero:idipſum per imaginē geritur in ſacris:ſed & matris eius miniſteriū idem conti
Aegio — net:qđ Ouidius exponit in faſtis: Ardua iā dudū reſonāt tinnitibus Idæ: Tutus ut infanti uagiat orē pu/
chus — er: Pars clypeos ſudibus:galeas pars tundit inanes: Hoc curetes habent:hoc corybātes opus: Res latuit:pri
ſciq; manēt imitātia facti: Aæra deæ comites raucaq; terga mouēt: Cymbala pro galeis:pro ſcutis tympa/
Saluſtius — na pulſant: Tibia dat phrygios:ut dedit ante modos. Hanc totā opinionē quaſi a poetis fictam Saluſtius re/
ſpuit:uoluitq; īgenioſe īterpretari:cur altores Iouis dicanꝉ curetes fuiſſe:& ſic ait. Quia principes ītelligendi
diuini fuerūt:uetuſtatē:ut cætera in maius cōponentē altores iouis celebrauiſſe. Quātū errauerit hō erudi/
tus:iā res ipſa declarat. Si enī princeps eſt iuppiter:& deorū & religionū:ſi ante illū nulli dii colebanꝉ uulgo:
quia nōdū nati fuerant:qui colunꝉ:apparet Curetes ex diuerſo principes fuiſſe diuini nō intelligēdi: ꝑ quos
error oīs inductus eſt:& dei ueri memoria ſublata. Ex ipſis itaq; myſteriis & cærimoniis intelligere debue/
runt hoībus ſe mortuis ſupplicare. Nō igiꝉ exigo:ut aliqs poetarū fictionibus credat. qui hos mētiri putat:
pōtificum ipſoꝝ ſcripta cōſideret:& qcqd eſt litterarū ad ſacra ptinētiū reuoluat:plura fortaſſe q̄ nos aſſeri/
mus:inueniet:in qbus ītelligat inania:inæpta: cōmēticia eē oīa:quæ ꝓ ſanctis habenꝉ. Siqs autē pcepta ſapiē
tia depoſuerit errorē:ꝑfecto ridebit ineptias hominū pene demētiū:illos dico:qui uel inhoneſto ſaltatu tri/
pudiāt:uel qui nudi:uncti:coronati:pſonati:aut luto obliti currūt. Quid de ſcutis iam uetuſtate putidis di/
Furius — cam? quæ cū portant deos ipſos ſe geſtare humeris ſuis arbitranꝉ. Nā Furius Bibaculus inter præcipua pie/
Bibacu/ — tatis exēpla numeraꝉ. Qui cū prætor eēt:tamē lictoribus præeuntibus ancile portauit: cū haberet magiſtra
lus — tus officio uacationē. Nō ergo ille Furius:ſed plane furioſus fuit:qui præturā hoc miniſterio ſe putauit orna
re. Merito igiꝉ cū hæc a uiris nō īperitis ac rudibus fiāt Lucretius exclamat: O ſtultas hominū mētes: o pe/
ctora cæca: Qualibus in tenebris uitæ:quātiſq; periclis Degiꝉ hoc aeui quodcūq; eſt. Quis hæc ludibria nō
derideat:qui habeat aliqd ſanitatis? Cū uideat hoīes uelut mēte captos ea ſerio facere: quæ ſiqs faciat:in lu/
ſu nimis laſciuus & ineptus eſſe uideatur.

Quis auctor prædictarū uanitatū in italia apud romanos fuerit:& quis apud alias gentes. Cap.XXII.

Sabinus — HArū uanitatū apud romanos auctor & cōſtitutor Sabinus ille rex fuit:q maxime aīos hoīum ru
rex — des:atq; īperitos nouis ſupſtitionibus īplicauit: qđ ut faceret aliqua cū auctoritate: ſimulauit cū
Aegeria — dea Aegeria nocturnos ſe habere cōgreſſus. Erat q̄dā ſpelūca peropaca in nemore aricino:unde ri
dea — uus perēni fonte manabat. Huc remotis arbitris ſe inferre cōſueuerat: ut mentiri poſſet monitu
deæ cōiugis ea ſacra populo ſe tradere:quæ acceptiſſima diis eſſent:uidelicet aſtutiā Minois uolu
it imitari:q ſe in antrū iouis recōdebat:& ibi diu moratus:leges tanq̄ ſibi a ioue traditas afferebat: ut hoīes
Pōtifices — ad parēdū nō mō impio:ſed ēt religiōe cōſtringeret. Nec difficile ſane fuit pſuadere paſtoribus. Itaq; pōtifi/
Flamines — ces:flamines:ſalios:augures creauit: deos ꝑ familias deſcripſit: ſic noui populi feroces animos mitigauit:&
Salii — ad ſtudia pacis a rebus bellicis auocauit. Sed cū alios falleret: ſeipſum tamē nō fefellit. Nā poſt annos pluri/
mos Cornelio & bebio cōſulibus in agro ſcribæ Petilii ſub ianiculo arcæ duæ lapideæ ſunt reptæ a foſſori/
bus:quarum in altera corpus Numæ fuit:in altera ſeptem latini libri de iure pōtificio. Item græci totidem
de diſciplina ſapientiæ ſcripti: quibus religiones non eas modo:quas ipſe inſtituerat: ſed omnes præterea
diſſoluit. Qua re ad ſenatum delata:decretum eſt:ut hi libri abolerētur. Ita eos. Q. Petilius prætor urbanus
in concione populi concremauit. Inſipienter id quidem:quid enim profuit libros eſſe combuſtos? cum hoc
iſpum q; ſunt ideo combuſti:qa religionibus derogabant:memoriæ ſit traditum. Nemo ergo tunc in ſena/
tu non ſtultiſſimus. Potuerunt enim & libri aboleri:& res tamen in memoriam non exire. Ita dum uo/
lunt & poſteris approbare quanta pietate defenderint religiones: auctoritate religionum ipſarum teſtan/
do minuerunt. Sed ut Pompilius apud Romanos inſtitutor ineptarum religionum fuit: ſic ante Pom/
pilium Faunus in Latio:qui & ſaturnoo au nefaria ſacra conſtituit: & Picum patrem inter deos honorauit
& ſororem ſuam fautam Faunam:eandemq; coniugem conſecrauit:quā. C. Baſſus Fatuā nominatam tra/
didit:q; mulieribus fata canere conſueuiſſet:ut Faunus uiris. Eandē Varro ſcribit tantæ pudicitiæ fuiſſe: ut
nemo eam (quoad uixerit) præter uirum ſuum mas uiderit:nec nomen eius audierit. Iccirco illi mulieres ī
operto ſacrificant:& bonam deam nominant. Et. C. ſex. Clodius in eo libro:quē græce ſcripſit:refert Fauni
hanc uxorem fuiſſe:quæ quia contra morem decuſq; regium clam uini ollam ebiberat: & ebria facta erat:
uirgis myrteis a uiro uſq; ad mortē cæſam. Poſtea uero cum eum facti ſui pœniteret:& deſiderium eius fer
re non poſſet:diuinum illi honorē detuliſſe:iccirco in ſacris eius obuolutam uini amphorā poni. reliquit er
go poſteris Faunus quoq; non parum erroris:quē tamē prudentes quiq; pſpiciunt. Nam Lucilius eoꝝ ſtul
titiam:qui ſimulacra deos putant eē:deridet his uerſibus: Terricolas Lamias Fauni quas Pompiliiq; Inſti
tuere Numæ:tremit has:hic omnia ponit. Vt pueri infantes credunt ſigna omnia ahæna Viuere:& eē ho
mines:ſic iſti omnia ficta Vera putant:credunt ſignis cor ineē ahænis. Regula pictorum. Et cætera. Poe
ta qdē ſtultos hoīes īfantibus cōparauit:at ego multo īprudentiores eē dico. Illi. n. ſimulacra hoīes putāt eē
hi deos. Illos ætas facit putare qđ nō ē:hos ſtultitia. Illi utiq; breui deſinūt falli:hoꝝ uanitas & durat:& ſem
ꝑ creſcit. Sacra liberi pr̄is primus Orpheus īduxit ī Græciā:primuſq; celebrauit ī mōte Boetiæ Thebis:ubi
Liber natus ē ꝓximo:q cū frequēter Citharæ cantu pſonaret:Citheron appellatus ē. Ea ſacra etiā nunc Or/
phica noīanꝉ: in quibus ipſe poſtea dilaceratus & carptus eſt: & fuit per eadem fere tempora: quibus Fau/
Meliſſus — nus. Sed quis ætate præceſſerit:dubitari poteſt:ſiquidē per eoſdē annos Latinus Priamuſq; regnauerunt.
primus — Item patres eorum Picus & Laomedon:quo regnante Orpheus cum Argonautis ad Ilienſium littus acceſ/
diis ſacri — ſit. Procedamus igitur ulterius:& quæramus quis omnino colēdorum deorum primus auctor extitit. Di/
ficauit — dymus in libris εξητησ εωσ ϖιγΔαρικησ, ideſt expoſitionis pindaricæ ait, Meliſſea cretenſium regem pri/

mum diis ſacrificaſſe:ac ritus nouos ſacrorumq; pompas introduxiſſe. Huius duas fuiſſe filias. Amaltheã & Meliſſam: quæ Iouem pueꝝ caprino lacte ac melle nutrierũt. Vnde poetica illa fabula originem ſumpſit: aduolaſſe apes: atq; os pueri melle cõpleſſe. Meliſſam uero a patre primam ſacerdotem matri magnæ conſtitutam: Vnde adhuc eiuſdem matris antiſtites Meliſſæ nuncupantur. Hiſtoria uero ſacra teſtatur ipſum Iouem poſtq̃ rerum potitus eſt: in tantam inſolentiam ueniſſe: ut ipſe ſibi phana multis in locis cõſtitueret: Nam cum terras circuiret: in quamcunq; regionem uenerat: reges principeſue populorum hoſpitio ſibi & amicitia copulabat: & cum a quoq; digrederetur: iubebat ſibi phanum creari hoſpitis ſui nomine: quaſi ita poſſet amicitiæ & fœderis memoria conſeruari. Sic conſtituta ſunt templa Ioui Athabyrio: Ioui Labryãdo Athabyrius enim & Labryandus hoſpites eius atque adiutores in bello fuerunt. Item Ioui Laprio: Ioui Molioni: Ioui Caſſio: & quæ ſunt in eundem modum: quod ille aſtutiſſime excogitauit: ut & ſibi honorem diuinum: & ut hoſpitibus ſuis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum. Gaudebant ergo illi & huic imperio eius libenter obſequebant̃: & nominis ſui gratia ritus annuos: & feſta celebrabant. Simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas: cum conditæ urbis Acæſtæ hoſpitis nomen impoſuit: ut eam poſtmodum lætus ac libens Acæſtes diligeret: augeret: ornaret. Hoc modo religionem cultus ſui per orbem terræ Iuppiter ſeminauit: & exemplum cæteris ad imitandum dedit. Siue igitur a Meliſſeo: ſicut Dydimus tradit: colendorum deorum ritus effluxit: ſiue ab ipſo quoq; Ioue: ut Euhemerus tradit. De tpe tamẽ cõſtat: quãdo dii coli cœperint. Meliſſeus quidẽ nõ multũ anteceſſit ætate: qppe qui educauerit iouẽ; pronepotẽ. Et iccirco fieri poteſt: uel ut ante: uel ut adhuc puero ioue deos colere inſtituerit: ideſt alũni ſui matrẽ & auiã Tellurẽ quæ fuit Vrani cõiũx: patrẽ Saturnũ. Et ipſe hoc exẽplo atq; inſtituto iouẽ ad tantã ſupbiã ꝓuexerit: ut poſtea ſibi diuinos honores auderet aſſumere.

Quo inpiter uſurpauerit honores diuinos

Quo tẽpore cœperint uanæ ſupſtitiones: et qbus ſub auctoribus. Cap. XXIII.

NVnc quoniam uanarũ ſupſtitionũ originẽ dephendimus: ſupeſt ut etiã tpa colligamus: per quæ: quiq; fuerint illi: quoꝝ memoria colit̃. Theophilus in libro de tpibus ad Autolycum ſcripto: ait in hiſtoria ſua Tallũ dicere: ꝙ Belus: quẽ Babylonii & Aſſyrii colunt: antiquior troiano bello fuiſſe inuenit̃. CCC. xxxii. annis. Belum autẽ Saturno æqualẽ fuiſſe: & utrũq; uno tẽpore adoleuiſſe. Quod adeo uerũ eſt ut rõne ipſa colligi poſſit. Nam & Agamẽnon (qui geſſit bellum troicũ) Iouis abnepos fuit: & Achilles: Aiaxq; ꝓnepotes: & Vlyſſes eodem gradu ꝓximus: Priamus quidẽ longa ſerie. Sed auctores quidam tradunt Dardanũ & Iaſium Coriti filios fuiſſe: nõ Iouis. Nec enim ſi ita fuiſſet: ad uſus impudicos Ganymedẽ ꝓnepotẽ ſuum habere potuiſſet. Itaq; parentibus illorũ: quos ſupra nominaui: ſi congruẽter annos diuidas: numerus cõſentiet. Ab excidio autẽ troianæ urbis colligunt̃ anni mille quadrĩgenti ſeptuaginta. Ex hac temporũ rõne manifeſtũ eſt ante annos nõ amplius q̃ mille octingẽtos natum eẽ Saturnũ: qui & ſator omniũ deorũ fuit. Non ergo iſti glorient̃ ſacroꝝ uetuſtate: quorũ & origo: & ratio: & tempora deprehẽſa ſunt. Reſtant adhuc aliqua: quæ ad arguẽdas religiones falſas plurimũ ualeant. Sed iam finem facere libro decreui: ne modum excedat. Ea enĩ plenius ſunt exequẽda: ut omnibus refutatis quæ ueritati uidentur obſtare: hoĩes: qui bonoꝝ ignorãtia uagant̃ incerti: ad religionẽ ueram poſſimus imbuere. Primus aũt ſapientiæ: gradus eſt falſa intelligere. Secundus uera cognoſcere: Ergo apud quẽ hæc prima ĩſtitutio noſtra ꝑfecerit: quĩa falſa deteximus: excitabit̃ ad ueri cognitionẽ: qa nulla eſt homini iucũdior uoluptas: & erit iam ſapientia cæleſtis diſciplinæ dignus: qui ad cognoſcenda cætera libẽs ac paratus acceſſerit.

Quo tempore cultura deorũ cœperit

Lactantii Firmiani *inſtitutionum diuinarum aduerſus gentiles*. Liber ſecundus.

Quod rationis obliuio: & ignorantia ſui facit homines ingratos ueri dei: qui colitur in aduerſis: & in ꝓſperis contemnitur. Cap. I.

QVanq̃ primo libro religiones deorũ falſas eſſe monſtrauerim: ꝙ hi quoꝝ uarios diſſimileſq; cultus per uniuerſam terrã conſenſus hominum ſtulta ꝑſuaſione ſuſcepit: mortales fuerint: functiq; uita diuinæ neceſſitati morte cõceſſerint: tamẽ ne qua dubitatio relinquat̃: hic ſecũdus liber fontẽ ipſum patefaciet errorũ: cauſaſq; omnes explicabit: qbus decepti hoĩes & primitus deos eſſe crediderũt: & poſtmodũ inueterata ꝑſuaſione in ſuſceptis prauiſſime religionibus ꝑſeuerauerint. Geſtio enĩ cõiũctis manibus: & hominũ ĩpia uanitate detecta ſingularis dei aſſerere maieſtatẽ: ſuſcipiens utilius & maius officiũ: ſcilicet reuocãdi homines ã prauis itineribus: & in gratiã ſecũ ipſos reducẽdi: ne ſe (ut qdã philoſophi faciunt) tantope deſpiciãt: neue ſe infirmos & ſupuacuos: & nihil: & fruſtra oĩno natos putẽt: quæ opinio plæroſq; ad uitia cõpellit. Nã dum exiſtimant nulli deo nos eẽ curæ: aut poſt mortẽ nihil eſſe futuros: totos ſe libidinibus addicunt: & dũ licere ſibi putãt: hauriẽdis uoluptatibus ſciẽter incũbũt: per quas ĩprudẽtes in laqueos mortis incurrãt. Ignorant enĩ quæ ſit hominis rõ: quã ſi tenere uellẽt: in primis deũ ſuum agnoſcerent: uirtutẽ: iuſtitiãq; ſequerent̃: terrenis figmẽtis animas ſuas nõ ſubſternerent: mortiferas libidinũ uoluptates non appeterẽt. Deniq; ſeipſos magni æſtimarẽt: atq; intelligerent plus eſſe in homine q̃ uidetur: cuius uim cõditionẽq; nõ aliter poſſe: retineri: niſi cultum ueri parentis ſui depoſita prauitate ſuſceperint. Et quidẽ ſicut oportet de ſumma rerũ ſæpenumero cogitans: admirari ſoleo maieſtatem dei ſingularis: quæ cõtinet regitq;: oĩa in tantã ueniſſe obliuionem: ut quæ ſola coli debeat: ſola potiſſimum negligatur. Hoĩes autem ipſos ad tantam cæcitatem eſſe deductos: ut uero ac uiuo deo mortuos anteferãt: terrenos aũt in terraq; ſepultos ei qui fundator ipſius terræ fuit. Et tamẽ huic ĩpietati hominũ poſſet uenia cõcedi: ſi oĩno ab ignorãtia diuini nominis ueniret hic error. Cum uero ipſos deorũ cultores ſæpe uideamus deũ ſummũ & confiteri: & prædicare: quã ſibi ueniã ſperare poſſint impietatis ſuæ: qui nõ agnoſcũt cultũ eius: quẽ prorſus ignorari ab hoĩe fas non eſt. Nam & cũ iurãt: & cum optant: & cum gratias agunt: nõ Iouem: aut deos multos: ſed deum nominãt: adeo ipſa ueritas (cogente natura) etiam ab ĩ-

uitis peccatoribus erumpit.Quod quidē nō faciunt in ꝓſperis rebus.Nam tum maxime deus ex memoria
hominum elabitur:cum beneficiis eius fruentes honorē dare diuinæ indulgētiæ debet.At uero ſiqua neceſ
ſitas grauis preſſerit:tunc deum recordantur.Si belli terror infremuerit:ſi morborum peſtifera uis incubue
rit:ſi alimenta frugibus longa ſiccitas denegauerit:ſi ſæua tempeſtas:ſi grando ingruerit: ad deū cōfugiunt:
a deo petitur auxiliū:deus ut ſubueniat oratur.Siquis in mari uento ſæuiēte iactaẗ:hunc inuocat.Siquis ali
qua ui afflictaẗ:hunc potius implorat.Siquis ad extremā mendicādi neceſſitatem deductus: uictum preci
bus expoſcit:deum ſolum obteſtaẗ: & per eius diuinum atq; unicum nomen hominum ſibi miſericordiā
quærit.Nunq̄ igiẗ dei meminerunt:niſi dum in malis ſunt.Poſtq̄ metus deſeruit:& pericula receſſerūt: tū
uero alacres ad deorum templa concurrunt. his libant:his ſacrificant:hos coronant.Deo autem:quē in ipſa
neceſſitate implorauerūt:ne uerbo quidē gratias agūt:adeo ex rerū proſperitate luxuria:ex luxuria uero ui
tia omnia:ſic impietas aduerſus deum naſcitur.Qua nam iſtud ex cauſa fieri putemus? niſi eē aliquā peruer
ſam poteſtatē:quæ ueritatis ſit ſemꝑ īimica:quæ humanis erroribus gaudeat? Cui unicū ac ꝑpetuū ſit opus
effundere tenebras:& hominum cæcare mentes:ne lucem uideant:ne deniq; in cælum aſpiciāt:ac naturam
corporis ſui ſeruent.Nam cum cæteri animantes ꝓnis corporibus in humū ſpectēt:quia rationem ac ſapiē
tiā nō acceperunt:nobis autē ſtatus rectus:ſublimis uultus ab artifice deo datus ſit:apparet iſtas religiōes deo/
rum non eſſe rationis humanæ:quia curuant cæleſte animal ad ueneranda terrena. Parens enim noſter ille
unus & ſolus cum fingeret hominē:ideſt animal intelligēs & rationis capax:eum uero ex humo ſubleuatū
ad contēplationē ſui artificis erexit:quod optime ingenioſus poeta ſignauit.Pronaq; cum ſpectent animātia
cætera terram:Os homini ſublime dedit:cæluq; uidere iuſſit:& erectos ad ſyderē tollere uultus.Hinc utiq;
ἀνθρόποσ græci appellauerunt: q̄ ſurſum ſpectaret.Ipſi ergo ſibi renunciāt:ſeq; hominū nomine abdicant
q̄ nō ſurſum aſpiciant: ſed deorſum:niſi forte idipſum q̄ recti ſumus: ſine cauſa homini attributū putant.
Spectare nos cælum deus uoluit:utiq; non fruſtra:nam & aues & ex mutis pene omnia cælum uident: ſed
nobis ꝓprie datum eſt cælū rigidis ac ſtantibus uidere:ut religionē ibi quæramus: ut deum cuius ſedes il/
la eſt:quē oculis nō poſſumus:animo contēplemur:quod ꝑfecto nō faciūt: qui æs aut lapidē: quæ ſunt ter/
ra uenerant. Eſt autē prauiſſimū cū ratio corporis recta ſit:quod eſt tēporale: ipſum uero animum qui ſit
æternus:humilem fieri:cum figura & ſtatus nihil aliud ſignificent:niſi mentem hominis eo ſpectare opor/
tere:quo uultum:& animum tam rectum eſſe debere q̄ corpus: ut id cui dominari debet imitetur: uerum
homines & nominis ſui: & rationis obliti:oculos ſuos ab alto deiiciūt:ſoloq; defigunt:atq; timent opera di
gitorum ſuorum:quaſi quicq̄ eſſe poſſit artifice ſuo maius.

## Quæ fuerit prima cauſa fingendi ſimulacra:& q̄ ueriſſima dei imago eſt homo: & q̄ extra ſe deum ne/mo fideliter colit. Cap. II.

QVæ igiẗ amētia eſt:aut ea fingere:quæ ipſi poſtmodū timeāt:aut timere quæ finxerint? Nō ipſa
inquiūt timemus:ſed eos:ad quorū imaginē ficta:& quoꝝ nominibus cōſecrata ſunt.Nempe iō
timetis:q̄ eos eſſe in cælo arbitramini.Neq; enī ſi dii ſunt:aliter fieri poteſt. Cur igitur oculos in
cælum nō tollitis: & aduocatis deorū nominibus in aperto ſacrificia celebratis? Cur ad parietes
& ligna & lapides potiſſimū q̄ illo ſpectatis ubi eos eſſe creditis? Quid ſibi tēpla? qd aræ uolunt?
Quid deniq; ipſa ſimulacra: q̄ aut mortuoꝝ: aut abſentiū monumēta ſūt? Nā oīno fingēdarū ſimilitudinū
rō iccirco ab hoībus īuēta ē:ut poſſet eoꝝ memoria retineri:q uel morte ſubtracti:uel abſentia fuerāt ſepa/
rati. Deos igiẗ in quoꝝ numero reponemus? Si in mortuoꝝ:qs tā ſtultus ut colat? Si in abſentiū colēdi er/
go nō ſūt:ſi nec uidēt quæ facimus:nec audiūt q̄ ꝑcamur.Si aūt dii abſentes eſſe nō poſſūt: q(quoniā diuini
ſunt)in quacūq; mūdi parte ſūt:uidēt & audiūt uniuerſa.Supuacua ergo ſūt ſimulacra illis ubiq; ꝑſentibus:
cum ſatis ſit audientium noīa precibus aduocare.At.n.præſentes nō niſi ad imagines ſuas adſunt:ita plane:
quēadmodū uulgus exiſtimat:mortuorū aīos circa tumulos & corporū ſuorum reliquias aberrare. Sed ta
men poſtquam deus ille præſto eē cœpit:iam ſimulacro eius opus nō ē.Quæro.n.ſiqs imaginem hominis
peregre conſtituti contempleẗ ſæpius:ut ex ea ſolatium capiat abſentis:num idē ſanus eē uideatur:ſi eo re/
uerſo atq; præſente in contemplanda imagine pſeueret:eaq; potius q̄ ipſius hoīs aſpectu frui uelit? Minime
ꝑfecto.Et tamē hominis imago neceſſaria tum uideẗ:cū ꝓcul abeſt ſupuacua futura cū præſto eſt.Dei aūt
cuius ſpiritus ac numē ubiq; diffuſum abeſſe nunq̄ pōt:ſemꝑ utiq; imago ſupuacua ē.ſed uerenẗ ne oīs eo/
rū religio inanis ſit & uacua:ſi nihil in præſenti uideāt:qd adorēt:& iō ſimulacra conſtituunt.quæ qa mor/
tuorū ſunt imagines:ſimilia mortuis ſunt:oī.n.ſenſu carēt.Dei aūt ī æternū uiuētis:uiuū & ſenſibile debet
eē ſimulacrū.Quod ſi a ſimilitudine id nomē accepit:quō poſſunt iſta ſimulacra deo ſimilia iudicari: quæ
nihil ſentiunt:nec mouenẗ? Itaq; ſimulacrū dei non illud eſt:qd digitis hoīs:ex lapide aut ære:aliaue mate/
ria fabricaẗ:ſed ipſe homo:quoniam & ſentit & moueẗ:& multas magnaſq; actiones habet. Nec ītelligunt
hoīes ineptiſſimi q̄ ſi ſentire ſimulacra & moueri poſſent:ultro adoratura hoīes fuiſſent:a qbus ſunt expo/
lita:quæ eēnt aut īcultus & horridus lapis:aut materia īformis & rudis:niſi fuiſſent ab homīe formata. Ho
mo igitur illorum quaſi parens putandus eſt:per cuius manus nata ſunt:per quem ſpeciē:figuram: pulchri
tudinē hēre cœperunt.Et iō melior ē qui fecit:q̄ illa quæ facta ſunt.Et tamē factorē ipm nemo ſuſpicit aut
Seneca uereẗ.Quæ fecit timet:tanq̄ plus poſſit eē in opere:q̄ ī opifice.Recte igiẗ Seneca ī libris moralibus: ſimula/
auctor cra inqt deorū ueneranẗ:illis ſupplicant:genū poſito illa adorant:illis ꝑ totum aſſident diem:aut aſtant.illis
ſtipē iaciunt: uictimas cædunt:& cū hæc tantopere ſuſcipiant:fabros q̄ illa fecere cōtemnunt.Quid īter ſe tā
contrarium:q̄ ſtatuarum deſpicere factorem:ſtatuam adorare:& eum ne in conuictu qdem admittere: qui
tibi deos faciat? Quam ergo uim: quam poteſtatem habere poſſunt:cum ipſe qui fecit illa:non habeat? ſed
ne hæc quidē dare his potuit:quæ habebat:uidere:audire: loq:moueri.Quiſq̄ ne igiẗ tam ineptus eſt:ut pu

tet aliquid eſſe i ſimulacro dei:ĩ quo ne hominis qdem quicꝙ eſt præter umbram:ſed hæc nemo cõſiderat: ĩfecti ſunt.n.perſuaſione:ac mentes eorum penitus ſuccum ſtultitiæ perbiberunt. Adorant ergo inſenſibilia q ſentiunt:irrationabilia qui ſapiunt: exanima qui uiuunt:terrena q oriuntur e cælo. Iuuat ergo uelut in ali/qua ſublimi ſpecula conſtitutum:unde uniuerſi exaudire poſſint:Perſianum illud proclamare. O curuæ in terras animæ:& cæleſtium inanes. Cælum potius intuemini:ad cuius ſpectaculum uos excitauit ille artifex uerus deus. Ille uobis ſublimen uultum dedit:uos in terram curuamini:uos altas mentes & ad patrem ſu/um cũ corporibus ſuis erectas ad ĩferiora deprimitis:tanꝙ uos pœniteat non quadrupedes eſſe natos. Fas nõ eſt cæleſte animal cũ terrenis:ĩ terraꝗ uergẽtibus adæquari. qd uos beneficiis cæleſtibus orbati: proniꝗ in terrã ueſtra ſpõte procumbitis? Humi.n.miſeri uolutamini:cum deorſum quæritis:quod ĩ ſublimi quæ/rere debuiſtis. Nam iſta mortalium digitorum ludicra & fragilia figmẽta:ex quolibet materiæ genere for/mata:qd aliud ſunt:niſi terra ex qua nata ſunt? qd ergo rebus ĩferioribus ſubiacetis? qd capitibus ueſtris ter/rã ſupponitis? Cũ ergo uos terræ ſubmittitis:humilioreſꝗ facitis:ipſi uos ultro ad ĩferos mergitis:ad mor/temꝗ damnatis:quia nihil eſt terra ĩferius & humilius:niſi mors & ĩferi: quæ ſi effugere uelletis: ſubiectã pedibus ueſtris terrã contẽneretis:corporis ſtatu ſaluo:quod iccirco rectum accepiſtis:quo oculos atꝗ mẽ/tem cũ eo q fecit conferre poſſetis. Contemnere autem & calcare terram nihil aliud eſt:ꝙ ſimulacra nõ ado/rare:qa de terra ficta ſunt. Item diuitias non concupiſcere uoluptates corporis ſpernere: qa opes & corpus ipſum cuius hoſpitio utimur:terra eſt. Viuum colite:ut uiuatis. Moriatur enim neceſſe eſt: qui ſe ſuamque animam mortuis ad iudicauit.

Perſiãus

Quod Cicero & alii qui uidebantur ſapientes:cæteris deterius peccauerunt. Cap. III.

SEd quid prodeſt ad uulgus & ad hoĩes ĩperitos hoc mõ concionari? cũ uideamus etiã doctos & prudẽtes uiros cum religionum intelligant uanitatem:nihilominus tamẽ etiam in his ipſis:quæ dãnant:colendis (neſcio q prauitate) præſtare? Intelligebat Cicero falſa eſſe: quæ homines adora/rent. Nam cum multa dixiſſet:quæ ad euerſionem religionum ualerent:ait tamẽ nõ eſſe illa uul/go diſputanda:ne ſuſcæptas publice religiones diſputatio talis extiguat. Quid ei facies: qui cum errare ſe ſentiat:ultro ipſe in lapides impingat:ut populus omnis offendat? ipſe ſibi oculos eruat:ut omnes cæci ſint? qui nec de aliis bene mereatur:quos patitur errare:nec de ſeipſo: qui alienis accedit erroribus:nec utitur tandem ſapiẽtiæ ſuæ bono:ut factis impleat:quod mente percepit:ſed prudens & ſciens pedẽ laqueo inſerit:ut ſimul cum cæteris: quos liberare ut prudentior debuit: & ipſe capiatur. Quin potius ſiquid tibi Cicero uirtutis eſt:experire populum facere ſapientẽ. Digna res eſt:ubi omnes eloquentiæ tuæ uires exer/ceas. Non enim uerendũ eſt ne tibi in tam bona cauſa deficiat oratio:qui ſæpe etiam malas copioſe ac forti/ter defendiſti. Sed nimirum Socratis carcerem times. ideoꝗ patrocinium ueritatis ſuſcipere non audes. At mortem ut ſapiens contẽnere debuiſti. Erat multo pulchrius:ut ob bene prius dicta:ꝙ ob male dicta more/reris. Nec tibi laudis plus philippicæ afferre potuerunt: ꝙ diſcuſſus error humani generis:& mẽtes hominũ ad ſanitatem tua diſputatione reuocare:ſed concedamus timiditati: quæ in ſapiente eſſe non debet. Quid ergo ipſe in eodem uerſaris errore? Video te terrena & manufacta uenerari. Vana eſſe intelligis: & tamẽ ea/dem facis:quæ faciunt ipſi:quos ipſe ſtultiſſimos confiteris. Quid igitur profuit uidiſſe te ueritatẽ: quã nec defenſurus eſſes:nec ſecuturus? Sed ſi libẽter errant hi: qui errare ſe ſentiunt: quanto magis uulgus indo/ctum:quod pompis inanibus gaudet:animiſꝗ puerilibus ſpectat omnia:oblectatur friuolis:& ſpecie ſimu/lacrorum capitur:nec ponderare ſecum unãquãꝗ rem poteſt:ut intelligat nil colendum eſſe: quod oculis mortalibus cernitur:quia neceſſe eſt mortale ſit. Nec mirandum eſſe:ſi deum non uideant: cũ ipſi ne qui/dem hominem uideant:quem uidere ſe credunt. Hoc enim quod oculis ſubiectũ eſt:nõ homo:ſed homi/nis receptaculum eſt:cuius qualitas & figura:non ex liniamẽtis uaſculi: quo cõtinetur:ſed ex factis & mori/bus peruidetur. Qui ergo colunt ſimulacra:corpora ſunt hoĩbus carentia: quia ſe corporalibus dediderũt: nec uidẽt plus aliquid mente ꝙ corpore:cum ſit animi officiũ ea ſubtilius cernere:quæ acies corporalis non poteſt tueri. Quos homines idẽ ille philoſophus:ac poeta grauiter accuſat:tanꝙ humiles & abiectos: qui cõ/tra naturæ ſuæ rationem ad ueneranda ſe terrena proſternant. Ait enim: Et faciunt animos humiles for/midine diuum Depreſſoſꝗ premũt ad terram. Aliud quidem ille cum hoc diceret:ſentiebat:nihil utiꝗ eſ/ſe colendum: quia dii humana nõ curent. Deniꝗ alio loco religiones deorũ:& cultus inane eẽ officium cõ/fitetur. Nec pietas ulla eſt:uelatum ſæpe uideri Vertere ſe ad lapidẽ:atꝗ omnes accedere ad aras: Et pcũ/bere humi proſtratum:& pandere palmas Ante deũ delubra:nec aras ſanguine multo Spargere quadrupe/dum:nec uotis nectere uota. Quæ profecto ſi caſſa ſunt:nõ oportet ſublimes & excelſos aĩos auocari: atꝗ in terrã premi:ſed nihil aliud ꝙ cæleſtia cogitare. Impugnatæ ſunt ergo a prudẽtioribus falſæ religiones:qa ſen/tiebãt eſſe falſas:ſed nõ eſt inducta uera:qa qualis:aut ubi eẽt ignorabãt. Itaꝗ ſic habuerũt tanꝙ nulla eẽt oĩ/no:quia uerã nõ poterãt inuenire. Et eodẽ modo inciderunt in errorẽ multo maiorẽ:ꝙ illi qui falſam tene/bant. Nam & iſti fragilium cultores:ꝗuis ſint inepti:quia cæleſtia conſtituunt in rebus corruptibilibus atꝗ terrenis:aliquid tamen ſapientiæ retinent:& habere ueniã poſſunt:quia ſummũ hominis officium: & ſi nõ re ipſa:tamen propoſito tenent:ſiquidem hominum atꝗ mutorum:uel ſolum:uel certe maximũ in religi/one diſcrimen eſt. Hi uero quãto fuerũt ſapientiores: ꝗ intellexerunt falſæ religionis errorẽ:tanto facti ſũt ſtultiores:ꝗ eſſe aliquã uerã non putauerũt. Itaꝗ quoniã facilius eſt de alienis iudicare ꝙ de ſuis: dum alio/rum præcipitium uident non proſpexerunt quid ante ſuos pedes eſſet. In utraꝗ igitur parte & ſumma ſtul/titia inuenitur:& odor quidem ſapientiæ:ut poſſis dubitare quos dicas potiſſimum ſtultiores: illos ne qui falſam religionem ſuſcipiunt:an eos qui nullam. Sed (ut dixi) uenia concedi poſſet imperitis:& qui ſe ſapiẽ/tes eſſe non fateantur. His uero non poteſt qui ſapientiam profeſſi:ſtultitiã potius exhibent. Nõ ſum equi/

dem tam iniquus: ut eos putẽ diuinare potuiſſe:ut ueritatẽ per ſeipſos ĩuenirẽt:quod fieri ego nõ poſſe con-
fiteor:ſed hoc ab his exigo : quod ratione ipſa præſtare potuerunt. Facerẽt enim prudentius ſi & intellige-
rent eſſe aliquã uerã:& falſis impugnatis aperte pronunciarent eam : quæ uera eſſet ab omnibus nõ teneri.
Sed mouet eos fortaſſe illud : ꝙ ſiqua uera eſſet religio:exerceret ſe ac iudicaret:nec pateret̃ eſſe aliud quic-
quã. Videre enim nullo modo poterant:quare aut a quo:& quẽadmodum religio uera opprimeret̃ : quod
ẽ diuini ſacramenti : & cæleſtis arcani. Id uero niſi doceatur:aliquis ſcire nullo pacto poteſt. Sũma rei hæc
eſt. Imperiti & inſipientes falſas religiones pro ueris habent:quia neqꝫ ueram ſciunt:neqꝫ falſam intelligũt.
Prudentiores uero:quia ueram neſciunt:aut in his:quas falſas eſſe intelligunt:perſeuerant:ut aliquid tene-
re uideantur:aut omnino nihil colunt:ne incidãt in errorem:cum idipſum maximi ſit erroris:uitam pecu
dum ſub figura hominis imitari. Falſum uero ĩtelligere eſt quidẽ ſapientiæ:ſed humanæ. Vltra hunc gra-
dum procedi ab homine non poterit. Itaque multi philoſophorum religiones (ut docui) ſuſtulerunt. Verũ
autem ſcire diuinæ eſt ſapientiæ. Homo autem per ſeipſum peruenire ad hanc ſapientiam non poteſt: niſi
doceatur a deo. Philoſophi quod ſummũ fuit humanæ ſapientiæ aſſecuti ſunt:ut intelligerẽt quod nõ ſit.
illud aſſequi nequiuerunt:ut dicerent quid ſit. Nota Ciceronis uox eſt : utinã tam facile uera inuenire poſ-
ſem:q̃ falſa conuincere. Quod quia uires humanæ conditionis excedit : eius officii facultas nobis eſt attri-
buta:q̃bus tradidit deus ſcientiã ueritatis:cui explicandæ quattuor poſteriores libri ſeruiẽt. Nunc interim
falſa ut cœpimus:detegamus. Quod nil maieſtatis & reuerẽtiæ habeãt idola. Cap. IIII.

QVid igitur maieſtatis poſſunt habere ſimulacra:quæ fuerunt in homunculi poteſtate:uel ut ali-
**Horatius** ud fierent:uel ut omnino non fierent:iccirco apud Horatium Priapus ita loquitur. Olim trũ-
cus eram ficulnus inutile lignum: Cum faber incertus ſcamnum faceret ne priapum. Maluit
eẽ deũ:deus ĩde ego furum:auiumqꝫ Maxima formido. Quid nõ ſit tanto hoc cuſtode ſecurus?
Fures enim tam ſtulti ſunt:ut priapi tentiginem timeant:cum aues ipſæ:quas terrore falcis : aut
inguinis abigi exiſtimãt:ſimulacris fabrefactis:ideſt hominum plane ſimilibus inſideant:nidificent : inqui-
nent. Sed Flaccus : ut ſatyrici carminis ſcriptor deriſit hominum uanitatem. Verum hi qui faciunt:ſeriam
ſe rem facere opinantur. Deniqꝫ poeta maximus:homo in cæteris prudens:in hoc ſolo nõ poeticæ:ſed anili-
ter deſipiuit:cum in illis emẽdatiſſimis libris etiam fieri hoc iubet. Et cuſtos furum:atqꝫ auium cum falce
ſaligna Helleſpõtiaci ſeruet tutela Priapi. Adorant ergo mortalia:aut a mortalibus facta : frãgi enim cre-
mari poſſunt ac perire. Nam & tectis uetuſtate labentibus ſæpe cõminui ſolent:& cõſumpta incẽdio dilabũ
tur in cinerem:& plærũqꝫ (niſi ſua illis magnitudo ſubuenerit:aut cuſtodia diligẽs ſepſerit) in prædam furi-
bus cedunt. Quæ igitur inſania eſt ea timere:pro quibus aut ruinæ:aut ignes:aut furta timeãtur? quæ uani
tas aliquã ab his ſpectare tutelam:quæ tueri ſemetipſa nõ poſſunt? quæ peruerſitas ad eorum præſidia de-
currere:quæ ipſa cum uiolantur inulta ſunt:niſi a colẽtibus uindicẽtur? Vbi ergo ueritas eſt? ubi nulla uis
adhiberi poteſt religioni:ubi nihil quod uiolari poſſit apparet: ubi ſacrilegium fieri non poteſt. Quicquid
autem oculis manibuſqꝫ ſubiectum eſt:id uero quia fragile eſt : ab omni ratione ĩmortalitatis eſt alienum.
Fruſtra igit̃ homines auro:ebore:gẽmis deos excolũt & exornant : quaſi uero ex his rebus ullã poſſint cape-
re uoluptatẽ. Quis uſus eſt precioſorũ munerũ nihil ſentiẽtibus? An ille qui mortuis? Pari enĩ ratione de-
functorum corpora odoribus ac p̃cioſis ueſtibus illita & cõuoluta humi cõdunt:qua deos honorãt:qui ne-
que cum fierent ſentiebant:neqꝫ cũm coluntur ſciunt. Nec enim ſenſum cõſecratione ſumpſerũt. Nõ place-
**Perſius** bat Perſio:ꝙ aurea uaſa templis inferantur : ſuperuacuum putanti eẽ inter religiones:ꝙ non ſanctitatis:ſed
auaritiæ ſit inſtrumentum. Illa enim ſatius eſt deo : quẽ recte colas:inferre pro munere. Compoſitum ius :
faſque animi ſanctoſqꝫ receſſus Mentis : & incoctum generoſo pectus honeſto. Egregie ſapienterqꝫ ſenſit.
Verum illud ridiculum ſubdidit. Hoc eſſe aurum in tẽplis:qđ ſunt Veneri donatæ a uirgine puppæ:quas
**Polycletus** illa omittere fortaſſe contempſit. Non uidebat enim ſimulacra ipſa & effigies deorum Polycleti & Euphra-
noris & Phidiæ manu ex auro atqꝫ ebore perfectas:nihil aliud eſſe q̃ grandes puppas:non a uirginibus qua-
**Euphranor** rum luſibus uenia dari poteſt:ſed a barbatis hominibus conſecratas. Merito igitur etiam ſenum ſtultitiam
Seneca deridet. Non inquit bis pueri ſumus; ut uulgo dicitur:ſed ſemper. Verum hoc ĩtereſt:ꝙ maiora nos
**Phidias** ludimus. Ergo his ludicris:& ornatis:& grandibus puppis:& unguenta & thura & odores ĩſerunt. His opi-
**Seneca** mas & pĩgues hoſtias immolant:quibus eſt quidem os:ſed carent officio dentium. His peplos & indumen
**auctor** ta precioſa:quibus uſus uelaminis nullus eſt. His aurum & argentum conſecrant : quæ tam non habent q̃
**Dionyſius** accipiunt:q̃ qui illa donarunt. Nec immerito Dionyſius Siciliæ tyrãnus poſt uictoriam Græcia potitus: de-
os tales contempſit:ſpoliauit:illuſit. Siquidem ſacrilegia ſua iocularibus etiam dictis proſequebatur. Nam
cum Ioui Olympio aureum amictum detraxiſſet:laneum iuſſit ĩponi dicens æſtate eſſe graue aureum: hye-
me frigidum:laneũ uero utriqꝫ tempori aptum. Idem auream barbam detrahẽs Aeſculapio ĩcongruens &
iniquum eſſe ait : cum Apollo pater eius ĩberbis eſſet adhuc ac lenis:priorem filiũ q̃ patrem barbatũ uideri
Itẽ pateras & exuuias:& parua quædã ſigilla:quæ ſimulacroꝝ protẽtis manibus tenebant̃:detrahebat: & ac-
cipere ſe illa:nõ auferre dicebat. Perq̃.n.ſtultũ eſſe & ĩgratum:nolle accipere ab his ultro porrigẽtibus:a qui-
bus bona ſibi hoĩes precarent̃. Hæc.n.fecit ĩpune:quia rex & uictor fuit. Quin.n.ſecuta eſt eũ ſolita fœlicitas
Vixit enim uſqꝫ ad ſenectutem:regnumqꝫ per manus filio tradidit. In eo igitur quia homines ſacrilegia uin-
dicare non poterant:oportuit deos ipſos ſui uindices eſſe. At ſi humilis quid tale commiſerit : huic præſto
ſunt flagella :ignes:eculei:cruces:& quicquid excogitare iratis & furẽtibus licet. Sed cũ puniũt depræhẽſos
ĩ ſacrilegio:ipſi de deorum ſuorum poteſtate diffidunt. Cur.n.illis potiſſimũ non relinquant ulciſcendi ſui
locũ. ſi eos poſſe aliquid arbitrantur? Quin.n.putant illoꝝ numine accidiſſe:ut prædones reꝝ ſacrarum de-
præhenſi tenerent̃:& ſæuiunt nõ tam ira q̃ metu:ne ſi deorum iniuriam non uindicauerĩt:ipſos expectant

pene icredibili.ſ. uanitate: qui nocituros ſibi deos putent ob aliena ſcelera: qui ipſis a quibus uiolati ſpolia/
tiq; ſunt: per ſeipſos nihil nocere potuerũt. At.n. ſæpe ipſi quoq; i ſacrilegos uindicauerũt: poteſt id uel caſu
accidiſſe: ꝙ aliquando non ſemper. Sed tamen paulopoſt: quando id acciderit: oſtendam. Sed quæro cur il
li tot & tanta ſacrilegia i Dionyſio nõ uindicauerũt? q̃ non furtim: ſed palã deos ludibrio habuit. Cur hunc
tam potentẽ ſacrilegũ a tẽplis: a cerimoniis: ab imaginibus ſuis nõ arcuerunt? Cur etiã ſacris rebus ablatis:
ꝓſpere nauigauit? quod ioco ipſe teſtatus eſt: ut ſolebat. Videtis ne inquit comitibus ſuis naufragiũ timen
tibus: q̃ ꝓſpera ſacrilegis nauigatio ab ipſis ĩmortalibus tribuat? Sed hic fortaſſe a Platõe didicerat deos ni
hil eẽ. Quid Caius Verres? quem Tullius accuſator eius eidem Dionyſio & Phalaridi: & tyrãnis omnibus Plato au/
comparat: nõne omnem Siciliam compilauit: ſublatis deoꝝ ſimulacris: ornamẽtiſq; phanorũ? Ocioſum ẽ ctor
proſequi ſingula. unum libet cõmemorare: i quo accuſator omnibus eloquẽtiæ uiribus: omni deniq; cona/ C. Verres
tu uocis & corporis deplorauit. de Cerere Catinenſi uel Aetnenſi: quarũ alterius tanta fuit religio: ut adire Tullius au
templi eius ſecreta penetralia uiris nefas eſſet. Alterius antiq̃tas tanta fuit: ut oẽs hiſtoriæ loquant̃ ipſam deã ctor
fruges i Aetnæ ſolo primum reperiſſe: filiamq; eius uirginẽ ex eodẽ loco raptam. Deniq; gracchanis tempo
ribus turbata republica & ſeditionibus & oſtentis: cum repertum eſſet in carminibus Sibyllinis: antiq̃ſſimã
Cererem debere placari: legati ſunt Aetnã miſſi. Hæc igitur Ceres: uel religioſiſſima: quã uidere maribus ne
adorandi q̃dem gratia licebat: uel antiq̃ſſima: quam.ſ. ſenatus populuſq; Ro. ſacrificiis doniſq; placauerat: ex Ceres
arcanis & uetuſtis penetralibus a.C. Verre imiſſis latrõibus ſeruis: ipune ſublata ẽ. Idẽ uero cũ affirmaret ſe
a Siculis: ut cãm ꝓuinciæ ſuſcipet: oratũ: his uerbis uſus ẽ: ſeſe iã ne deos q̃dẽ i ſuis urbibus: ad quos cõfuge/
rẽt: hẽre: ꝙ eorũ ſimulacra ſanctiſſima. C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet: quaſi uero ſi Verres
ex urbibus delubriſq; ſuſtulerat: de cælo quoq; ſuſtulerat. Vnde apparet iſtos deos nihil hẽre in ſe amplius
q̃ materiam: de qua ſunt fabricati. Nec ĩmerito ad te. M. Tulli: hoc eſt ad teipſum hominẽ Siculi cõfugerũt:
quoniã triẽnio ſunt experti deos illos nihil ualere. Eſſent enim ſtultiſſimi: ſi ad eos ob defendendas iniurias
hominum confugiſſent: qui. C. Verri: ne pro ſeipſis irati eſſe potuerũt. At enim Verres ob hæc facinora dã/
natus eſt. Non ergo dii uindicauerunt: ſed Ciceronis induſtria: qua uel defenſores eius oppreſſit: uel gratiæ
reſtitit. Quid ꝙ apud ipſum Verrem non fuit ulla dãnatio ſed uacatio? ut queadmodum Dionyſio deorũ
ſpolia geſtanti dii ĩmortales bonã dederant nauigationem: ſic etiã Verri bonã quietẽ tribuiſſe uideantur: in
qua ſacrilegiis ſuis tranquille frui poſſet. Nam frementibus poſtea ciuilibus bellis ſub obtentu dominatio/
nis ab omni periculo & metu remotus; aliorũ graues caſus & mirabiles exitus audiebat: & qui cecidiſſe ſo/
lus omnibus ſtantibus uidebatur: is uero uniuerſis cadentibus ſolus ſtetit: donec illum & opibus ſacrilegio
partis: & uita ſatiatum: ac ſenectute cõfectum proſcriptio triũuiralis auferret. eadem ſcilicet quæ Tulliũ uio
latæ deorum maieſtatis ultorem. Quin etiã fœlix in eoipſo fuit: ꝙ ante ſuam mortem crudeliſſimum exi/
tum ſui accuſatoris audiuit. Diis uidelicet prouidẽtibus: ut ſacrilegus ac prædo ille religionum ſuarum nõ
ante moreretur: q̃ ſolatium de ultione cepiſſet.

Quod ſolus omnium creator uerus deus eſt: ſoluſq; colendus: nec elementa: nec corpora cæleſtia aliquid
diuinitatis habent: in quo & ſtoici deſipiunt: qui ſtellas deos putant: quæ non ſua uoluntate mouentur: ſed
dei: & qua ratione eas ſic fieri uoluit. Cap. V.

QVanto igitur rectius eſt omiſſis inſenſibilibus & uanis: oculos eo tendere: ubi ſedes: ubi habita/
tio eſt dei ueri: qui terrã ſtabili firmitate ſuſpendit: qui cælum diſtinxit aſtris fulgentibus: qui ſo/
lem rebus humanis clariſſimũ ac ſingulare lumẽ in argumẽtũ ſuæ: ac unicæ maieſtatis accẽdit?
Terris aũt maria circunfudit: flumina ſempiterno lapſu fluere præcepit. Iuſſit & extendi cam/
pos: ſubſidere ualles. Fronte tegi ſiluas: lapidoſos ſurgere montes. Quæ utiq; omnia non Iup/
piter fecit: qui ante annos mille ſeptingentos natus eſt: ſed idem ille opifex rerum mundi melioris origo.
Qui uocatur deus: cuius principium: quoniam non poteſt comprehendi: ne quæri debet quidem. Satis eſt
homini ad plenã perfectãq; prudentiam: ſi deum eſſe intelligat: cuius intelligentiæ uis & ſumma hæc eſt: ut
ſuſcipiat & honorificet cõmunem parentẽ generis humani: & rerum mirabilium fabricatorem. Vnde qui/
dam hebetis obtuſiq; cordis: elementa quæ & facta ſunt: & carent ſenſu: tanq̃ deos adorant: qui cũ dei ope/
ra mirarentur: cælum cum luminibus uariis: terram cum campis & montibus: maria cum fluminibus
& ſtagnis & fontibus: earum rerũ admiratione obſtupefacti: & ipſius artificis obliti: quẽ uidere nõ poterãt:
eius opera uenerari: & colere cœperunt: nec unq̃ intelligere quiuerunt: quãto maior: quãto mirabilior ſit:
qui illa fecit ex nihilo: quæ cũ uideant diuinis legibus obſequentia: cõmodis atq; uſibus hominũ perpetua
neceſſitate famulari: tamen illa deos exiſtimant eſſe: ingrati aduerſus beneficia diuina: qui deo & patri idul
gentiſſimo ſua ſibi opera prætulerũt. Sed quid mirũ: ſi aut barbari: aut imperiti homines errant: cũ & phi/
loſophi ſtoicæ diſciplinæ in eadem ſint opinione: ut omnia cæleſtia quæ mouentur: in deorũ numero habẽ
da eſſe cenſeant? Siquidẽ Lucillius ſtoicus apud Ciceronẽ ſic loquitur. Hanc igitur in ſtellis conſtantiã: hanc Lucillius
tantam in tam uariis curſibus in omni æternitate conuenientiam temporũ non poſſum ĩtelligere ſine men
te: ratione: conſilio: quæ cum in ſyderibus eſſe uideamus. nõ poſſumus eaipſa nõ in deorũ numero ponere.
Item paulo ſuperius. Reſtat inquit ut motus aſtrorum ſit uoluntarius: quæ qui uideat nõ indocte ſolũ: ue/
rũ etiã ipie faciat: ſi deos eẽ neget. Nos uero & quidẽ cõſtãter negamus: ac uos o philoſophi: nõ ſolũ idoctos:
& ĩpios: uerũ etiã cæcos & ĩeptos deliroſq; ꝓbamus: q ignorãtiã impitoꝝ uanitate uiciſtis. Illi enĩ ſolẽ & lu/
nã: uos etiã ſydera deos putatis. Tradite igiẽ nobis ſtellarũ myſteria: ut aras & tẽpla ſingulis erigamus: ut ſcia
mus quo quãq; ritu: quo die colamus: q̃bus noĩbus: q̃bus ꝓcibus aduocemus: niſi forte nullo diſcrimine: tã
ĩnumerales: tã minutos deos aceruatim colere debemus. Quid ꝙ argumẽtum illud: quo colligũt uniuerſa
cæleſtia deos eſſe: in contrariũ ualet. Nã ſi deos eſſe iccirco opinantur: quia certos & rationabiles curſus ha/

UNIVERSIDAD DE SEVILLA

bent:errant.Ex hoc enim apparet deos nō eſſe:ꝗ exorbitare illis a pſtitutis itineribus nō licet. Cæterū ſi dii eſſent:huc atq; illuc paſſim ſine ulla neceſſitate ferrent̃:ſicut animātes in terra : quorū(quia liberæ ſunt uo/luntates)huc atq; illuc uagant̃:ut libet:& quo quēq; mens duxerit eo fertur.Nō eſt igitur aſtrorum motus uoluntarius:ſed neceſſarius:quia præſtitutis legibus officiiſq; deſeruiūt.Sed cum diſputaret de curſibus ſy/derum:quos ex ipſa rerum ac temporū congruentia intelligebat non eſſe fortuitos:exiſtimauit uoluntari/os eſſe:tanq̃ non poſſent tam diſpoſite q̃ ordinate moueri:niſi ſenſus illis ineſſet officii ſui ſciens.O quā diffi cilis eſt ignorantibus ueritas:& quā facilis ſcientibus.Si motus inquit aſtrorum fortuiti nō ſunt:nihil aliud reſtat niſi ut uoluntarii ſint.Immo uero ut nō eſſe fortuitos manifeſtū eſt:ita nec uolūtarios.Quomodo igi tur in cōficiendis itineribus conſtātiam ſuā ſeruant?Nimirum deus uniuerſi artifex ſic illa diſpoſuit : ſic illa machinatus eſt:ut per ſpacia cæli diuina:& admirabili ratione decurrerēt:ad efficiēdas ſuccedētium ſibi tē/

Archimedes porum uarietates.An Archimedes ſiculus concauo ære ſimilitudinem mundi ac figuram potuit machina ri:in quo ita ſolem ac lunam compoſuit:ut inæquales motus:& cæleſtibus ſimiles conuerſionibus ſingu/liſq;:quaſi diebus efficerent : & non modo deceſſus ſolis & acceſſus uel incrementa diminutioneſq; lunæ: uerū etiam ſtellarum:uel errantiū:uel uagarū:diſpares curſus orbis ille dum uertitur:exhiberet.Deus ergo illa uera non potuit machinari & efficere:quæ potuit ſolertia hominis imitatione ſimulari?Vtrū ne igitur Stoicus ſi aſtrorū figuras in illo aere pictas effictaſq; uidiſſet ſuo illa conſilio moueri diceret : ac non potius artificis ingenio?Ineſt ergo ſyderibus ratio ad peragēdos meatus ſuos apta:ſed dei eſt illa ratio: qui & fecit: & regit omnia. Non ipſorum ſyderum:quæ mouentur. nam ſi ſolem ſtare uoluiſſet:perpetuus dies utiq; eſſet.Item ſi motus aſtra non haberent:quis dubitat ſempiternā noctem fuiſſe futurā?Sed ut diei ac noctis uices eſſent:moueri ea uoluit:& tam uarie moueri:ut nō modo lucis ac tenebrarū mutuæ uiciſſitudines fi erent:quibus laboris & quietis alterna ſpatia conſtarent:ſed etiam frigoris:& caloris:& diuerſorū temporū uis:ac poteſtas:uel generandis:uel maturandis frugibus conueniret.Quā ſolertiā diuinæ poteſtatis in ma/chinandis itineribus aſtrorum:quia philoſophi nō uidebant: animalia eſſe ſydera putauerūt:tanq̃ pedibus & ſponte:nō diuina ratione ꝓcederent.Cur autē excogitauerit illa deus:quis non intelligit?Scilicet ne ſolis lumine decedente:nimiū ceca nox tetris atq; horrētibus tenebris ingraueſceret: noceretq; uiuētibus. Itaq; & cælum ſimul mira uarietate diſtinxit:& tenebras ipſas multis minutiſq; luminibus temperauit. Quāto

Naſo auctor igitur Naſo ſapientius:q̃ illi:qui ſapientiæ ſtudere ſe putant:qui ſentit a deo lumina illa:ut horrorē tenebra rum depelleret : īſtituta?Is eū librū:quo phænomena breuiter cōprehēdit:his tribus uerſibus terminauit.

Tot numero : taliq; deus ſimulacra figura Impoſuit cælo: perq; atras ſparſa tenebras Clara pruinoſæ iuſſit dare lumina nocti. Quod ſi fieri nō poteſt:ut ſtellæ dii ſint.ergo nec ſol quidē nec luna dii eē poſſūt: quoniam luminibus aſtrorū:non ratione differunt:ſed magnitudine. Quod ſi hi dii non ſunt:ergo nec cæ lum quidem:in quo illa omnia continentur.

Quod nec terra:nec aqua : nec pars aliqua mundi : nec totus ipſe deus eſt animatus ſtoici mentiuntur: qui quod aſtruunt:pariter & euertunt. Cap.VI.

Simili modo ſi terra quam calcamus:quam ſubigimus : & colimus ad uictum : deus non eſt : ne campi quidem ac montes dii erunt. Sed hi non ſunt. ergo non tellus quidem uniuerſa deus ui/deri poteſt.Itē ſi aqua:quæ ſeruit animantibus ad uſum bibendi:aut lauandi:deus nō eſt:ne fon/tes quidem:ex quibus aqua profluit.Si fontes non ſunt:ne flumina quidē:quæ de fontibus col/liguntur.Si flumina quoq; dii nō ſunt:ergo & mare:quod ex fluminibus cōſtat : deus haberi nō poteſt.Quod ſi neq; cælū:neq; terra:neq; mare:quæ mundi partes ſunt:dii eſſe nō poſſunt:ergo ne mūdus quidem totus deus eſt:quem idē ipſi ſtoici & animantē & ſapientē eſſe contēdunt:& propterea deū. in quo tā incōſtātes fuerūt:ut nihil dictū ſit ab his:quod nō ab iiſdē fuerit euerſum. Sic enī argumētant̃ : fieri non poſſe:ut ſenſu careat:qđ ſenſibilia ex ſe generat.Mundus aūt generat hominē:q eſt ſenſu præditus: ergo & ipſum ſenſibilem eē.Itē ſine ſenſu eſſe nō poſſe:cuius pars hēat ſenſum.Igit̃ quia homo ſenſibilis eſt:etiā mū do:cuius pars hō eſt:ineſſe ſenſum.Propoſitiōes qdem ueræ ſunt:& ſenſibile eē qđ ſenſu præditum gignat: & habere ſenſum:cuius pars ſenſu aucta ſit.Sed aſſumptiones falſæ:quibus argumēta cōcludunt:quia neq; mundus generat hominem:neq; mundi homo pars eſt.nam hominem a principio idem deus fecit: qui & mundū:& non eſt mundi pars homo:ſicut corporis membrū.Poteſt.n.mundus eſſe ſine homīe:ſicut urbs & domus.Atqui ut domus unius hominis habitaculum eſt:& urbs unius populi:ſic & mundus domicili/um totius generis humani.Et aliud eſt qđ incolitur:aliud qđ īcolit.Sed illi dum ſtudent id qđ falſo ſuſce/perant cōfirmare:& ſenſibilē eſſe mundū & deum: argumētoꝝ ſuorū conſequentia nō uiderunt. Nā ſi mū di pars eſt homo:& ſenſibilis eſt mundus:quia ſentit.Ergo qa mortalis eſt homo :mortalis ſit & mundus neceſſe eſt:nec tantū mortalis:ſed etiā omnibus morbis & paſſionibus ſubiectus:& econtrario:ſi deus ē mū dus & partes eius utiq; īmortales ſunt:ergo & homo deus eſt:qa pars eſt(ut dicitis)mūdi.ſi hō: ergo iumē ta & pecudes:& cætera genera beſtiarum & auium & piſciū:quoniā illa eodē modo ſentiūt:& mundi par/tes ſunt. At hoc tolerabile eſt.Nam & hoc colūt ægyptii.ſed res eo ꝑuenit:ut & ranæ & culices & formicæ dii eſſe uideant̃:qa & ipſis ineſt ſenſus: & ex parte mundi ſunt.Ita ſemp argumenta ex falſo petita:ineptos & abſurdos exitus habēt.Quid q iidē ipſi aiunt:deoꝝ & hoīum cauſa mūdum eſſe conſtructum quaſi cōem domum?Ergo nec mundus deus eſt:nec animans:ſi cōſtructus eſt.animās.n.nō conſtruit̃ ſed naſcit̃. Et ſi eſt ædificatus:& ſic utiq; tanq̃ domus:tanq̃ nauis.Eſt ergo aliquis artifex mundi deus:& ſeorſum erit mun dus q factus eſt:ſeorſum ille qui fecit.Iam illud quidem repugnans & abſurdum:q cum cæleſtes ignes:cæ/teraq; mundi elementa deos eſſe affirmant:Itē ipſum deum mundum dicūt. Quomō poteſt ex deoꝝ mul torū aceruo unus deus confici.ſi aſtra dii ſunt:mundus ergo non deus ſed domiciliū deoꝝ eſt.Si uero deus

DEus autem poſtea cum uideret orbem terræ malitia & ſceleribus oppletum: ſtatuit humanum genus diluuio p̄dere:ſed tamē ad multitudinē reparādam delegit unum:quod corruptis omni/ bus ſingulare iuſtitiæ ſuperat exemplum. Hic cum ſexcētorum eſſet annorum:fabricauit arcam ſicut præceperat ei deus:in qua ipſe cum coniuge ac tribus filiis totidēq̃ nuribus reſeruatus ē: cū aqua uniuerſos mōtes altiſſimos operuiſſet. Deīde orbe ſiccato:execratus iniuſticiam prioris ſæ/ culi deus:ne rurſus longitudo uitæ cauſa eſſet excogitandoꝝ malorum:paulatim per ſingulas progenies di minuit hominis ætatē. Atq̃ in centum &.xx.annis metam collocauit:quam tranſgredi non liceret. Ille ue/ Erratū ro cum egreſſus eēt ex arca (ut ſanctæ lr̄æ docēt) terrā ſtudioſe coluit:atq̃ uineam ſua manu ſeuit. Vnde ar/ Liber guunť qui auctorē uini Liberum putant. Ille enim nō modo Libeꝝ:ſed etiam Saturnum atq̃ Vranū mul/ Saturnus tis anteceſſit ætatibus:qua ex uinea cum primum fructū cœpiſſet:lætus factus bibit uſq̃ ad ebrietatē:iacuit/ Vranus que nudus. Quod cum uidiſſet unus ex filiis:cui nomē fuit Cham:non texit patris nuditatē: ſed egreſſus ēt fratribus indicauit. At illi ſumpto pallio intrauerunt auerſis uultibus:patremq̃ texerunt. Quæ cum facta re cognouiſſet pater:abdicauit atq̃ expulit filium. At ille profugus in eius terræ parte conſedit:quæ nunc Ara Cham a bia nominať. Eaq̃ terra de nomine ſuo Canaan dicta eſt:& poſteri eius Cananei. Hæc fuit prima gens: quæ quo cana deum ignorauit:quoniam princeps eius & conditor cultum dei a patre non accepit:maledictus ab eo. Itaq̃ nei ignorantiam diuinitatis minoribus ſuis reliquit. Ab hac gente proximi quiq̃ populi multitudine increſcen te fluxerunt. Ipſius aūt patris poſteri hebræi dicti:penes quos religio dei reſedit:ſed & ab his poſtea multipli cato in īmenſum numero:cum eos anguſtiæ locoꝝ ſuorum capere non poſſent:tum adoleſcentes uel miſſi a parētibus:uel ſua ſponte cum rerum penuria cogeret:profugi ad quærēdas ſibi nouas ſedes huc atq̃ illuc diſperſi:omnes inſulas & orbem totum repleuerunt: & a ſtirpe ſanctæ radicis auulſi:nouos ſibi mores atq̃ inſtituta pro arbitrio condiderunt. Sed omnium primi qui Aegyptum occupauerūt:cæleſtia ſuſpicere atq̃ adorare cœperunt. Et quia neq̃ domiciliis tegebantur p̄pter aeris æqualitatem:nec ullis in ea regione nubi bus ſubtexitur cælum:curſus ſiderum & defectus notauerunt:dum ea ſæpe uenerantes curioſius atq̃ libe/ rius intuerentur. Poſtea deinde portētificas animalium figuras quas colerēt:commēti ſunt quibuſdam pro digiis inducti. Quorum mox auctores aperiemus. Cæteri autē qui per terram diſperſi fuerunt admirantes elemēta mundi:cælum:ſolem:terram:mare ſine ullis imaginibus ac templis uenerabantur. Et his ſacrificia in apto celebrabant:donec proceſſu tēporum potētiſſimis regibus tēpla & ſimulacra fecerūt. Eaq̃ uictimis & odoribus colere inſtituerunt:ſic aberrantes a noticia dei gentes eſſe cœperunt. Errant igitur qui deorum cultus ab exordio rerum fuiſſe contendunt:& priorē eſſe gentilitatem q̄ dei religionem: quam putant poſte rius inuentam:quia fontem atque originem ueritatis ignorant. Nunc ad principium mundi reuertamur.

De inquinatione angelorum:& duobus generibus demonum:qui ſe pſuaſerūt ut deos coli: quos etiam familiares philoſophi habuerunt:ut Socrates. Cap. XV.

CVm ergo numerus hominum cœpiſſet increſcere:prouidēs deus ne fraudibus ſuis diabolus: cui ab initio terræ dederat poteſtatem:uel corrumperet uel diſpgeret homines:quod in exordio fecerat:miſit angelos ad tutelam cultūq; generis humani. Quibus præcepit ante omnia ne terræ contagione maculati ſubſtantiæ cæleſtis amitterēt dignitatē.ſ.id eos facere prohibuit:quod ſciebat eē facturos:ut ueniam ſperare non poſſent.Itaq; illos cūm hominibus cōmorantes: dominator ille terræ fallaciſſimus:conſuetudine ipſa paulatim ad uitia pellexit.Et mulierum congreſſibus inquinauit.Tum in cælum ob peccata quibus ſe imiſerant:non recepti ceciderunt in terram:ſic eos diabolus ex angelis dei ſuos fecit ſatellites ac miniſtros.Qui aūt ſunt ex his ꝓcreati:quia neq; angeli neq; homines fuerūt ſed mediam quandam naturam gerentes:non ſunt ad inferos recepti:ſicut in cælum parentes eoꝝ. Ita duo genera dæmonum facta ſunt:unum cæleſte:alterum terrenum.Hi ſunt immundi ſpiritus malorum quæ gerunt auctores:quorum idem diabolus eſt princeps.Vnde Triſmegiſtus illum dæmonarchen uocat. Dæmonas aūt grammatici dictos aiunt:quaſi δαημονασ:ideſt pitos ac rerum ſcios. Hos autem putant deos eē:ſciunt illi quidē futura multa:ſed non omnia.quippe quibus penitus conſilum dei ſcire non liceat. Et iō ſolent reſponſa in ambiguos exitus temperare. Eos poetæ & ſciunt eſſe dæmonas & loquuntur. Heſiodus ita tradit. τοὶ μεν δαιμόνεσ εισ ι δίοσ μεγαλοῦ διάβοῦλασ εσθλοὶ επιχθόνιοι φύλακεσ θνητῶη ἀνθρώπων: ideſt hi qdē dæmones ſunt Iouis magni propter uoluptatē boni terreſtris cuſtodes mortalium hominū.Qd' iccirco dictū ē:quoniā cuſtodes eos hūano generi deus miſerat:ſed ipſi cū ſint pditores hoīum: cuſtodes tamē ſe uocari uolūt:ut ipſi colant:& deus nō colat.Phī quoq; de his dixerūt. Nā Plato ēt naturas eoꝝ ī ſympoſio exprimere conatus ē.Et Socrates eē circa ſe aſſiduū dæmona loquebat:q puero ſibi adhæſiſſet:cuius arbitrio & nutu ſua uita regeretur.Magorū quoq; ars omnis ac potentia horum aſpirationibus conſtat:a quibus inuocati uiſus hominū præſtigiis obcæcātibus fallunt:ut nō uideāt ea quæ ſunt: & uidere ſe putēt illa quæ non ſunt.Hi ut dico ſpiritus contaminati ac perditi per omnē terram uagant: & ſolatium perditionis ſuæ perdēdis hominibus operant.Itaq; omnia inſidiis:fraudibus:erroribus complent. Adhærent enim ſingulis hominibus:& omnes hoſtiatim domos occupant: ac ſibi geniorū nomē aſſumūt:ſic enī latino ſermōe dæmonas interprætant.Hos in ſuis penetralibus cōſecrant.His quotidie profundunt:& ſciētes dæmonas ueneranf:quaſi terreſtres deos:& quaſi depulſores malorū:quæ ipſi faciunt & irrogant. Qui quoniā ſūt ſpiritus tenues & īcōprehēſibiles inſinuāt ſe corporibus hominū: & occulte in uiſceribus operti:ualitudinem uitiant:morbos citant:ſomniis animos terrent:mētes furoribus quatiunt: ut homines his malis cogant ad eorum auxilia decurrere.

Quod hi prodeſſe putātur:cum nocere deſinunt:nec poſſunt aliquid in eos: qui in fide ſolidati ſunt: ſed ſanctis ſubiecti eis tanq̄ ſeruis obediunt. Cap.XVI.

QVarū omniū fallaciarū ratio expertibus ueritatis obſcura eſt.Prodeſſe enim eos putāt: cū nocere deſinunt:qui nihil aliud poſſunt q̄ nocere.Dicat fortaſſe aliquis colēdos eē ergo ne noceāt: ſiquidem poſſunt nocere.Nocēt illi quidem:ſed his a quibus timent:quos manus dei potēs & excelſa nō protegit: qui profani ſunt a ſacramento ueritatis.Iuſtos autē:ideſt cultores dei metuūt:cuius noīe adiurati de corporibus excedunt: quoꝝ uerbis tanq̄ flagris uerberati nō mō dæmonas ſe eē cōfitētur:ſed etiā noīa ſua edunt:illa quæ in templis adorant:quod plærūq; coram cultoribus ſuis faciunt:nō utiq; in opprobriū religionis:ſed honoris ſui:q̄a nec deo per quē adiurantur:nec iuſtis: quorū uoce torquētur:mētiri poſſunt.Itaq; maximis ſæpe ululatibus æditis:uerberari ſe & ardere: & iam iāq; exire ꝓclamant.Tantū habet dei cognitio ac iuſtitia poteſtatis.Cui ergo nocere poſſunt: niſi his quos habēt in ſua ptāte? Deniq; affirmat eos Hermes:qui cognouerūt deū:nō tātū ab incurſibus dæmonū tutos eſſe: uerū etiam ne fato qdē teneri. Hermes μια inqt:φυλακη ευσεβεια:ευσεβουσ γαρ ἀντρωπου ουτε δαιμον κακοσ ουτε ειμαρμενη κρατει.θεόσ γάρ ρυεται τον ευσεβη εκ πάντοσ κακου.το γαρ εν και μονον εν ανθρωποισ εστιν ἀγαθόν ευσεβεια.i. una īquit cuſtodia pietas.Piū enim homini ē:nec dæmon malus:nec fatū tenet.Nā deus liberat pium ab omni malo:quod unum & ſolū in hoībus bonū eſt pietas.Quid ſit autē ευσεβεια: ideſt pietas alio loco his uerbis teſtatur dicens: η γαρ ευσεβεια γνωσισ εστι θεου:ideſt pietas enim notio eſt dei. Aſclepius autem auditor eius: eandē ſentētiā latius explicauit ī illo ſermone ꝑfecto: quē ſcripſit ad regem. Aſclepius Vterq; uero dæmōas eē affirmat inimicos & uexatores hoīum: quos iō Triſmegiſtus αγγέλουσ πονηρουσ:ideſt angelos malignos appellat: adeo nō ignorant ex cæleſtibus deprauatos terrenos eſſe cœpiſſe.

Quod hi aſtrologiam aruſpicinam: & omnes artes reprobas inuenerunt.& perſuaſerunt cultum idolorum per miracula:& uarias fallaciarum tendiculas. Cap.XVI.

EOrū inuēta ſūt aſtrologia & aruſpicina: & auguratio:& ipſa q̄ dicunt oracula:& necromantia: & ars magica:& qcqd p̄terea malorū exercēt hoīes:uel palā uel occulte:q̄ oīa p ſe falſa ſūt:ut Sibylla erythrea teſtat:επει πλανη παντατα δεστιν απερ αφρονεσ ανδρεσ ερευνωσι καταημαρ.i.quia error hæc omnia ſunt quæ ſtulti hoīes ſcrutant quotidie. Sed idem ipſi auctores præſentia ſua faciūt: ut uera eſſe credant.Ita hoīum credulitatē ꝯmētita diuinitate deludūt:q, illis uerū apire nō expedit. Hi ſunt qui imagines & ſimulacra fingere docuerunt: qui ut & hominum mentes a cultu ueri dei auerterent: & fictos mortuorū regū uultus & ornatos exquiſita pulchritudine ſtatui cōſecrariq; fecerunt: & illorū ſibi nomina quaſi perſonas aliquas induerunt.Sed eos magi: & hi quos uere maleficos uulgus appellat:cū artes ſuas execrabiles exercent: ueris ſuis nominibus cient illis cæleſtibus: quæ in litteris ſanctis leguntur. Hi porro inceſti ac uagi ſpiritus: ut turbent omnia: & errores humanis pectoribus offundunt

ſerunt ac miſcent falſa cum ueris.Ipſi enī cæleſtes multos finxerunt eſſe : unūqꝫ regē omniū iouē: eo ꝙ mul
ti ſunt ſpiritus angelorū in cælo:& unus parēs ac dominus omniū deus.Sed ueritatē mētitis noībus inuolu
tam ex oculis abſtulerunt.Nam deus (ut principio docui) neqꝫ nomine (cum ſolus ſit) eget:neqꝫ angeli:cum
ſint imortales:dici ſe deos aut patiuntur:aut uolunt:quoꝝ unum ſolūqꝫ officiū eſt:ſeruire nutibus dei : nec
omnino quicꝗ niſi iuſſu eius facere.Sic enim mundū regi a deo dicimus:ut a rectore prouinciā: Cuius appa
ritores nemo ſocios eſſe in regēda prouincia dixerit:ꝗuis illorū miniſterio res gerať.Et hi tamē poſſunt ali/
quid præter iuſſa rectoris: per ipſius ignorātiā:quæ eſt cōditiōis humanæ.Ille autē præſes mundi & rector
uniuerſi:qui ſcit omnia:cuius diuinis oculis nihil ſeptū eſt:ſolus habet reꝝ omniū cū filio ſuo poteſtatē:nec
eſt in angelis quicꝗ:niſi parēdi neceſſitas.Itaqꝫ nullū ſibi honorē tribui uolūt:quorū honor in deo eſt. Illi au
tem:qui deſierūt a dei miniſterio:quia ſunt ueritatis inimici & ꝑuaricatores:dei nomen ſibi & cultū deorū
uendicare conanť:nō quo illū honorē deſiderēt.Quis enī honor ꝑditis eſt? nec ut deo noceāt : cui noceri nō
poteſt:ſed ut hoībus quos nitunť a cultura & noticia ueræ maieſtatis auertere:ne īmortalitatē adipiſci poſ/
ſint:quā ipſi ſua nequicia ꝑdiderūt. Offundūt itaqꝫ tenebras: & ueritatē caligine obducūt.ne dominū:ne pa
trem ſuū norint:& ut illiciāt facile:in templis ſe occulūt:& ſacrificiis ipſis præſto adſunt. Edūtqꝫ ſæpe ꝓdi/
gia:qbus obſtupefacti hoīes fidē cōmodēt ſimulacris diuinitatis ac numinis.Inde eſt ꝙ ab augure lapis no/
Iuno — uacula inciſus eſt:& ꝙ Iuno Veiis migrare ſe Romā uelle reſpōdit:ꝙ fortuna muliebris periculū denuncia/
Ceres — uit:ꝙ Claudiæ manū nauis ſecuta eſt:ꝙ in ſacrilegos & Iuno nudata:& Locrēſis ꝓſerpina : & Ceres Mileſia
Hercu/les — uindicauit:& Hercules de Appio:& Iuppiter de Atinio:& minerua de Cæſare.Hinc & ſerpens urbē Romā
peſtilētia liberauit Epidauro arceſſitus.Nam illuc dæmoniarches ipſe in figura ſua ſine diſſimulatione per
Iuppiter — ductus eſt:ſiquidē legati ad eam rē miſſi dracōnē ſecū miræ magnitudinis attulerūt.In oraculis autē uel ma
Minerua — xime fallūt : quorū præſtigias profani a ueritate ītelligere nō poſſunt.Ideoqꝫ ab illis attribui putāt:& impe/
ria:& uictorias : & opes:& euētus proſperos rerū.Deniqꝫ ipſorū nutu ſæpe rēpublicā periculis īminentibus
liberatam.Quæ pericula & reſpōſis denūciauerunt:& ſacrificiis placati auerterunt. Sed omnia iſta fallaciæ
ſunt.Nam cū diſpoſitiōes dei præſentiāt:quippe qui miniſtri eius fuerunt : interponunt ſe in his rebus : ut
*quæcunqꝫ a deo uel facta ſunt* uel fiunt:ipſi potiſſimū facere:aut feciſſe uideantur . Et quotiēs alicui populo
uel urbi ſecundū dei ſtatutū boni qđ īpēdet:illi ſe id facturos uel prodigiis:uel ſōniis:uel oraculis pollicētur.
*ſi ſibi tēpla:ſi honores:ſi ſacrificia* tribuanť.Quibus datis cū illud acciderit:quod neceſſe ē:ſummā ſibi pari
unt uenerationem.Hinc tēpla deuouētur:& nouæ imagines cōſecrātur:mactanť greges hoſtiarum.Sed cū
hæc facta ſunt:nihilominus tamē & uita & ſalus eorū (qui hæc fecerint) īmolanť. Quotiens autē pericula
impēdēt:ob aliquā ſe ineptā & leuē cauſam profitētur iratos:ſicut iuno Varroni : ꝙ formoſum puerum in
tēplo iouis ad exuuias tenēdas collocarat:& ob hāc cauſam Romanū nomē apud Cānas pene deletum eſt.
Quod ſi iuno alterum Ganymedem uerebatur : cur iuuentus Romana luit pœnas? Vel ſi dii tantūmodo
duces curant:cæteram multitudinem negligunt.Cur Varro ſolus euaſit:qui hoc fecit? Et Paulus qui nihil
Hānibal — meruit occiſus eſt? Videlicet nil tunc Romanis accidit fatis Iunonis iniquæ : cū Hānibal duos exercitus po/
puli romani : & aſtu & uirtute confecit.Nam Iuno audere nō poterat:aut Carthaginem defendere : ubi ar/
ma eius & currus fuit:aut romanis nocere:quia ꝓgeniē troiano a ſanguine duci Audierat: tyrias olim quæ
*uerteret arces.Sed illorum ſunt iſti luſus:*qui ſub nominibus mortuorum deliteſcentes uiuentibus plagas
tendunt.Itaqꝫ ſiue illud periculum quod īminet uitari poteſt:uideri uolunt id placati auertiſſe:ſiue non po/
teſt id agunt:ut propter illorum contemptum accidiſſe uideatur.Itaqꝫ ſibi apud homines:qui eos neſciunt:
auctoritatem ac timorem pariūt. Hac uerſutia & his artibus noticiā ueri ac ſingularis dei apud omnes gen
tes inueterauerunt.Suis enim uitiis perditi ſæuiunt & craſſantur: ut perdant.Iccirco etiam humanas hoſti/
as excogitauerunt:ipſi hoſtes humani generis:ut ꝗ multas deuorarent animas.

Cur deus humano generi ſic patiať illudi:& ꝙ tribus de cauſis uana ē eoꝝ religio. Cap. XVIII.

Dicet aliquis:cur ergo deus hæc fieri patitur? nec tam malis ſuccurrit erroribus ut mala cū bonis
pugnent:ut uitia ſint aduerſa uirtutibus:ut hēat alios quos puniat:alios quos honoret. Vltimis
enī temporibus ſtatuit de uiuis ac mortuis iudicare:de quo iudicio mihi erit in ultimo libro di/
ſputatio.Differt ergo donec ueniat temporū finis:quo effundat irā ſuam ī poteſtate ac uirtute cæ
leſti:ſicut uatū prædicta priorum terribili monitu horrificant.Nūc aūt patiť homines errare: &
aduerſum ſe quoqꝫ impios eē:ipſe iuſtus:& mitis:& patiens.Nec enim fieri poteſt: ut non is in quo ꝑfecta
ſit uirtus:ſit etiam ꝑfecta patientia.Vnde quidam putant:ne iraſci quidē deum oīo ꝙ affectibus:qui ſunt ꝑ/
turbationes animi:ſubiectus non ſit:quia fragile ē omne animal:quod afficiť & commoueť. Quæ ꝑſuaſio
ueritatem atqꝫ religionē funditus tollit. Sed ſeponatur interim locus hic nobis de ira dei diſſerēdi:ꝙ & ube
rior ē materia & opere proprio latius exequenda.Illos ergo nequiſſimos ſpiritus quiſquis ueneratus fuerit
& ſecutus:nec cælo nec luce potieť:quæ ſunt dei:ſed in illis decidet:quæ in diſtributione rerū attributa eſſe
ipſi maloꝝ principi diſputauimus:in tenebras.ſ.& inferos:& in ſupplicium ſempiternum.Docui religiones
deoꝝ triplici modo uanas eē.Vno ꝙ ſimulacra ipſa:quæ colunť:effigies ſint hominum mortuoꝝ.Eſt autē
peruerſum & incongruens ut ſimulacrum hominis a ſimulacro dei colať.Colit enim qđ eſt deterius & im/
becillius.Tum inexpiabile facinus eſſe:deſerere uiuentem:ut defunctoꝝ monumentis ſeruias : qui nec uitā
nec lucem dare cuiquam poſſunt:qua ipſi carent.Nec eſſe alium quenquam deum præter unum : cuius iu/
dicio ac poteſtati omnis anima ſubiecta ſit.Altero ꝙ ipſæ imagines ſacræ:quibus inaniſſimi homines ſerui
unt:omni ſenſu carēt:quum terra ſint.Quis autem non intelligat nefas eſſe rectum animal curuari:ut ado/
ret terram? quæ iccirco pedibus noſtris ſubiecta eſt : ut calcanda nobis : non adoranda ſit : qui ſumus
ideo excitati : & ex ea ſtatum ſublimem præter cæteras animantes accepimus : ut non reuoluamur

deorſum:ne hũc cæleſtem uultum proiiciamus ad terrã.Sed oculos eo dirigamus:quo illos naturæ ſuæ cõditio direxit.nihilq; aliud adoremus:nihil colamus:niſi ſolius artificis parẽtiſq; noſtri unicum nomen: qui ꝓpterea hominem rigidum figurauit:ut ſciamus nos ad ſuperna & cæleſtia prouocari. Tertio ꝙ ſpiritus: qui præſunt ipſis religionibus:condemnati & abiecti a deo ꝑ terram uolutentur: qui non tantum nihil præſtare cultoribus ſuis poſſint:quoniam rerum poteſtas penes unum eſt.Verũ etiam mortiferis eos illecebris & erroribus perdant:quoniam hoc illis quotidianum eſt opus:tenebras hominibus obducere: ne quærat̃ ab illis uerus deus.Non igitur colendi ſunt:quia ſentẽtiæ dei ſubiacent.Eſt enim piaculum maximum addicere te poteſtati eorum:quibus ſi iuſtitiam ſequare:potentior eẽ poſſis:& eos adiuratione diuini nominis expellere ac fugare.Quod ſi apparet religiones iſtas tot modis eſſe uanas: quibus docui:manifeſtum eſt eos qui uel mortuis ſupplicant:uel terrã uenerantur:uel ſpiritibus impuris animas ſuas mancipant: rationẽ hominum non tenere:eoſq; impietatis ac ſceleris ſui ſupplicia penſuros:qui rebelles aduerſus parentem generis humani deum:ſuſceptis inexpiabilibus ſacris fas omne uiolauerunt.

Qđ ĩ cultu ſimulacroꝝ nulla põt eẽ religio.Nã a ſimulatõe.i.a fallacia dicta ſunt. Cap. XIX.

QVicunq; igitur ſacramẽtũ hominis tueri:rationẽq; naturæ ſuæ nititur obtinere:ipſe ſe ab humo ſuſcitet:& erecta mẽte oculos ſuos tẽdat in cælum:nõ ſub pedibus quærat deũ:nec a ueſtigiis ſuis eruat qđ adoret:quia quicqd homini ſubiacet:ĩfra hoĩem ſit neceſſe eſt.Sed quærat in ſublimi quærat in ſummo:qa nihil põt homine maius eẽ:niſi qđ fuerit ſupra hoĩem.Deus aũt maior eſt homine:ſupra ergo non infra eſt.Nec in ima potius:ſed in ſumma regiõe quærẽdus ẽ. Quare nõ ẽ dubiũ:qn religio nulla ſit:ubicũq; ſimulacrũ ẽ.Nã ſi religio ex diuinis rebus ẽ.diuini aũt nihil ẽ:niſi ĩ cæleſtibus rebus.Carẽt ergo religione ſimulacra:qa nihil põt eẽ cæleſte ĩ ea re:quæ fit ex terra.qđ quidẽ de noĩe ipſo ſapiẽti apparere poteſt.Quicqd.n.ſimulatur:id falſum ſit neceſſe eſt:nec poteſt unquã ueri nomen accipere: quod ueritatẽ fuco & imitatiõe mẽtit̃.Si aũt oĩs imitatio nõ res potiſſimũ ſeria:ſed quaſi ludus ac iocus eſt: nõ religio in ſimulacris:ſed mimus religiõis eſt.Præferẽdum eſt igitur uerũ omnibus falſis.Calcãda terrena:ut cæleſtia cõſequamur.Ita enĩ res ſe habet:ut quiſq; animã ſuã:cuius origo de cælo eſt:ad inferna & ima poſtrauerit:eo cadet:quo ſe ipſe deiecerit.Ideoq; oportet rationis ac ſtatus memorẽ nõ niſi ad ſupna niti ſemper ac tendere.Quod qui fecerit:hic plane ſapiẽs:hic iuſtus:hic homo:hic cælo deoq; dignus iudicabitur:quem ſuus parens:nõ humilẽ : nec ad terrã:more quadrupedũ abiectum:ſed ſtantẽ potius ac rectum ſicut eum fecit:agnouerit.

Breuis epilogus:quo docet gẽtibus ſupatis ſibi a philoſophis grauius ĩminere certamen. Cap. XX.

PEracta eſt igit̃ (ni fallor) magna & difficilis ſuſcæpti operis portio : & maieſtate cæleſti ſuggerẽte nobis dicẽdi facultatẽ inueteratos depulimus errores.Nũc uero maior nobis ac difficilior cũ philoſophis ꝓpoſita luctatio eſt:quoꝝ ſũma doctrina & eloquẽtia quaſi moles aliqua mihi opponitur. Nã ut illic multitudine ac prope cõſenſu omniũ gentiũ ꝓmebamur:ita hic auctoritate præſtantiũ omni genere laudis uirorũ.Quis autẽ neſciat plus eſſe momenti in paucioribus doctis:ꝗ in pluribus imperitis? Sed nõ ẽ deſperãdũ iſtos quoq; de ſentẽtia:deo ac ueritate ducibus poſſe depelli.Nec tam ꝑtinaces fore arbitror : ut clariſſimũ ſolẽ ſanis:ac patẽtibus oculis uidere ſe negẽt. Modo illud uerũ ſit: quod ipſi ſolẽt profiteri ſtudio inueſtigãdæ ueritatis ſe teneri.Efficiã profecto:ut quæſitã ueritatẽ diu:& aliquando inuẽtã eſſe credant:& humanis ingeniis inueniri nõ potuiſſe fateantur.

## Lactantii Firmiani diuinarũ ĩſtitutionũ aduerſus gẽtes.De falſa ſapiẽtia ad Cõſtãtinũ ĩpatorẽ.Liber.III.

Cõmendatur in primis ueritas:& omni præfertur eloquentiæ:& quare eam non ſint aſſecuti philoſophi aperitur:& quare ſtilo ſimplici ſacra ſcribantur eloquia:& ꝙ philoſophis tunc maxime credendum eſt : cũ ſuam ignorantiam profitentur. Cap.primum.

VEllem mihi(quoniã ueritas in obſcuro latere adhuc exiſtimatur)uel errore atq; imperitia uulgi uariis & ineptis ſuperſtitionibus ſeruiẽtis:uel philoſophis prauitate ingeniorũ turbãtibus eam potius ꝗ illuſtrãtibus:& ſi nõ qualis in.M.Tullio fuit(quia præcipua & admirabilis fuit)aliquã tamẽ proximã eloquẽtiæ cõtingere facultatẽ:ut quãtum ueritas ui ſua ꝓpria ualeat:tantũ ingenii quoq; uiribus nixa exerceret ſe aliquãdo.& diſcuſſis cõuictiſq; tam publicis:ꝗ eorũ qui ſapiẽtes putant̃ erroribus:humano generi clariſſimũ lumen ĩferret.Quod quidẽ duabus ex cauſis fieri uellẽ:uel ꝙ magis poſſent credere hoĩes ornatæ ueritati : qui etiã mẽdacio credunt:capti orationis ornatu lenocinioq; uerborũ:uel certe ut ipſi philoſophi ſuis armis potiſſimũ:qbus placere ſibi & cõfidere ſolẽt:opprimerẽtur a nobis.Sed quoniã deus hãc uoluit eẽ rei naturã:ut ſimplex & nuda ueritas eſſet luculẽtior:quia ſatis ornata per ſe eſt.Ideoq; ornamẽtis extrinſecus additis:fucata corrumpitur Mẽdacium uero ſpecie placet aliena:quia per ſe corruptum uaneſcit:ac defluit:niſi aliunde ornatu quæſito: circunlitum fuerit ac politum : æquo animo fero ingenium mihi mediocre fuiſſe cõceſſum.Verum ego nõ eloquẽtiæ:ſed ueritatis fiducia ſuſcepi hoc opus fortaſſe maius : ꝗ ut poſſit meis uiribus ſuſtineri: qđ tamẽ etiam ſi ego defecerim:deo(cuius eſt hoc munus)adiuuante:ueritas ipſa complebit.Etenim cum ſciam maximos quoſque oratores a cauſidicis mediocribus ſæpe uictos:quia tanta eſt potentia ueritatis : ut ſeipſam quamuis in rebus exiguis ſua claritate defendat. Cur hanc ego in maxima cauſa ab ingenioſis quidem illis ac diſertis uiris:ſed tamẽ falſa dicẽtibus:oppreſſum iri putem? ac non illa ſi minus oratione noſtra: quæ de tenui fonte ad modum exilis emanat: lumen tamen ſuo clara & illuſtris appareat? Nec ſi philoſophi doctrina litterarum mirabiles extiterint: ego etiam illis ſcientiam ueri cognitionemque conceſſerim:quã nemo cogitando aut diſputando aſſequi poteſt. Neque enim nunc reprehendo eorum ſtudium: qui ueritatem ſcire uoluerũt:quia naturam hominis deus ueri adipiſcendi cupiẽtiſſimã fecit. Sed id arguo:

Id reuinco:ꝙ honeſtã illorũ & optimã uoluntatẽ ſit ſecutus effectus:quia neqꝫ quid eſſet uerum ipſum ſcie/
bant neqꝫ quomodo aut ubi aut qua mente quærendum. Ita dum ſuccurrere humanis erroribus cupiunt
ipſi ſe in plagas & errores maximos induxerũt. Ad hoc igitur me opus coarguendi philoſophiam:ſuſceptæ
materiæ ordo ipſe deduxit. Nam cum error omnis aut ex religione falſa oriatur:aut ex ſapientia:in eo cõuin
cendo neceſſe eſt utrũqꝫ ſubuertere. Cum enim ſit nobis diuinis litteris traditũ : cogitationes omniũ philo/
ſophorum ſtultas eſſe:idipſum re & argumentis docendum eſt: nequis honeſto ſapiẽtiæ nomine ĩductus:
aut inanis eloquẽtiæ ſplendore deceptus : humanis malit q̃ diuinis credere:quæ quidem tradita ſunt breui
ter ac nude. Nec enim decebat aliter:ut cum deus ad hominẽ loqueret̃:argumẽtis aſſereret ſuas uoces: tanq̃
fides ei nõ haberetur:ſed (ut oportuit) eſt locutus:quaſi rerum omniũ maximus iudex:cuius nõ ẽ argumẽ/
tari:ſed pronũciare uerum. Ipſe ut deus. nos autẽ cum ad res ſingulas teſtimonia diuinæ uocis habeamus:
profecto monſtrabimus quãto certioribus argumẽtis poſſint uera defendi:cum ẽt falſa ſic defendantur: ut
uera ſoleant uideri:quare nõ ẽ ꝙ philoſophis tantũ honoris habeamus : ut eorũ eloquẽtiam ꝑtimeſcamus.
Loqui enim bene potuerũt:ut homines eruditi:uere autẽ loqui nullo modo:quia ueritatẽ nõ didicerant ab
eo:qui eius potens eſſet:nec ſane magnũ aliquid efficiemus:ꝙ illos ignorãtiæ redarguemus:quã ipſi ſæpiſſi
me confitetur in eo ſolo:quoniam non eis creditur:in quo ſolo credi debuit : conabor oſtendere nunq̃ illos
tã ueridicos fuiſſe q̃ cum ſententiam de ſua ignoratione dixerunt.

Quod ipſo noĩe philoſophiæ cõuincit̃ q̃ inanis fuerit gẽtiliter philoſophãtiũ occupatio. Cap. II.

NVnc quoniam duobus ſuperioribus libris religionũ falſitas demõſtrata eſt : nec nõ origo ipſa to/
tius erroris expoſita:huius libri munus eſt philoſophiam quoqꝫ oſtendere:q̃ inanis & falſa ſit: ut
omni errore ſublato:ueritas patefacta clareſcat. Ordiamur itaqꝫ a cõmuni philoſophiæ nomine:
ut ipſo capite deſtructo : facilior nobis aditus pateat ad excidẽdum omne corpus : ſi tamẽ poteſt
corpus uocari:cuius partes ac membra diſcordent:nec ulla compage inter ſe cohæreant:ſed qua/
ſi diſiecta & diſſipata palpitare potius q̃ uiuere uideant̃. Philoſophia eſt ut nomẽ indicat:ipſiqꝫ definiunt:ſtu
dium ſapiẽtiæ. Vnde igitur probẽ magis philoſophiã nõ eẽ ſapiẽtiã:q̃ ex ipſius noĩs ſignificatione? Qui enĩ
ſapiẽtiæ ſtudet:utiqꝫ nõdum ſapit:ſed ut ſape poſſit ſtudet. In cæteris artibus ſtudium quid efficiat : & quo
tendat:apparet:quas cum diſcendo aliquis aſſecutus eſt:iam nõ ſtudioſus artificii:ſed artifex noĩatur. At enĩ
uerecundiæ cauſa ſtudioſos ſe ſapientiæ nõ ſapientes uocauerunt. Immo uero Pythagoras qui hoc primus
nomẽ inuenit:cũ paulo plus ſaperet : q̃ illi priores:q ſe ſapiẽtes putauerũt:ĩtellexit nullo humano ſtudio poſ
ſe ad ſapientiã perueniri. Et ideo nõ oportere incõprehẽſæ atqꝫ ĩpfectæ rei perfectũ nomẽ imponi. Itaqꝫ cũ
ab eo quæreret̃:quẽnam ſe profiteret̃. Reſpõdit philoſophum:ideſt quæſitorẽ ſapiẽtiæ. Si ergo philoſophia
ſapientiã quærit:nec ipſa ſapientia eſt: quia neceſſe eſt aliud eſſe quod quærit:aliud quod quærit̃:nec quæſi/
tio ipſa recta eſt:qa nihil põt inuenire. Ego uero ne ſtudioſos quidẽ ſapiẽtiæ philoſophos eſſe cõceſſerim:qa
illo ſtudio ad ſapientiã nõ ꝑuenit̃. Nam ſi facultas inueniẽdæ ueritatis huic ſtudio ſubiaceret: etſi eſſet id ſtu
dium tanq̃ iter ad ſapientiã:aliquãdo eſſet inuenta. Cũ uero tot tẽporibus : tot ingeniis in eius inquiſitione
cõtritis:nõ ſit cõprehenſa:apparet nullã eſſe ibi ſapientiam:Nõ ergo ſapiẽtiæ ſtudet:qui philoſophãtur : ſed
ipſi ſtudere ſe putãt:quia illud quod quærũt: ubi aut quale ſit neſciunt. Siue ergo ſapientiæ ſtudent: ſiue nõ
ſtudẽt:ſapiẽtes nõ ſunt:qa nunq̃ repiri põt:quod aut nõ recte quærit̃ aut oĩno nõ quæritur.

Philoſo/phia qd ſit

Pythagoras

Ex qbus rebus philoſophia cõſtet. Et qs fuerit auctor academicæ ſectæ:quæ nihil recte definit q̃ ſolã opi/
nionẽ eſſe in philoſophia gentiliũ:q iõ plus audẽt:qa errores eoꝝ nõ arguit niſi deus. Cap. III.

VIdeamus tamẽ idipſum poſſit ne hoc ſtudio reperiri aliqd : an nihil. Duabus rebus uidet̃ philo/
ſophia cõſtare:ſcientia & opinatione : nec ulla alia re. Scientia ab ingenio uenire non poteſt : nec
cogitatione comprehendi : quia in ſeipſo habere propriam ſcientiam:non hominis : ſed dei eſt.
Mortalis autem natura non capit ſcientiam:niſi quæ ueniat extrinſecus. Iccirco enim oculos :
& aures:& cæteros ſenſus patefecit in corpore diuina ſollertia:ut ꝑ eos aditus ſcientia ꝑueniret ad mentem.
Nam cauſas naturalium rerum diſquirere:aut ſcire uelle ſol utrum ne tantus quantus uidetur: an multis
partibus maior ſit:q̃ omnis hæc terra. Item luna globoſa ſit: an concaua: & ſtellæ utrum ne cohæreãt cælo:
an ꝑ aerẽ libero curſu ferantur. Cælum ipſum qua magnitudine:qua materia cõſtet:utrum quietum ſit an
mobile:an incredibili celeritate uoluatur. Quanta ſit terræ craſſitudo:aut quibus fundamẽtis librata & ſu/
ſpenſa ſit. Hæc inquam diſputando & coniecturis uelle compræhẽdere:tale ẽ profecto:quale ſi diſſerere ue/
limus:qualem eſſe arbitramur cuiuſpiam remotiſſimæ gentis urbem:quam nunquam uidimus : cuiuſqꝫ
nihil aliud q̃ nomen audiuimus. Si nobis in ea re ſcientiã uendicemus:quæ nõ põt ſciri: nõne ĩſanire uidea/
mur:qui id affirmare audeamus:in quo reuinci poſſimus? Quãto magis qui naturalia:quæ ſciri ab homĩe
non poſſunt:ſi ſcire ſe putant:furioſi dementeſqꝫ ſunt iudicandi? Recte ergo Socrates:& eum ſecuti acadæ/
mici ſcientiam ſuſtulerunt:quæ nõ diſputãtis ſed diuinantis eſt. Supeſt ut opinatio ĩ philoſophia ſola ſit. Nã
unde abeſt ſcientia:id totum poſſidet opinatio. Id. n. opinatur quiſqꝫ:quod neſcit. Illi aũt qui de rebus natu/
ralibus diſputant:opinantur ita eſſe ut diſputant. Neſciunt igitur ueritatem:quoniam ſcientia certi eſt:opi/
natio ĩcerti. Redeamus ad illud ſuperius exemplũ. Age opinemur de ſtatu & qualitate urbis illius : quæ no/
bis rebus omnibus præter nomen ignota eſt. Veriſimile eſt in plano ſitam:lapideis mœnibus:ædificiis ſub
limibus:uiis pluribus:magnificis ornatiſqꝫ delubris. Deſcribamus:ſi placet:mores habituqꝫ ciuium. Sed cũ
hæc dixerimus:alius contraria diſputabit:& cum hic quoqꝫ porauerit:ſurget & tertius:& alii deiceps:& opi
nabuntur multo diſparia: q̃ nos ſumus opinati. Quid ergo erit ex omnibus ueri certius? Fortaſſe ni/
hil. At omnia ſunt dicta : quæ in rerum naturam cadunt : ut neceſſe ſit aliquid eorum eſſe uerum. At
neſcietur quis uerum dixerit : poteſt fieri: ut omnes ex parte aliqua errauerint:ex parte attigerint uerita/

Socrates

tem. Stulti ergo ſumus:ſi hoc diſputatione quæramus.Poteſt enī ſupuenire aliquis:qui opiniones noſtras derideat:noſq; pro inſanis habeat:qui uelimus id quod neſcimus:quale ſit opinari.Verum non opus ē lōge poſita conquirere.Vnde nemo fortaſſe ueniat:qui nos redarguat.Age opinemur quid nunc in foro geratur quid in curia.Longum ē id quoq; dicamus:īterpoſito uno pariete quid fiat:nemo pōt id ſcire:niſi qui audiuerit aut uiderit.Nullus.n.audet id dicere:quia ſtatim non uerbis ſed re ipſa præſenti refutabit͛. Atqui hoc idē faciunt philoſophi:qui diſputant in cælo quid agat͛:ſed eo ſe id impune facere arbitrantur : quia nullus exiſtit:qui errores eorum coarguat.Quod ſi exiſtimarēt deſcēſurum eē aliquem:qui eos delirare ac mentiri doceret:nunq̄ quicq̄ de his rebus:quas ſcire non poſſint:diſputarēt.Nec tamē iō fœlicior putanda ē eorum imprudētia & audacia:quia non redarguuntur:Redarguit.n.deus: cui ſoli ueritas nota ē : licet conniuere uideatur: eaq; hominum ſapiētiā ꝓ ſumma ſtultitia computat.

Quomodo Zeno & Socrates totam philoſophiam ſuſtulerunt de medio & quaſi quodam ciuili bello ſuis confecta eſt armis Cap. IIII.

REcte igitur Zeno ac ſtoici opinationē repudiarunt.Opinari.n.te ſcire:quod neſcias non ē ſapiētis ſed temerarii potius ac ſtulti.Ergo ſi neq; fieri qcquā pōt:ut Socrates docuit: nec opinari oportet ut Zeno:tota philoſophia ſublata ē. Zeno Quid ꝙ nō tātum ab his duobus euertitur:qui philoſophiæ principes fuerunt:ſed ab omnibus ut iam uideatur iampridē ſuis armis eē confecta:in multas ſectas philoſophia diuiſa ē:& oēs uaria ſentiunt.In qua ponimus ueritatem? in omnibus certe non poteſt: deſignemus quanlibet:nempe in cæteris omnibus ſapientia non erit.Tranſeamus ad ſingulas. Eodem modo quicquid uni dabimus:cæteris auferemus.Vnaquæq; .n.ſecta oēs alias euertit:ut ſe ſuaq; confirmat. Nec ulli alteri ſapere concedit:ne ſe deſipere fateatur:ſed ſicut alias tollit:ſic ipſa quoq; ab aliis tollitur omnibus.Nihilominus enim philoſophi ſunt qui eam ſtultitiæ accuſant.Quancunque laudaueris : ueramq; dixeris : a philoſophis uituperat͛ ut falſa. Credemus ne igit͛ uni : ſe ſuáq; doctrinā laudanti:an multis unius alterius ignorantiā culpantibus? Rectius ergo ſit neceſſe eſt quod plurimi ſentiūt : q̄ quod unus. Nemo enim poteſt de ſe recte iudicare:quod nobilis poeta teſtat͛. Ita enim cōparatā eſſe oībus naturā omniū: aliena ut melius uideant & diiudicent q̄ ſua.Cum igitur omnia incerta ſint : aut omnibus credēdum ſit:aut nemini.Si nemini:ſapientes ergo non ſunt : quia ſinguli ſapientes eſſe ſe putant. ſi omnibus: eque non ſunt ſapientes : quia ſinguli ab omnibus eſſe negantur ſapientes.Pereunt igitur uniuerſi hoc modo & tanquā ſpartiatæ illi poetarum:ſic ſe inuicen iugulant : ut nemo ex omnibus reſtet.Quod eo ſit: quia gladium habent:ſcutum nō habent.Si ergo ſingulæ ſectæ multarū ſectarum iudicio ſtultitiæ cōuincuntur : omnes igitur uanæ atq; inanes reperiuntur.Ita ſeipſam philoſophia conſumit & cōficit. Quod cū intelligeret Archeſilas Academiæ conditor:reprehēſiones omniū inter ſe collegit:cōfeſſionēq; ignorātiæ clarorū philoſophorum:armauitq; ſe aduerſus omnes. Archeſilas Itaq; conſtituit nouā nō philoſophandi philoſophiam. Eo igitur auctore duo philoſophiæ genera cœperūt.Vnū illud uetus quod ſcientiā ſibi uendicat:alterū nouū repugnās: qđ eam detrahit.In his duobus generibus uideo diſſidiū:& quaſi ciuile bellū:ſapientiā quæ diſtrahi nō pōt : in qua parte ponemus? Si natura rerum ſciri poteſt: hæc tyronum caterua interibit:ſi nō poteſt:ueterani conficientur.Si pares fuerint nihilominus peribit dux oīum philoſophia:qa diſtracta eſt.Nihil enī pōt ſine īteritu ſuo ſibi eſſe cōtrariū. Si aūt (ut docui) nulla pōt eē in hoīe interna & ꝓpria ſcientia:ob fragilitatē cōditionis humanæ Archeſilæ manus uicit.Sed ne ipſa quidē ſtabit:quia nō poteſt omnino nihil ſciri.

Contra academicos multa ſcire:& natura rerū:& uitæ neceſſitas cogit. Cap.V.

SVnt enī multa:quæ natura ipſa nos ſcire:& uſus frequēs:& uitæ neceſſitas cogit. Itaq; pereundū eſt:niſi ſcias quæ ad uitam ſunt utilia:ut appetas:quæ periculoſa:ut fugias & uites.Præterea multa ſunt quæ uſus inuenit.Nā ſolis ac lunæ uarii curſus & meatus ſyderum:& ratio tēporum deprehēſa eſt:& natura corporum a medicis:herbarūq; uires:& ab agricolis natura terrarū : necnō hymbriū futurorū:ac tēpeſtatū ſigna collecta ſunt.Nulla deniq; ars eſt : quæ nō ſcientia conſtet. Debuit ergo Archeſilas (ſiquid ſaperet) diſtinguere:quæ ſciri poſſent:quæue neſciri.Sed ſi id feciſſet : ipſe ſe in populum redegiſſet.Nam uulgus interdum plus ſapit:quia tantū quantū opus eſt:ſapit.Aquo ſi quæras utrum ſciat aliquid:an nihil:dicet ſe ſcire quæ ſciat:fatebitur ſe neſcire quæ neſciat.Recte ergo aliorum ſuſtulit diſciplinas:ſed non recte fundauit ſuam.Ignoratio enim rerum omniū non poteſt eſſe ſapientia:cuius eſt ſcire proprium.Ita cum philoſophos expugnauerit:ac docuerit eos nihil ſcire : ipſe quoq; nomen philoſophi perdidit:quia doctrina eius eſt nihil ſcire.Nam qui alios reprehendit:ꝙ neſciant:ipſe debet ſciens eſſe Cum autem nihil ſciat:quæ peruerſitas:quæue inſolentia eſt:ob idipſum ſe philoſophum conſtituere propter quod cæteros tollat? Poſſunt enim ſic reſpondere:ſi nihil nos ſcire conuincis : & ideo nō eſſe ſapientes quia nihil ſciamus:ergo ne tu quidē es ſapiens : qa te quoq; cōfiteris nihil ſcire.Quid ergo ꝓmouit Archeſilas:niſi ꝙ cōfectis omnibus philoſophis ſeipſum quoq; eodem mucrone tranſfixit?

Quomodo ſapientia in medio errantium fuerit.Et academici contra phyſicos:& phyſici contra academicos dimicauerint.Et quæ ſint aſyſtatarum exempla quæſtionum: & ꝙ rationes cæleſtium ſiue naturalium ſciri non poſſint. Cap.VI.

NVſquā ne igitur ſapientia eſt? Immo uero inter philoſophos fuit:ſed nemo uidit. Alii putauerūt ſciri poſſe omnia:ſapientes utiq; non fuerunt. Alii nihil:ne hi quidem ſapientes fuerunt.Illi quia plus homini dederunt:hi quia minus.Vtriſq; in utraque partem modus defuit. Vbi ergo ſapientia eſt:ut neque te omnia ſcire putes quod dei eſt:neq; omnia neſcire quod ē pecudis? Eſt enī aliquid medium quod ſit hominis : ideſt ſcientia cum ignoratione coniuncta & temperata.Scientia in nobis ab anima eſt:quæ oritur e cælo:ignoratio a corpore:quod eſt e terra.Vnde nobis & cū deo:& cū

animalibus eſt aliqua cõitas. Ita quoniã ex his duobus conſtamus elementis: quorũ alterum luce præditũ
eſt: alterum tenebris pars nobis data eſt ſcientiæ: pars ignorantiæ: per hũc quaſi põtẽ trãſire ſine cadẽdi pi
culo licet. Nã ſi illi omnes: qui in alterã partẽ ĩclinauerunt: aut dextro aut ſiniſtro uerſus ceciderunt. Vtraq;
autẽ pars quõ errauerit dicã. Academici cõtra phyſicos ex rebus obſcuris argumẽtati ſunt nullã eẽ ſcientiã:
& exẽplis paucarũ rerũ ĩcõprehẽſibiliũ cõtenti amplexi ſunt ignorãtiã tanq̃ ſcientiã totã ſuſtuliſſent: quia in
parte ſuſtulerãt. Phyſici cõtra ex his quæ apta ſunt. argumẽtũ trahebãt oĩa ſciri poſſe: cõtentiq; ꝑſpicuis: reti
nebãt ſcientiã tanq̃ totã defendiſſent: q̃a ex parte defenderãt. Itaq; neq; hi clara: neq; illi obſcura uiderũt: ſed
utriq; dum ſolã ſcientiã cõſertis manibus uel retinẽt: uel eripiunt: nõ uiderunt in medio cõſtitutã fore: quæ
illos ad ſapientiã trãſmitteret. Veꝝ Archeſilas ignorãtiæ magiſter: cum Zenoni obtrectaret principi ſtoico
rum: ut totã philoſophiã euerteret (auctore Socrate) ſuſcepit hãc ſentẽtiã: ut affirmaret nihil ſciri poſſe. Itaq;
coarguit exiſtimationẽ philoſophoꝝ: q̃ putaſſẽt ĩgeniis ſuis erutã eſſe atq; ĩuentã ueritatẽ: uidelicet: q̃a mor
talis fuerat illa ſapientia: pauciſq; ante tꝑibus ĩſtituta. ad ſummũ iã incrementũ ꝑuenerat: ut iã neceſſario cõ
ſeneſceret ac ꝑiret: repente extitit academia tanq̃ ſenectus philoſophiæ: quæ illã conficeret iã defloreſcentẽ.

Archeſilas nihil ſciri poſſe aiebat

Recteq; uidit Archeſilas arrogãtes: uel potius ſtultos eſſe: q̃ putent ſcientiã ueritatis cõiectura poſſe cõprehẽ
di: ſed tamen falſa dicẽtẽ redarguere nõ põt: niſi q̃ ſcierit ante q̃d ſit ueꝝ. Quod archeſilas ueritate nõ cogni
ta facere conatus: ĩtroduxit genus philoſophiæ ασυσ τατον: quod latine ĩſtabile ſiue incõſtãs poſſumus di
cere. Vt enĩ nihil ſciendũ ſit aliq̃d ſcire neceſſe ẽ. Nã ſi oĩno nihil ſcias: idipſum nihil ſciri poſſe tollet̃. Itaq; q̃
uelut ſententiæ loco ꝓnunciat nihil ſciri: tanq̃ ꝑceptum ꝓfitet̃ & cognitum: ergo aliq̃d ſciri põt. Huic ſimi
le eſt illud q̃d in ſcolis ꝓponi ſolet: in aſyſtati generis exẽplum: ſõniaſſe quendã ne ſõniis crederet. Si enim
crediderit: tum ſequit̃ ut credendũ nõ ſit. Si autẽ nõ crediderit: tunc ſequit̃ ut credẽdum ſit. Ita ſi nihil ſciri
põt: neceſſe eſt idipſum ſciri: q̃d nihil ſciat̃. Si autẽ ſcit̃: poſſe nihil ſciri. Falſum eſt ergo: q̃d dicit̃ nihil ſciri
poſſe. Sic ĩducetur dogma ſibiipſi repugnãs: ſeq; diſſoluens. Sed homo uerſutus cæteris philoſophis uoluit
ſcientiã eripere: ut eã domi abſcõderet. Nã ſibi illã ꝓfecto nõ adimit: q̃ aliq̃d affirmat: ut cæteris adimat: ſed
nihil agit. Apparet enĩ ac furẽ ſuũ ꝓdit. quãto faceret ſapientius ac uerius: ſi exceptione facta diceret: cauſas
rõneſq; dũtaxat reꝝ cæleſtium ſeu naturaliũ: q̃a ſũt abditæ: neſciri poſſe: q̃a nullus doceat: nec quæri opor
tere: q̃a ĩueniri quærendo nõ poſſunt. Qua exceptiõe ĩterpoſita: & phyſicos admonuiſſet: ne quærerẽt ea q̃
modum excederent cogitationis humanæ: & ſeipſum calũniæ inuidia liberaſſet: & nobis certe dediſſet ali
q̃d q̃d ſequeremur. Nũc aũt quũ ab his ſequẽdis nos retraxerit: ne uelimus plus ſcire q̃ poſſimus: nõ minus
a ſe quoq; ipſo retraxit. Quis enĩ uelit laborare: ne q̃cq̃ ſciat? aut eiuſmodi ſuſcipe doctrinã: ut etiã cõmunẽ
ſcientiã ꝑdat? Quæ ſi doctrina eſt ſcientia cõſtet neceſſe eſt. Si nõ eſt: q̃s tã ſtultus eſt: ut diſcendum id putet:
in quo aut nihil diſcitur: aut omnĩo dediſcitur? Quare ſi neq; omnia ſciri poſſunt: quod phyſici putauerũt:
neq; nihil quod academici: philoſophia omnis extincta eſt.

De morali philoſophia: & quare ſicut utilior: ita & cæteris philoſophiæ partibus ſit facilior: quæ fuerint
omnium philoſophorum fere ſententiæ de ſummo bono. Cap. VII.

TRãſeamus nũc ad alterã philoſophiæ partẽ: quã ipſi moralẽ uocãt: in qua totius philoſophiæ rõ
cõtinet̃. Siq̃dẽ in illa phiſica ſola oblectatio eſt: in hac ẽt utilitas: & quoniã in diſponendo uitæ ſta
tu formãdiſq; moribus periculo maiori peccat̃: maiorẽ diligentiã neceſſe eſt adhiberi: ut ſciamus
quõ nos oporteat uiuere. Illic enĩ põt uenia cõcedi: q̃a ſiue aliq̃d dicũt: nihil ꝓſũt: ſiue delirãt: nihil
nocẽt. Hic uero nullus diſſidio: nullus errori ẽ locus. Oẽs unũ ſentire oportet: ipſãq; philoſophiã
uno q̃ſi ore ꝑcipe: q̃a ſiq̃d fuerit erratũ: uita oĩs euertit̃. In illa priori parte: ut ꝑiculi minus: ita plus difficulta
tis eſt: q̃ obſcura rerũ ratio cogit diuerſa & uaria ſentire. Hic ut periculi plus: ita minus difficultatis. Quod
ipſe uſus rerum & quotidiana experimenta poſſunt docere quid ſit uerius: & melius. Videamus ergo utrũ
ne conſentiant: aut quid nobis afferant: quo rectius uita degatur. Non neceſſe eſt omnia circuire. Vnum eli
gamus ac potiſſimum: quod ẽ ſummum ac principale: in quo totius ſapiẽtiæ cardo uerſat̃. Epicurus ſum
mum bonũ ĩ uoluptate animi eẽ cẽſet. Ariſtippus ĩ uoluptate corporis. Callyphon & Dyanomacus cyrenai
ci: honeſtatem cum uoluptate iunxerũt. Diodorus in priuatione doloris ſummum bonũ poſuit. Hierony
mus in nõ dolendo. Peripathetici aũt in bonis animi & corporis & fortunæ. Erilli ſummũ bonũ ẽ ſcientia.
Zenonis cũ natura congruenter uiuere. Quorundã ſtoicorum uirtutẽ ſequi. Ariſtoteles in honeſtate ac uir
tute ſũmũ bonũ collocauit. Hæ ſunt fere oĩum ſniæ. In tãta diuerſitate: quem ſequimur? Cui credimus?
Par eſt omnibus auctoritas. Si eligere poſſumus quod ẽ melius: iam nõ ẽ philoſophia nobis neceſſaria: quia
ſapientes iam ſumus: q̃ de ſapientũ ſententiis iudicemus. Cum uero diſcẽdi ſapientiæ cã ueniamus: q̃d poſ
ſumus iudicare: q̃ nondum ſapere cœperimus. Maxĩe cũ præſto aſſit academicus: qui nos palio retrahat: ac
uetet cuiquã credere: nec tamen afferat ipſe quod ſequamur.

Quod uera ſapientia docet ſummum bonum hominis non eſſe animi uel corporis uoluptatem aut ali
quid eorum quæ a philoſophis ſunt propoſita. Cap. VIII.

QVid ergo ſupereſt: niſi ut omiſſis litigationibus furioſis ac pertinacibus: ueniamus ad iudicẽ illũ
ꝯſ.datorẽ ſimplicis & q̃etæ ſapiẽtiæ: q̃ nõ tãtum formare nos ac inducere in uiã poſſit: uerũetiã de
cõtrouerſis iſtorum ferre ſentẽtiã. Hæc nos docet: q̃d ſit hominis uerum ac ſummũ bonum de
quo priuſquã dicere incipio: illæ omnes ſentẽtiæ ſunt refellendæ: ut appareat neminẽ illorũ fuiſ
ſe ſapiẽtẽ. Cũ de officio hoĩs agat̃: oportet ſummũ ſummi aĩalis bonũ ĩ eo cõſtitui: q̃ꝺ̃ cõe cũ cæ
teris aĩalibus eẽ nõ poſſit. Sed ut feris dẽtes armẽtis cornua: uolucribus pẽnæ ꝓpria ſunt: ſic hoĩ aliq̃d ſuum
debet aſcribi: ſine quo rõnẽ ſuæ cõditõis amittat. Nã q̃ꝺ̃ uiuẽdi aut generãdi cã datũ ẽ oĩbus: ẽ q̃dẽ bonũ na
turale: ſũmũ tamẽ nõ ẽ: niſi q̃ꝺ̃ ẽ unicuiq; generi ꝓpriũ. Sapiẽs ergo non fuit q̃ ſummũ bonum credidit ani

mi uoluptatem:quoniam ſiue ulla ſecuritas ſiue gaudiũ eſt:cõis ẽ omnibus. Ariſtippo ne reſpondendum quidem duco:quẽ corporis ſemꝑ uoluptatem tuẽtem:nihilqꝫ aliud ꝗ uentri & ueneri ſeruiẽtem: nemini dubium eſt hoĩem nõ fuiſſe. Sic.n.uixit:ut nihil ĩter eum pecudẽqꝫ diſtaret:niſi unum:ꝙ loquebaẽ. Quod ſi aſino aut cani:aut ſui facultas loquendi tribuatur:quæraſqꝫ ab his quid ſibi uelint:cum fœminas tam rabide cõſectantur:ut uix diuelli queant:cibos etiam potumqꝫ negligant. Cur aut alios mares uiolenter abigant: aut ne uicti quidem abſiſtant:ſed a fortioribus ſæpe contriti: eo magis ĩſectenẽ? Cur nec hymbres nec frigora ꝑtimeſcant:laborem ſuſcipiant:ꝑiculum nõ recuſent? Quid aliud reſpondebunt? niſi ſummũ bonũ eſſe corporis uoluptatem:eam ſe appetere:ut afficiantur ſuauiſſimis ſenſibus:eoſqꝫ eſſe tanti:ut aſſequendorum cauſa nec laborem ſibi ullum:nec uulnera:nec mortẽ ĩpam recuſandam putẽt. Ab his ne igitur præcepta uiuendi petemus:qui hoc idem ſentiunt:quod animæ rationis exꝑtes? Aiũt Cyrenaici uirtutem ipſam ex eo ipſo eẽ laudandam:ꝙ ſit efficiens uoluptatis. Verum ergo inquit obſcœnus canis:aut ſus ille lutulentus: nã ideo cũ aduerſario ſumma uirium cõtentione depugno:ut uirtus mea pariat mihi uoluptatem cuius exꝑs ſim neceſſe eſt:ſi uictus abſceſſero. Ab his ergo ſapere diſcemus:quos a pecudibus ac bæluis nõ ſñia ſed lingua diſcernitur? Priuationem doloris ſummum bonum putare:nõ plane ꝑipatheticorũ ac ſtoicorum: ſed cynicorum philoſophorũ eſt. Quis enim non ĩtelligat ab ægrotis & in aliquo dolore poſitis: eſſe hoc diſputatum? Quid tam ridiculum:ꝗ id habere pro ſummo bono:quod medicus poſſit dare? Dolẽdum eſt ergo ut fruamur bono:& qdem grauiter ac ſæpe:ut ſit poſtea non dolere iocundius. Miſerrimus eſt igitur q nũꝗ doluit:quia bono caret:quem nos fœliciſſimum putabamus:quia malo caruit. Ab hac uanitate nõ longe abfuit:q oĩo nihil dolere ſummum bonum dixit. Nam præterꝗ quod omne animal doloris eſt fugiẽs:quis põt ſibi hoc bonum præſtare:quod nobis ut eueniat:nihil aliud poſſumus ꝗ optare? Summũ autẽ bonum nõ põt efficere quẽꝗ beatum:niſi ſemꝑ fuerit in ipſius ꝑtãte. Hoc autẽ non uirtus hoĩ:nõ doctrina nõ labor ſed natura ipſa cũctis aĩantibus ꝓſtat. Qui uoluptatẽ cũ honeſtate iũxerũt:cõionẽ hãc effugere uoluerũt:ſed effecerũt repugnãs bonũ: quoniã qui uoluptati deditus eſt:honeſtate careat neceſſe eſt:qui honeſtati ſtudet uoluptate. Peripateticorũ bonũ nimium multiplex.exceptis animi bonis:quæ ipſa quæ ſint:magna cõtẽtio eſt:cõmune cum bæluis poteſt uideri. Nam corporis bona.i.incolumitas:indolẽtia:ualitudo: nõ minus ſũt mutis:ꝗ homini neceſſaria. Ac neſcio an etiã magis:qa hõ & medelis:& miniſteriis ſubleuari põt:muta non poſſunt. Itẽ quæ appellant fortunæ bona.nã ſicut homini opibus ad uitã tuendã:ita illis præda & pabulis eſt opus. Ita inducẽdo bonũ:quod non ſit in hominis poteſtate:totum hominẽ alienæ ditioni ſubiugauerunt. Audiamus etiã zenonẽ. Nã is interdum uirtutẽ ſõniat. Summũ inquit eſt bonũ cum natura cõſentaneæ uiuere. Bæluarũ igiẽ nobis more uiuẽdũ ẽ. Nã quæ abeſſe debẽt ab hoĩe:in his oĩbus deprehẽdunẽ:uoluptates appetunt:metuũt:fallunt:inſidianẽ:occidunt. Et quod ad rẽ maxime attinet:deum neſciunt. Quid ergo me docet:ut uiuã ſecundũ naturã: quæ ipſa in deterius ꝓna eſt:& qbuſdã blãdimẽtis lenioribus in uitia ꝑcipitat.uel ſi aliã mutoꝝ:aliã hoĩs dicit eſſe naturã:ꝙ homo ad uirtutẽ ſit genitus:nõ nihil dicit. Sed tamen nõ erit diffinitio ſummi boni:qa nullũ eſt aĩal quod nõ ſecundũ naturã ſuã uiuat. Qui ſciẽtiã ſummũ bonũ fecit aliqd homini ꝓpriũ dedit:ſed ſciẽtiã alterius rei gratia hoĩes appetũt:nõ ꝓpter ipſam. Quis enĩ ſcire cõtẽtus eſt:nõ expectãs aliquẽ fructum ſciẽtiæ? Artes ideo diſcunẽ:ut exerceanẽ. Exercẽtur autẽ: uel ad ſubſidia uitæ:uel ad uoluptatẽ:uel ad gloriã. Nõ eſt igitur ſummũ bonum:quod nõ ꝓpter ſe expetiẽ. Quid ergo intereſt utrũ ſcientiã ſummũ bonũ putemus:an illa ipſa quæ ſcientia ex ſe parit.i.uictũ:gloriã: uoluptatem: quæ nõ ſunt homini ꝓpria:& ideo ne ſumma quidẽ bona. Nam uoluptatis & uictus appetẽtia:nõ homini ſolum:ſed etiã mutis ineſt. Quid cupiditas gloriæ? Nõne in equis deprehẽditur:cũ uictores exultãt:uicti dolent? Tantus amor laudũ:tantæ eſt uictoria curæ:Nec ĩmerito ſummus poeta experiẽdum eſſe ait. Et quis cuiqꝫ dolor uictoqꝫ gloria palmæ. Quod ſi ea quæ parit ſciẽtia: cõia ſunt cũ aliis aĩalibus: nõ eſt ergo ſummum bonũ ſciẽtia. Præterea nõ mediocre huius diſputatiõis eſt uitiũ: ꝙ ſciẽtia nuda poniẽ. Incipiẽt enim beatiores uideri:q artẽ aliquã ſcierint:ĩmo uero qui & res malas ſcierint: ut tã beatus ſit qui uenena didicerit tẽperare:ꝗ qui mederi. Quæro igiẽ ad quã rẽ ſcientia referẽda ſit? ſi ad cauſas rerũ naturaliũ:quæ beatitudo erit mihi propoſita ſi ſciero unde Nilus oriaẽ:uel qcqd de cælo phyſici delirãt? Quid ꝙ earũ rerũ nõ eſt ſcientia:ſed opinio:quæ pro ĩgeniis uaria eſt? reſtat ut ſciẽtia bonorũ ac maloꝝ ſummũ bonũ ſit. Cur ergo ſcientiã maluit:ꝗ ipſam ſapientiã ſummũ bonũ dicere:cũ ſit utriuſqꝫ ſignificatio:& uis eadẽ? Nemo tamen uſqꝫ adhuc ſummũ bonũ dixit eſſe ſapientiã:quod melius dici potuit. Nã ſcientia parũ eſt ad bonũ ſuſcipiẽdum:malũqꝫ fugiẽdũ:niſi accedat & uirtus. Multi enĩ philoſophoꝝ cũ de bonis maliſqꝫ diſſererẽt. aliter tamen ꝗ loquebanẽ natura cogẽte uixerũt:qa uirtute caruerunt. Virtus autẽ cũ ſcientia cõiuncta eſt ſapientia. Supeſt ut eos ẽt refellamus:q uirtutẽ ipſam ſũmũ bonũ putauerũt: in ꝗ opiniõe etiã.M.T.fuit:in quo multum incõſiderati fuerũt. Nõ enĩ uirtus ipſa eſt ſũmũ bonũ:ſed effectrix & mater eſt ſummi boni:quoniã ꝑueniri ad illud ſine uirtute nõ poteſt. Vtrũqꝫ intellectu eſt facile. Quæro enĩ utrũ ne ad præclarũ illud bonũ facile ꝑueniri putẽt:an cũ difficultate ac labore? expediãt acumẽ ſuũ errorẽqꝫ defendãt. Si facile ad illud ac ſine ullo labore ꝑueniri nõ põt:ſũmũ bonũ nõ ẽ. Quid.n.nos cruciemus? qd cõficiãus enitẽdo diebus & noctibus? Quãdoqdẽ tã in prõptu id qd ꝗrimus iacet:ut illud qlibet ſine ulla cõtẽtiõe animi deꝑhẽdat. Sed ſi cõe quoqꝫ ac mediocre quodlibet bonũ:nõ niſi labore aſſeqmur:quoniã bonorũ natura in arduo poſita eſt: maloꝝ in præcipiti. Sũmo igiẽ labore ſummũ bonũ aſſequi neceſſe eſt. Quod ſi uerĩſſimũ ẽ:ergo altera uirtute opus eſt:ut ꝑueniamus ad eã uirtutẽ:quæ diciẽ ſummũ bonũ:quod eſt incõgruẽs & abſurdũ: uirtus ꝑ ſeipſam ꝑueniat ad ſeipſam. Si nõ poteſt ad ullum bonũ niſi per laborẽ perueniri apparet uirtutem eſſe per quã perueniatur: quoniã in ſuſcipiẽdis perferẽdiſqꝫ laboribus uis officiũqꝫ uirtutis eſt. Ergo ſummũ bonũ non poteſt eſſe id:per quod neceſſe eſt ad aliud ꝑueniri. Sed illi cũ ignorarẽt quid efficeret uirtus: aut quo

tẽderet.honeſtius aũt nihil reperirẽt:ſubſtiterunt in ipſius uirtutis noĩe:quã nullo ꝓpoſito emolumẽto ap/petendã eſſe dixerũt:ut bonũ ſibi cõſtituerũt:q̄ bono indigerẽt.Ariſtoteles ab his non longe receſſit:qui uir tutẽ cum honeſtate ſũmũ bonũ putauit:quaſi ulla uirtus poſſit eſſe ĩhoneſta : ac nõ ſiqd habuerit turpitudi nis:uirtus eẽ deſinat:ſed uidit fieri poſſe:ut de uirtute prauo iudicio ſentiatur male:& ideo æſtimationi ho/minũ ſeruiendũ putauit.Quod qui facit : a recto bonoq̄ diſcedit : quia non eſt in noſtra poteſtate:ut uirtus pro ſuis meritis honeſtet̃.Nam quid eſt honeſtas:niſi honor ꝑpetuus:ad aliquem ſecundo populi rumore delatus.Quid ergo fiet:ſi errore ac prauitate hominũ mala æſtimatio ſubſequat̃? Abiiciemus ne uirtutẽ:qa flagitioſa & turpis ab inſipientibus iudicetur? Quæ quoniam inuidia premi ac uexari poteſt : ut ſit ipſum proprium ac perpetuum bonum:nullo extrinſecus adiumento indigere debet : quin ſuis per ſe uirtutibus nitatur & conſtet.Itaq̄ nec ullũ ei ab homine bonum ſperandum eſt:nec ullum malum recuſandum.

Quid ſit uere ſapientis ſũmũ bonũ:& q̄ uitioſa fuerit ratio Anaxagoræ ad quod natus ſit hõ. Cap.IX.

VEnio nunc ad uere ſapiẽtiæ ſummũ bonũ:cuius natura hoc modo determinãda eſt.Primũ ut ſo lius hominis ſit:nec cadat in ullũ aliud animal.Deinde ut ſolius animi:nec cõmunicari poſſit cor pori. Poſtremo:ut nõ poſſit cuiq̄ ſine ſciẽtia & uirtute cõtingere. Quæ circũſcriptio illas omnes ſententias excludit:ac abſoluit.Eorũ eni quæ dixerũt:nihil tale eſt.Dicam nunc quid ſit:ut doceã quod inſtitui.Philoſophos omnes cæcos atq̄ iſipiẽtes fuiſſe:qui quod ẽ homini ſũmũ bonũ cõ/ſtitutũ:nec uidere:nec intelligere:nec ſuſpicari aliquãdo potuerũt.Anaxagoras cũ ab eo quæreret̃ : cuius rei cauſa natus eẽt:reſpondit.ſolis ac cæli uidẽdi.Hanc uocem admirantur oẽs ac philoſopho dignã iudicãt.At ego hũc puto nõ inuenientẽ quid reſpõderet:effudiſſe hoc paſſim:ne taceret.Quod quidẽ ſecũ ſi ſapiẽs fuiſ/ſet cõmẽtatũ & meditatũ habere debuit: quia ſiqs rationẽ ſui neſciat: ne homo ſit quidẽ:ſed putemus nõ ex tpe dictũ illud effuſum.Videamus in tribus uerbis quot & quãta peccauerit.Primũ q̄ omne hominis offi/ciũ in ſolis oculis poſuit:nihil ad mentẽ referẽs:ſed ad corpus oĩa.Quid ſi cæcus fuiſſet? officiũ ne hoĩs amit teret: qđ fieri ſine occaſu aĩæ nõ põt? Quid cæteræ corpis ptes:nũ carebũt ſuis quoq̄ muneribus? Quid q̄ plus eſt auribus ĩq̄ in oculis ſitũ:quoniã doctrina & ſapiẽtia ꝑcipi auribus ſolis põt oculis ſolis nõ põt? Cæli ac ſolis uidẽdi cauſa natus es? Quis te in hoc ſpectaculo induxit? aut qd cælo rerũq̄ naturæ uiſio tua cõfert? Nimirum ut hoc ĩmenſum & admirabile opus laudes? Confitere ergo rerũ oĩum eſſe cõſtitutorẽ deũ:qui te in hũc mundũ quaſi teſtẽ laudatorẽq̄ tãti ſui opis induxit.Magnũ eẽ credis uidere cælũ ac ſolẽ? Cur ergo gratias nõ agis ei:q huius beneficii auctor eſt? Cur nõ ipſius uirtutẽ: ꝓuidẽtiã:poteſtatẽq̄ metiris aĩo:cuius opera miraris? Etenĩ neceſſe ẽ:ut multo mirabilior ſit: q̄ mirabilia ꝑfecit. Si te qſpiã uocaſſet ad cœnã : in ea que optime acceptus eſſes: nũ ſanus uidereris:ſi pluris faceres ipſam uoluptatẽ:q̄ uoluptatis auctorẽ? Adeo philoſophi ad corpus oĩa referũt:nihil prorſus ad mẽtẽ:nec uidẽt amplius:q̄ quod ſub oculis uenit. Atq̄ re/motis oĩbus officiis corporis in ſola mẽte ponẽda eſt hoĩs ratio:nõ ergo ideo naſcimur: ut ea quæ ſunt facta uideamus:ſed ut ipſum factorẽ rerũ oĩum cõtẽplemur:ideſt mẽte cernamus.Quare ſiquis hominẽ: qui ue/re ſapit:interroget:cuius rei gratia natus ſit: reſpõdebit intrepidus ac paratus:colẽdi ſe dei gratia natum:qui nos iõ generauit:ut ei ſeruiamus.Seruire aũt deo nihil aliud eſt q̄ bonis opibus tueri:& conſeruare iuſtitiã. Sed ille ut homo diuinarum rerum imperitus:rem maximã redegit ad minimũ:duo ſola deligendo : quæ ſibi diceret intuenda.Quod ſi natũ ſe eſſe dixiſſet:ut mundũ intueretur:quanq̄ omnia comprehenderet : ac maiori uteretur ſono:tamen non impleſſet hominis officium:quia quanto pluris eſt anima q̄ corpus:tanto pluris eſt deus q̄ mundus:quia mundũ deus fecit & regit.Non ergo mundus oculis:quia utrũq̄ eſt corpus: ſed deus anima cõtemplandus eſt:quia deus:ut eſt ipſe ĩmortalis:ſic animũ uoluit eſſe ſempiternũ.Dei autẽ comtẽplatio eſt uenerari & colere cõmunem parentẽ generis humani.Quod ſi a philoſophis abſuit: proie/ctiq̄ in terram fuerunt diuina ignorando:exiſtimandus eſt Anaxagoras ad ea quæ uidenda natũ eſſe ſe di/xit:nec cælum uidiſſe nec ſolem.Expedita eſt igit̃ hoĩs ratio ſi ſapiat:cuius propria eſt humanitas:nã ipa hu manitas qđ ẽ niſi iuſtitia? Quid eſt iuſtitia niſi pietas? Pietas aũt nihil aliud eſt:q̄ dei parẽtis agnitio?

Quid ſit ſummũ bonũ & ſiſtat ubi con/

Quod ea quæ uidentur hominis eſſe propria:cæteris quoq̄ animalibus communia ſunt: hominis uero proprium eſt deum noſcere & colere. Cap. X.

SVmmum igitur bonum hominis in ſola religione eſt.Nam cætera etiam quæ putantur eſſe ho mini propria:in cæteris quoq̄ animalibus reperiunt̃.Cũ enim ſuas uoces ꝓpriis ĩter ſe notis di/ſcernũt atq̄ dignoſcũt:colloqui uident̃:ridendiq̄ ratio apparet ĩ his aliqua:cũ demulſis auribus cõtractoq̄ ritu & oculis ĩ laſciuiam reſolutis:aut homini alludũt:aut ſuis quiſq̄ cõiugibus ac fœ tibus propriis.Nõne aliquid amori mutuo & ĩdulgentiæ ſimile impartiũt? Iam illa quæ ſibi ꝓ/ſpiciũt ĩ futurũ & cibos reponũt:habẽt utiq̄ ꝓuidentiam:ratiõis quoq̄ ſigna ĩ multis depræhendũtur. Nã quãdo utilia ſibi appetũt:mala cauent:pericula uitãt:latibula ſibi parãt ĩ plures exitus diſparentia : profecto aliquid ĩtelligũt.Poteſt aliquis negare illis ĩeſſe ratiõem cum hoĩem ipſum ſæpe deludãt. Nam quibus ge/nerãdi mellis officium eſt:cum aſſignatas ĩcolũt ſedes:caſtra muniũt:domicilia ĩenarrabili arte componũt: regi ſuo ſeruiunt neſcio an ĩ his ꝑfecta ſit prudentia.ĩcertum eſt igitur utrum ne illa quæ hoĩ tribuunt̃:coĩa ſint cum aliis uiuentibus.Religiõis certe ſunt expꝛtia.Eqdem ſic arbitror uniuerſis aĩalibus eſſe datã rõnẽ ſed mutis tantummodo ad uitã tuendã:homini aũt ad ꝓpagandã.Et qa ĩ hoĩe ipſa rõ ꝑfecta ẽ:ſapiẽtia noĩa/tur quæ ĩ hoc eximiũ facit hoĩem:q̄ ſoli datum eſt homini ĩtelligere diuĩa.Qua de re Ciceronis uera ẽ ſñia. Ex tot inqt generibus nullum eſt aĩal præter hoĩem:quod habeat notitiã aliquã dei.Ipſiſq̄ in hoĩbus nulla gens eſt neq̄ tã ĩmanſueta:neq̄ tã fera:quæ nõ etiã ſi ignoret:qualem deum haberi deceat:tamen habendũ ſciat.Ex quo efficit̃ ut is agnoſcat deũ:qui unde ortus ſit:qſi recordetur. Qui ergo philoſophi uolũt aĩos oĩ metu liberare:tollunt etiã religionem & orbant hominem ſuo proprio ac ſingulari bono: quod eſt a recte

uiuendo atq ab omni hũanitate diſiunctum:qa deus ut cuncta uiuẽtia ſubiecit homini: ſic ipſum hominẽ
ſibi.Nã qd ẽ cur iidem ipſi diſputẽt:eo dirigendam eſſe mẽtem:quo uultus erectus ẽ? Si enim nobis in cælũ
ſpectandum ẽ:ad nihil aliud utiq̃ q̃ ob religionẽ.Si religio tollit̃:nulla nobis rõ cum cælo ẽ. Itaq aut eo eſt
ſpectandum:aut in terrã ꝓcumbẽdũ.In terrã ꝓcũbere ſi uelimus:quidẽ nõ poſſumus:quoꝝ ſtatus rectus ẽ.
In cælum igit̃ ſpectandũ eſt:quo natura corporis prouocat.Quod ſi cõſtat eẽ faciendũ:aut ideo ẽ faciẽdũ ut
religioni ſeruiamus:aut ideo ut rõnẽ reꝝ cæleſtium cognoſcamus. Sed rationẽ reꝝ cæleſtium cognoſcere
nullo mõ poſſumus:qa nihil eiuſmodi põt cogitãdo ĩueniri:ſicut ſupra docui.Religiõi ergo ſeruiẽdũ ẽ:quã
q̃ nõ ſuſcipit:ipſe ſe ꝓſternit ĩ terrã:& uitã pecudũ ſecutus humanitate ſe abdicat.Sapiẽtiores ergo imperiti:
qui etiam ſi errant ĩ religione deligenda:tamẽ naturæ ſuæ conditioniſq meminerint.

Quod deus fecit hoïem cupidũ religionis & ſapiẽtiæ:quorum alteꝝ conſtare ſine altero nõ poteſt. Et q
nihil coꝝ quæ mortales appetunt:ſummum bonum ſit. Cap. XI.

Onſtat igit̃ totius humani generis cõſenſu religionem ſuſcipi oportere:ſed quomodo in ea erre
tur:explicandum ẽ.Naturam hominis hanc deus eẽ uoluit:ut duaꝝ rerum cupidus & appetens
eſſet.religiõis & ſapiẽtiæ.Sed homines ideo fallunt̃:q aut religionẽ ſuſcipiũt omiſſa ſapiẽtia: aut
ſapiẽtiæ ſoli ſtudent omiſſa religione:cum alteꝝ ſine altero eſſe non poſſit ueꝝ. Cadunt ergo ad
multiplices religiones:ſed ideo falſas:quia ſapiẽtiã reliquerũt:quæ illos docere poterat: deos mul/
tos eſſe nõ poſſe.Aut ſtudẽt ſapiẽtiæ ſed ideo falſæ: quia religionẽ ſummi dei omiſerũt: qui eos ad ueri ſcien
tiam potuit erudire.Sic homines q̃ alterutrũ ſuſcipiũt:uitã deuiã maximiſq erroribus plenã ſequunt̃: quo/
niam ĩ his duobus ĩſeparabiliter cõnexis & officiũ hominis:& ueritas oĩs ĩclũſa eſt. Miror itaq nullũ omni
no philoſophoꝝ extitiſſe:qui ſedem ac domiciliũ ſummi boni repiret.Potuerũt.n.ſic quærere.Quodcunq
eſt ſummũ bonũ:neceſſe ẽ omnibus eſſe propoſitũ.Voluptas ẽ:quæ appetit̃ a cũctis:ſed hæc & cõmunis eſt
cũ bæluis:& honeſti uim non habet:& ſatietatẽ affert:& nimia nocet:& ꝓceſſu minuit̃ ætatis: & multis nõ
contingit.Nã qui opibus carẽt:quoꝝ maior ẽ numerus:etiã uoluptate careant neceſſe eſt. Non eſt igit̃ ſum
mũ bonũ:ſed ne bonũ qdẽ uoluptas.Quid diuitiæ? Multo magis.Nã & paucioribus & plerũq caſu: & iner
tibus ſæpe:& non nunq̃ ſcelere contingũt & optant̃ ab his:q̃ eas iã tenẽt.Quid regnũ ipſum? ne id qdẽ. Nõ
eni cũcti hoïes regnare poſſunt: & neceſſe ẽ uniuerſos ſummi boni capaces eſſe.Quæramus igit̃ aliqd: qd
ꝓpoſitũ ſit oĩbus.Num uirtus? negari non poteſt:qn & bonũ ſit:& oĩum certe bonũ.Sed ſi beata eſſe nõ po
teſt:qa uis & natura eius ĩ maloꝝ ꝑferẽtia poſita eſt:non eſt ꝑfecto ſumum bonũ.Quæramus aliud. At ni/
hil uirtute pulchrius:nihil ſapiẽtia dignius ĩuẽiri põt.Si.n.uitia ob turpitudinẽ fugiẽda ſunt:uirtus igit̃ ap/
petẽda eſt ob decorẽ.Quid ergo? Poteſt ne fieri:ut quod bonũ:quod honeſtũ eẽ cõſtat:mercede ac præmio
careat:ſitq tã ſterile:ut nihil ex ſe cõmodi pariat.Labor ille magnus & difficultas & eluctatio aduerſus ma/
la qbus hæc uita plena ẽ:aliqd magni boni pariat neceſſe ẽ.Id uero qd eſſe dicemus? Nũ uoluptatẽ? At nihil
turpe ex honeſto naſci põt.Num diuitias? Nũ poteſtates? At ea qdẽ fragilia ſunt & caduca.Nũ gloriã? Num
honorẽ? num memoriã nominis? At hæc oĩa nõ ſunt ĩ ipſa uirtute:ſed ĩ alioꝝ exiſtimatõe atq arbitrio po/
ſita.Nam ſæpe uirtus & ĩuiſa eſt:& malo afficitur.Debet autem id bonũ quod ex ea naſcit̃ ita cohærere: ut
diuelli atq diſtrahi nequeat:nec aliter ſummũ bonũ uideri poteſt:q̃ ſi & proprium ſit uirtutis: & tale ut ne/
q adiici quicquã:neque detrahi poſſit.Quid q in his omnibus contẽnendis uirtutis officia cõſiſtunt? Nam
uoluptates:opes:potentias:honores eaque omnia quæ pro bonis habentur:non concupiſcere:non appetere:
non amare:quod certe faciũt uicti cupiditate:id eſt profecto uirtus.Aliud ergo ſublimius atq præclarius ef
ficit:nec fruſtra his præſentibus bonis reluctatur:niſi q maiora & ueriora deſiderat non deſperemus inueni
ri poſſe.Modo uerſet ſe cogitatio in omnia.Neq.n.leuia aut ludicra præmia petuntur.

De duplici pugna corporis & animæ:& hoſtibus uiriuſq.Et q uirtus non propter ſe appetenda eſt: ſed
ꝓpter uitã æternã:q̃ ſummũ bonũ ẽ.Et uirtutẽ neceſſario ſequit̃:& ĩ pſenti heri nõ põt. Cap. XII.

Ed quæritur quid ſit:propter quod naſcimur:quid efficiat uirtus:poſſumus ſic inueſtigare.Duo
ſunt ex quibus homo conſtat:animus & corpus.Multa ſunt propria animi multa ꝓpria corpo/
ris.Multa utriq cõmunia:ſicut eſt ipa uirtus:quæ quotiens ad corpus refert̃: diſcernendi gratia
fortitudo nominat̃.Quoniam igit̃ utriq ſubiacet fortitudo:utriq propoſita dimicatio ẽ:& utri
q ex dimicatione uictoria.Corpus quia ſolidum eſt & compræhẽſibile:cum ſolidis & compræ/
henſibilibus confligat neceſſe eſt.Animus aũt quia tenuis & inuiſibilis eſt:cum his cõgredit̃ hoſtibus:q̃ ui/
deri tangiq non poſſunt.Qui ſunt autẽ hoſtes animi:niſi cupiditates:uitia peccata? quæ ſi uicerit uirtus ac
fugauerit:ĩmaculatus erit animus ac purus. Vnde ergo colligi põt:quid efficiat animi fortitudo? nimirum
ex cõiuncto & pari:hoc eſt ex corporis fortitudine.Quod cum in aliquam congreſſionẽ certameq uenerit
quid aliud ex uictoria q̃ uitam petit? Siue enim cum homine:ſiue cum beſtia dimices: pro ſalute certatur.
Ergo ut corpus uincendo id aſſequitur:ut non intereat:ſic etiam animus ut pmaneat:& ſicut corpus ab ho/
ſtibus ſuis uictum morte mulctatur:ita ſupatus a uitiis animus moriat̃ neceſſe eſt. Quid ergo itererit ĩter
animi corporiſq dimicationẽ:niſi q corpus tẽporalẽ uitam expetit:animus ſempiternam? Si ergo uirtus p
ſeipſam beata non eſt:quoniam in ꝑferendis:ut dixi:malis tota uis eius eſt.Si omnia quæ ꝑ bonis concupi
ſcunt̃ negligit:ſi ſummus eius gradus ad mortem patet:quãdo quidẽ uitã quæ optat̃ a cæteris: ſæpe reſpu/
it morteq quam cæteri timent:fortiter ſuſcipit.Si neceſſe eſt aliquid ex ſe magni boni pariat: qa ſuſtẽtati &
ſuperati uſq ad mortẽ labores ſine præmio eẽ nõ poſſunt.Si nullum præmium quod ea dignum ſit:in ter
ra reperitur: quandoquidẽ cuncta quæ fragilia ſunt & caduca ſpernit.Quid aliud reſtat:niſi ut cæleſte aliqd
efficiat:quia terrena uniuerſa cõtemnit? & ad altiora nitat̃:quia humilia deſpicit.Id uero nihil aliud poteſt
eſſe:q̃ immortalitas.Merito ergo philoſophorum non obſcurus Euclides:qui fuit conditor megaricorum Euclides

diſciplinæ:diſſentiens a cæteris id eē ſummum bonum dixit:quod ſimile ſit & idem ſemper.Intellexit pro
fecto quæ ſit natura ſummi boni:licet id non explicauerit quid ſit. id eſt autem īmortalitas.Nec aliud om/
Seneca
nino quicquam:quia ſola nec imminui:nec augeri:nec immutari poteſt.Seneca quoq; imprudens incidit:
ut fatetur:nullum eſſe aliud uirtutis præmium q̃ immortalitatem.Laudans enim uirtutem ī eo libro: quē
de matura morte conſcripſit:Vna inquit res ē uirtus:quæ nobis immortalitatem donare poſſit:& pares di/
is facere.Sed & ſtoici quos ſecutus eſt:negant ſine uirtute effici quēquam beatum poſſe: ergo uirtutis præ/
mium beata uita eſt:ſi uirtus:ut recte dictum eſt:beatam uitam facit.Non eſt igitur:ut aiunt: ꝓpter ſeipam
uirtus expetenda:ſed propter uitam beatam:quæ uirtutem neceſſario ſequit̃. Quod argumentum docere
eos potuit:quod eſſet ſummum bonum.Hæc autem uita præſens & corporalis beata eſſe non poteſt: quia
malis ē ſubiecta p corpus.Epicurus deum beatum & incorruptū uocat:quia ſempiternus ē. Beatitudo enī
ꝑfecta eē debet:ut nihil ſit quod eam uexare ac īminuere:aut īmutare poſſit.Nec aliter quicq̃ exiſtimari bea
tū pōt:niſi fuerit īcorruptum.Incorruptū aūt nihil ē niſi quod ē īmortale.Sola ergo īmortalitas beata ē: qa
corrumpi ac diſſolui non pōt.Quod ſi cadit ī hoīnē uirtus:qđ negare nullus pōt:cadit & beatitudo.Non
pōt enī fieri ut ſit miſer:qui uirtute ē præditus.Si cadit beatitudo:ergo & īmortalitas cadit in hoīem quæ
beata ē.Summum igit̃ bonū ſola īmortalitas īuenit̃:qa nec aliud aīal:nec corpus attingit. Nec pōt cuiq̃ ſine
ſciæ uirtute.i.ſine dei cognitōe ac iuſtitia ꝑuenire.Cuius appetitio q̃ uera:q̃ recta ſit:ipſa uitæ huiuſce cupidi
tas īdicat:q̃ licet ſit tēporalis & labore pleniſſima:expetit̃ tamē ab oībus & optat̃.Hanc.n.tā ſenes q̃ pueri:tā
reges q̃ īfirmi:tā deniq; ſapiētes q̃ ſtulti cupiūt.Tanti ē:ut Anaxagoræ uiſum ē:cōtēplatio cæli ac lucis ipſius
ut quaſcunq; miſerias libeat ſuſtinere.Cū igit̃ laborioſa hæc & breuis uita nō tātū hoīum:ſed etiā cæteroꝝ
aīantiū conſenſu magnū bonū eſſe ducat̃:manifeſtum ē eādē ſummū ac ꝑfectum fieri bonū:ſi & fine careat
& omni malo.Deniq; nemo unq̃ extitiſſet:qui hanc ipſam breuem contemneret: aut ſubiret mortem:niſi
Meneo/chus
ſpe uitæ longioris.Nam illi q pro ſalute ciuium uolūtariæ ſe neci obtulerūt:ſicut Thebis Meneochus: Athe
nis Codrus:Romæ Curtius:& Mures duo Decii:nūquā mortem uitæ cōmodis prætuliſſent:niſi ſe īmorta
Codrus
litatē opinione ciuium cōſequi putauiſſent. Qui tametſi neſcierūt īmortalitatis uiam:res tamen eos non fe
Curtius
fellit.Si enim uirtus diuitias & opes ideo contēnit:quia fragiles ſunt:uoluptates ideo qa breues: ergo & uitā
Decii
fragilem breueq; ideo contēnit:ut ſolidam & perpetuam cōſequat̃.Ipſa ergo cogitatio ꝑ ordinē gradiens &
uniuerſa conſiderans:ꝑducit nos ad eximium illud & ſingulare:cuius cauſa naſcimur bonum.Quod ſi feciſ
ſent philoſophi:ſi nō quod ſemel apprehēderant:tueri pertinaciter maluiſſent: ꝑfecto ꝑueniſſent ad uerum
hoc(ut oſtēdit) modo. Quod ſi nō fuit eorum qui cæleſtes animas una cū corporibus extinguūt:illi tamē q
de īmortalitate diſputāt animi:ītelligere debuerunt:ideo ꝓpoſitā nobis eſſe uirtutē:ut perdomitis libidini/
bus rerūq; terreſtrium cupiditate ſuperata:puræ ac uictrices animæ ad deū: ideſt ad originem ſuam reuer/
tant.Iccirco enim ſoli animantiū ad aſpectū cæli erecti ſumus:ut ſummū bonum noſtrū ī ſummo deo eſſe
credamus:Ideo religionem ſoli capimus:ut ex hoc ſciamus humanū ſpiritum non eē mortalē: q; deum qui
ē īmortalis & deſiderat & agnoſcit.Igit̃ ex oībus philoſophis q aut ꝓ ſummo bono ſcientiā aut uirtutē ſunt
amplexi:tenuerunt quidē uiam ueritatis:ſed non ꝑuenerūt ad ſummū.Hæc enim duo ſunt: quæ ſimul effi
ciant illud quod quærit̃.Sciētia id præſtat:ut quomodo & quo perueniēdum ſit:nouerimus: uirtus ut ꝑue
niamus.Alteꝝ ſine altero nihil ualet.Ex ſciētia enim uirtus:ex uirtute ſummū bonum naſcit̃. Beata igit̃ ui
ta quam philoſophi quæſiuerunt ſemper & quærūt:ſiue ī cultu deoꝝ:ſiue ī philoſophia:nulla ē. Et ideo ab
his non potuit reperiri:qa ſummū bonū non in ſummo quæſiuerunt: ſed in imo. Summū aūt quid eſt niſi
cælum & deus unde animus orit̃?Imū quid eſt niſi terra unde corpus eſt?Itaq; licet quidā philoſophi ſum/
mum bonū non corpori ſed animo dederint:tamē quoniam ad illud hanc uitam rettulerūt: quæ cum cor/
pore terminat̃:ad corpus reuoluti ſunt:cuius eſt omne hoc tēpus quod tranſigit̃ in terra: Quare nō īmeri/
to ſummū bonū nō comprehēderūt:qa quicqd ad corpus ſpectat:& īmortalitatis ē expers: unū ſit neceſſe ē.
Vbi ſit ꝑfecta beatitudo
Non cadit ergo ī hoīnē beatitudo illo modo quo philoſophi putauerūt:ſed ita cadit: nō ut tūc beatus ſit:
cum uiuit ī corpore:quod utiq; ut diſſoluat̃:neceſſe ē corrumpi:ſed tūc cū anima ſocietate corporis libera/
ta ī ſolo ſpiritu uiuit.Hoc uno beati eē ī hac uita poſſumus:ſi minime beati eſſe uideamur.Si fugiētes illece
bras uoluptatū ſoliq; uirtuti ſeruiētes:ī oībus laboribus miſeriiſq; uiuamus:q̃ ſūt exercitia & corroboramē
ta uirtutis.Si deniq; aſperā illā uiamq; difficilē teneamus:q̃ nobis ad beatitudinē patefacta eſt.Sūmū igr̃ bo/
nū qđ beatos facit nō pōt eē:niſi ī ea religione atq; doctrīa:cui ſpes īmortalitatis adiuncta eſt.

Quod anima ſit īmortalis:& q̃re diuīa traditio logicā nō deſiderat aut philoſophiam:ſed ethicam ſolā: ī qua docēda ſummi philoſophi errauerūt.Et q̃re philoſophia nō ſit dux uitæ & uirtutū parēs: expultrix & ultrix uitioꝝ:qđ tamen Cicero & alii aſtruere conati ſunt. Cap. XIII.

REs exigere uidet̃ hoc loco:ut quoniam docuimus īmortalitatē eē ſummū bonū: id ipſum īmor/
talē eſſe animā comprobemus.Qua de re īgens īter philoſophos diſceptatio eſt: nec quicq̃ tamē
explicare aut probare potuerūt hi:qui ueꝝ ſentiebant de aīa.exptes.n.huius diuīæ eruditōis: nec
argumēta uera qbus uincerēt attulerūt:nec teſtimonia qbus ꝓbarēt.Sed opportunius hanc quæ/
ſtionē tractabimus ī ultimo libro:cū de uita beata nobis erit differēdū.Supeſt illa pars tertia phi
loſophiæ:quā uocant logicā ideſt rōnalē:ī qua tota dialectica & oīs loquēdi rō continet̃. Hanc diuina erudi
tio non deſiderat:qa non ī lingua ſed ī corde ſapientia ē. Nec intereſt quali utat̃ ſermone. Res.n.non uerba
quæruntur.Et nos non de grammatico aut oratore:quoꝝ ſcientia eſt quomodo loqui deceat. Sed de ſapi/
ente diſſerimus: cuius doctrina eſt quomodo uiuere oporteat.Quod ſi neque phyſica illa ratio neceſſaria ē
neq; hæc logica:quia beatos facere non poſſunt:reſtat ut in ſola ethica totius philoſophiæ uis contineatur:
Socrates
ad quam ſe abiectis omnibus Socrates contuliſſe dicit̃.In qua etiam parte quoniam philoſophos errare do/

cui: qui ſummum bonum cuius capiẽdi gratia generati ſunt:non cõprehẽderũt: apparet falſam & inanẽ eſſe omnẽ philoſophiã:qa nec ĩſtruit ad iuſticiæ munera:nec officium hominis rõneꝗ confirmat.Sciãt igit̃ errare ſe:q philoſophiã putãt eẽ ſapiẽtiã:nõ trahãt auctoritate cuiuſq̃:ſed ueritati potius & faueãt & accedãt. Nullus hic temeritati locus eſt:ĩ æternũ ſtultitiæ pœna ſubeũda ẽ:ſi aut pſona inanis aut opinio falſa decæperit.Homo aũt qualiſcũꝗ eſt:ſi ſibi credit:hoc eſt ſi homini credit:ut nõ dicam ſtultus:q ſuum non uideat errorẽ.Certe arrogans ẽ:qui ſibi audeat uẽdicare:quod humana cõditio nõ recipit.Ille ipſe Romanæ lĩguæ ſummus auctor quãtum fallat̃:licet ex illa ſentẽtia peruidere:qui cum ĩ libris officioꝝ philoſophiam nihil eſſe dixiſſet:q̃ ſtudium ſapiẽtiæ:ipſam autẽ ſapiẽtiam reꝝ diuinaꝝ & humanaꝝ ſcientiã. Tum adiecit cuius ſtudiũ qui uituperat:haud ſane ĩtelligo quidnam ſit quod laudãdum putet. Nam ſi oblectatio quærit̃ animi:requieſꝗ curaꝝ:quæ conferri cum eoꝝ ſtudiis poſſunt: qui ſemper aliqd inqrũt:quod ſpectet & ualeat ad bene beateꝗ uiuendũ.Si uero rõ cõſtantiæ uirtutiſꝗ ducit̃:aut hæc ars eſt:aut nulla omnino: per quam eas aſſequamur.Nullam dicere maximaꝝ rerum artem eſſe:cum minimaꝝ ſine arte nulla ſit: hominum ẽ parum cõſiderate loquentiũ:atꝗ in maximis rebus errantiũ.Si aũt eſt alia diſciplina uirtutis:ubi ea quæret̃: cũ ab iſto genere diſcendi diſceſſeris? Et quidẽ tametſi operã dederim:ut quantulãcũꝗ dicendi aſſequerer facultatem propter ſtudium dicẽdi:tamen eloquens nunq̃ fui.Quippe qui foꝝ ne attigerim qdem: ſed neceſſe eſt ipſa me faciat eẽ bonitas eloquẽtem:ad quam diſerte copioſeꝗ defendẽdam:ſcientia diuinitatis & ipſa ueritas ſufficit.Vellem igit̃ Ciceronẽ pauliſp ab ĩferis ſurgere:ut uir eloquẽtiſſimus ab homunculo nõ diſerto doceret̃.Primũ qdnam ſit quod laudandũ putet:q uitupat id ſtudiũ:quod uocat̃ philoſophia.Deniꝗ neque illam eſſe artẽ qua uirtus & iuſticia diſcat̃:nec aliã ullam ſicut putauit.Poſtremo quoniam eſt uirtus diſciplina ubi quærenda ſit:cũ ab illo diſcẽdi genere diſceſſeris:quod ille nõ audiendi diſcẽdiꝗ grã quærebat. A quo enĩ poſſet audire.cum ſciret id nemo? Sed ut ĩ cauſis facere ſolebat: interrogatione uoluit urgere: ad confeſſionemꝗ deducere:tanquã conſideret reſpõderi prorſus nihil poſſe:quominus philoſophia eſſet magiſtra uirtutis.Quod quidem in Tuſculanis diſputationibus aperte profeſſus eſt:ad eam ipſam cõuerſa oratione tanquã ſe declamatorio dicendi genere iactaret.O uitæ philoſophia dux inquit: o uirtutis ĩdagatrix: expultrixꝗ uitiorum: qd nõ modo nos:ſed omnino uita hominum ſine te eſſe potuiſſet? Tu ĩuentrix legũ tu magiſtra morum ac diſciplinæ fuiſti.Quaſi uero aliqd per ſe ipſa ſentiret:ac non potius ille laudãdus eẽt qui eam tribuit.Potuit eodem modo gratias agere cibo & potui:quia ſine his rebus uita conſtare non poſſit:ĩ quibus ut ſenſus ita beneficii nihil eſt.Atqui ut illa corporis alimenta ſunt:ſic animæ ſapientia.

Quod Lucretius & alii errauerunt opinantes ſapientiam inuentam eſſe ab homine:& nec datam hominibus a creatore. Et quomodo Cicero ſuis uerbis conuincitur. & ꝙ philoſophia nec uerum docet:nec ad recte uiuendum inſtruit. Cap. XIIII.

REctius itaꝗ Lucretius eum laudat q ſapientiam primus inuenit.Sed hoc inepte:ꝙ ab homine inuentam putauit. Lucretius Quaſi uero illam alicubi iacentem homo ille:quem laudabat inuenerit:tanquã tibias ad fontem (ut poetæ aiunt) ꝙ ſi repertorem ſapientiæ ut deum laudauit. Ita enim dicit. Nemo (ut opinor) erit mortali corpore cretus. Nam ſicut ipſa petit maieſtas cognita rerum. Dicendum eſt: deus ille fuit: deus inclyte Memini. Tamen non erit ſic laudandus deus:ꝙ ſapientiam inuenerit:ſed ꝙ hominem fecerit: qui poſſet capere ſapientiam. Minuit enim laudem: qui partem laudat ex toto.Sed ille ut hominem laudauit:qui tamen ob id ipſum deberet pro deo haberi: ꝙ ſapere inuenerit:nam ſic ait.Nonne decebit:Hunc hoiem diuum numero dignarier eſſe.Vnde apparet aut Pythagoram uoluiſſe laudare qui ſe primus (ut dixi) philoſophum nominauit: aut Mileſium Talem: qui de rerum natura primus traditur diſputaſſe. Sed dum hominem quærit extollere: rem ipſam depreſſit. Non eſt enim magna: ſi ab homine potuit inueniri. Verum poteſt ut poetæ dari uenia. At ille idem perfectus orator:ſummuſꝗ philoſophus:ne græcos repræhẽdam:quorũ leuitatẽ ſemp accuſat:& tamẽ ſequit̃ ipam ſapiẽtiam:quam alias donum:alias ĩuentum deorum uocat poetice figuratam laudat in faciem.Grauiter ẽt queritur extitiſſe aliquos:qui eam uituperarẽt.Quiſq̃ ne inquit uituperare uitæ parẽtẽ: & hoc parricidio ſe inquinare audeat:& tã impie ingratus eẽ? Nos ne ergo.M.Tulli parricidæ ſumus:& inſuendi te iudice ĩ culleum:qui philoſophiam negamus parẽtem eẽ uitæ? An tu qui aduerſus deũ tam ĩpie ĩgratus es? Non hunc cuius effigiem uenerariſ in capitolio ſedentem:ſed illum qui mundi fecit:hominemꝗ figurauit:qui ſapientiam quoꝗ ipſam inter cætera cæleſtia ſua beneficia largitus eſt.Magiſtram tu uirtutis aut parentem uitæ uocas:ad quam ſiquis acceſſerit.multo ſit ĩcertior neceſſe eſt:q̃ prius fuerit? Cuius enĩ uirtutis? quæ ipa ubi ſita ſit adhuc philoſophi non expediunt:cuius uitæ:cũ ipſi doctores ante fuerint ſenectute ac morte confecti q̃ cõſtituerint:quõ uiui deceat:cuius ueritatis indagatricẽ profiteri potes:qui ſæpe teſtaris:cum tanta multitudo fuerit philoſophoꝝ:ſapientem tamen extitiſſe adhuc neminem.Quid ergo te magiſtra illa uitæ docuit? An ut potentiſſimum conſulem maledictis ĩceſſeres:eumꝗ hoſtem patriæ uenenatis orõnibus faceres? Sed omittamus illa:quæ poſſunt excuſari fortunæ nomine. Studuiſti nempe philoſophiæ: & quidem ſic ut nullus unquã diligentius:quippe qui omnes cognoueris diſciplinas:ſicut ipſe gloriari ſoles:eamꝗ ipam latinis lr̃is illuſtraueris:imitatorẽꝗ te Platonis oſtenderis. Cedo igitur qd didiceris:aut ĩ qua ſecta ueritatẽ depræhenderis? In academia ſcilicet quã ſecutus es:quã ꝓbaſti? At hæc nihil docet:niſi ut ſcias te nihil ſcire Tui ergo te libri arguunt:q̃ nihil a philoſophia diſci poſſit ad uitam.Hæc tua uerba ſunt.Mihi autem non modo ad ſapientiam cæci uidemur:ſed ad ea ipſa:quæ aliqua ex parte cerni uideantur hebetes & obtuſi. Si ergo philoſophia eſt magiſtra uitæ:cur tibi cæcus & hebes & obtuſus uidebare:quem oportuit illã docentem & ſentire & ſapere:& in clariſſima luce uerſari? At quã confeſſus fueris philoſophiæ ueritatem:docent ad filium compoſita præcepta:quibus mones philoſophiæ quidem præcepta noſcenda :uiuendum autem

eſſe ciuiliter.Quid tam repugnans dici poteſt? Si noſcenda ſunt præcepta philoſophiæ: ideo utiqꝫ noſcenda ſunt ut recte ſapienterqꝫ uiuamus.Vel ſi ciuiliter uiuendū eſt:nō eſt igiť philoſophia ſapía:ſiquidem melius eſt ciuiliter q̃ philoſophice uiuere.Nam ſi ſapía eſt quæ diciť philoſophia:ſtulte profecto uiuit q non ſecundum philoſophiam uiuit.Si autem non ſtulte uiuit q ciuiliter uiuit:ſequiť ut ſtulte uiuat q philoſophice uiuit.Tuo itaqꝫ iudicio philoſophia ſtultitiæ inanitatiſqꝫ damnata eſt.Idē in conſolatione.i.in ope non ioculari hanc de philoſophia ſnīam tuliſti.Sed neſcio quis nos teneat error:aut miſerabilis ignoratio ueri.Vbi eſt ergo philoſophiæ miniſterium? aut quid te docuit illa uitæ parens:ſi uerum miſerabiliter ignoras? Quod ſi hæc erroris ignorationiſqꝫ confeſſio pene inuito tibi ab intimo pectore expreſſa eſt:cur non tibi aliquando uerꝫ fatearis:philoſophiā quā tu nihil docētē ĩ cælū laudibus extuliſti:magiſtrā uirtutis eē nō poſſe?

Quod in eodē errore fuit Seneca:& qd philoſophia ſecundū ipſum.Et ꝙ ſicut deus unus & ueritas una: ita una eſt & ſimplex ſapía.Et quō philoſophoꝝ oratio pugnet cū uita. Cap. XV.

Eodem ductus errore Seneca:quis enim ueram uiam teneret errante Cicerone? Philoſophia inqt nihil aliud eſt q̃ recta uiuendi rō:uel honeſte uiuendi ſcía:uel ars recte uitæ agendæ. Non errabimus ſi dixerimus philoſophiam eſſe legem bene honeſteqꝫ uiuendi. Et qui dixerit illam regulā uitæ:ſuū illi reddidit.Hic plane non reſpexit ad cōe philoſophiæ nomē:quæ cum ſit in pluris ſectas diſciplinaſqꝫ diffuſa:nihilqꝫ habeat certi:nihil deniqꝫ de quo uniuerſi una mente ac uoce conſentiant.quid poteſt eſſe tam falſum q̃ regulam uitæ philoſophiam uocari:in qua diuerſitas præceptorum rectum iter impediat & turbet? aut legem bene uiuendi cuius capita longe diſſonant? aut ſciam uitæ agendæ:in qua nihil aliud efficiť contraria ſæpe dicendo:q̃ ut nemo quicq̃ ſciat? Quæro enim utrum ne acadæmiam philoſophiam putet eſſe an non? Negaturum non arbitror.quod ſi eſt:nihil ergo illorum cadit ĩ philoſophiam:quæ ut oīa reddat incerta:legem abrogat:artem nullam putat:rōnem ſubuertit:regulam deprauat:ſcientiam funditus tollit.Falſa igiť illa omnia:qa in rem ſemper ĩcertam & adhuc nihil explicantem cadere nō poſſunt.Nulla itaqꝫ rō uel ſcientia uel lex bene uiuendi:niſi ĩ hac unica & uera & cæleſti ſapientia cōſtituta eſt: quæ philoſophis fuerit ignota.Nā illa terrena quoniam fallax ē:fit uaria:& multiplex : ſibiqꝫ tota contraria eſt:& ſicut unus eſt huius mundi conſtitutor & rector deus una ueritas: ita unam eē ac ſimplicem ſapientiam neceſſe eſt:qa quicquid eſt uerum ac bonum:id perfectum eſſe non poteſt:niſi fuerit ſingulare.

Quod ſi philoſophia uitam poſſet inſtruere:nulli alii niſi philoſophi eſſent boni.Et qui eam nō didiciſſent: eſſent omnes ſemp mali.Cū uero ĩnumerabiles exiſtant:& ſemper extiterĩt q ſint aut fuerĩt:ſine ulla doctrina boni.Ex philoſophis autem perraro fuerit:qui aliquid in uita fecerit laude dignum:quis eſt tandem: qui non uideat eos homines uirtutis:q̃ ipſi egent:non eſſe doctores? Nam ſiquis mores eorum diligenter ĩquirat:inueniet iracundos:cupidos:libidinoſos:arrogantes:proteruos:& ſub obtentu ſapientiæ ſua uitia celantes:domi facientes ea:quæ in ſcolis arguiſſent.Fortaſſe mentior accuſandi grā.nonne idipſum Tullius & fateť & queriť? Quotus inquit quiſqꝫ philoſophorum inueniť:qui ſit ita moratus:ita animo & uita conſtitutus:ut rō poſtulat:q diſciplinam ueram non oſtentationē ſcientiæ:ſed legem uitæ putet:qui obtemperet ipſe ſibi:& decretis pareat ſuis? Videre autem licet alios tanta leuitate & iactatione ut his fuerit non didiciſſe melius:alios pecuniæ cupidos:alios gloriæ:multos libidinum ſeruos : ut cum eorum uita & uitiis mirabiliter

Corneli. auctor — pugnet oro.Nepoſqꝫ Cornelius ad eūdem Ciceronem ita ſcribit.Tantum abeſt:ut ego magiſtram eſſe putē uitæ philoſophiam : beatæque uitæ perfectricem:ut nullis magis exiſtimem opus eſſe magiſtros uiuendi q̃ pleriſqꝫ:qui in ea diſputanda uerſanť.Video.n.magnam partem eorum q in ſchola de pudore & continentia præcipiant argutiſſime.eoſdem in omnium libidinum cupiditatibus uiuere.Item Seneca ĩ exhortatiōibus.Pleriqꝫ inquit philoſophorum tales ſunt diſerti in conuicium ſuum:quos ſi audias ĩ auariciam: in libidinem:in ambitionem perorantes:in iudicium ſuum putes profeſſos.Adeo redundant ad ipſos maledicta ĩ publicum miſſa:quos nos non aliter intueri decet.q̃ medicos:quorum tituli remedia habent.pyxides uenena.Quoſdam uero nec pudor uitiorum tenet:ſed patrocinia turpitudini ſuæ fingunt:ut etiam honeſte peccare uideantur.Faciet inquit ſapiens idem Seneca etiam quæ non probabit : ut etiam ad maiora tranſitum inueniat:nec relinquet bonos mores:ſed tempori aptabit:ut quibus alii utuntur in gloriam aut uoluptatē : utať agendæ rei cauſa.Deinde paulo poſt:Omnia quæ luxurioſi faciunt:quæque imperiti:faciet & ſapiens : ſed non eodem modo eodemqꝫ propoſito.Atqui nihil intereſt quo animo facias:quod feciſſe uitioſum eſt : quia facta cernunť:animus non uideť.Ariſtippo Cyrenaicorum magiſtro cum Laide nobili ſcorto fuit conſuetudo:quod flagitium grauis ille philoſophiæ doctor ſic defendebat:ut diceret multum inter ſe & cæteros Laidis amatores intereſſe:ꝙ ipſe haberet Laidem:alii uero a Laide haberenť.O præclara & imitanda bonis ſapientia . Huic uero liberos in diſciplinam dares:ut diſcerent habere meretricem.Aliquid ĩter ſe ac perditos intereſſe dicebat : ſcilicet ꝙ illi bona ſua perderent : ipſe gratis luxuriaretur . In quo tamen ſapientior meretrix fuit : quæ ſic philoſophum habuit pro lenone : ut ad ſe omnis iuuentus doctoris exemplo & auctoritate concurreret corrupta ſine ullo pudore . Quid ergo interfuit : quo animo philoſophus ad meretricem famoſiſſimam commearet:cum eum populus & riuales ſui uiderent omnibus perditis nequiorem ? Nec ſatis fuit ita uiuere:ſed docere etiam libidines cœpit : ac mores ſuos de lupanari ad ſcholam tranſtulit: diſſerens uoluptatem corporis eſſe ſummum bonum.Quæ doctrina execrabilis & pudenda: non in corde philoſophi ſed in ſinu meretricis eſt nata . Nam quid ego de Cynicis loquar ? quibus in propatulo coire cum coniugibus mos fuit : quid mirum ſi a canibus(quorum uitam imitantur)etiam uocabulum nomen que traxerunt ? Nullum igitur ĩ hac diſciplina magiſterium uirtutis eſt:cum etiam illi qui honeſtiora præcipiunt : aut non faciunt ipſi quæ ſuadent: aut ſi faciunt:quod raro accidit:non diſciplina eos ad rectum:ſed natura producat ; quæ ſæpius etiam indoctos impellit ad laudem.

(Margin notes: Seneca — beside "tia præcipiant argutiſſime"; Ariſtippus — beside "ſed non eodem modo")

Quod recte docentes & male uiuentes teſte Cicerone non utilitatem ex philoſophia:ſed inanem percipi/unt delectationem.Et ꝙ ſapientia ſeipſam ſemper exercet in bonis actibus.Et quare non philoſophiæ ſed ſa/pientiæ ipſi iugiter inſiſtendum ſit. Cap. XVI.

VErum.n.cū ſe perpetuæ deſidiæ tradāt:nullamꝗ uirtutem capeſſant:& omnē ſuam uitam nihil aliud ꝙ̄ ī eloquentia peragant:quid aliud ꝙ̄ īertes putari debēt? Sapientia aūt niſi ī aliquo actu fue/rit:quo uim ſuam exerceat:īanis & falſa ē.Recteꝗ Tullius ciuiles uiros q rempu.gubernent: q ur/bes aut nouas cōſtituant:aut conſtitutas æqtate tueanť:q ſalutē libertateꝗ ciuium uel bonis legi/bus:uel ſalubribus cōſiliis:uel iudiciis grauibus conſeruent philoſophiæ doctoribus præfert.Bo/nos.n.facere oportet potiuſꝙ incluſos in angulis facienda præcipere:quæ ne ipſi qdem faciunt qui loquunť: & quoniam ſe a ueris actibus remouerunt:apparet eos exercēdæ līguæ cauſa:uel aduocandi gr̄a artē ipſam philoſophiæ repperiſſe.Qui autē docēt tantū nec faciūt:ipſi præceptis ſuis detrahūt pōdus. Quis.n.obtem/peret cū ipſi præceptores doceant nō obtēperare? Bonū eſt autē recta & honeſta præcipere:ſed niſi & facias: mendaciū eſt:& eſt īcongruēs atꝗ īeptū non ī pectore:ſed ī labiis habere bonitatē.Non ergo utilitatē ex phi/loſophia:ſed oblectationē petūt. Quod qdē Cicero teſtatus ē.pfecto īquit oīs iſtoꝝ diſputatio quanꝙ uber/rimos fontes uirtutis & ſcientiæ cōtineat:tamen collata cum horum actis pfectiſꝗ rebus : uereor ne tātum uideať attuliſſe negociis hominū quādam oblectationem ocii. Vereri qdem non debuit:cū ueꝝ diceret:ſed quaſi timeret ne pditi myſterii reus a philoſophis citareť : nō ē auſus confidēter pnunciare quod fuit uerū: illos non ideo diſputare ut doceant:ſed ut ſe oblectēt ī ocio:qui quoniā auctores ſunt reꝝ gerendaꝝ: nec ipi qcꝙ gerunt:pro loquacibus ſunt habēdi.Sed profecto qa nihil boni ad uitā afferebāt:nec ipſi decretis ſuis ob/temperauerunt:nec qſquā per tot ſæcula īuentus eſt:q eorum legibus uiueret.Abiiciēda eſt igiť oīs philo/ſophia:qa non ſtudendū ſapientiæ:quod fine ac modo careat:ſed ſapiendum eſt & qdem mature.Non.n.no/bis altera uita concediť:ut cū quæramus ī hac ſapientiam:ī illa ſapere poſſimus:ī hac utrūꝗ fieri neceſſe eſt. Cito īueniri debet:ut cito ſuſcipi poſſit:ne qd pereat ex uita:cuius finis īcertus ē.Ciceronis Hortenſius cōtra philoſophiam diſſerens:circūueniť arguta concluſione:q cum diceret philoſophandū nō eſſe: nihilominus philoſophari uidebať:quoniam philoſophi eſt qd ī uita faciendū uel non faciendū ſit diſputare. Nos ab hac calūnia īmunes ac liberi ſumus:q philoſophiam tollimus:qa humanæ cogitatōis īuentio ē:Sophiam defen/dimus:qa diuina traditio eſt.Eamꝗ ab oībus ſuſcipi oportere teſtamur.Ille cū philoſophiā tolleret: nec me/lius aliqd afferret:ſapientiā tollere putabať:eoꝗ facilius de ſapientia pulſus eſt:qa conſtat hominem non ad ſtultitiā:ſed ad ſapiētiā naſci.Præterea illud quoꝗ argumentū contra philoſophiā ualet plurimū:quo idem eſt uſus Hortenſius:ex eo poſſe ītelligi philoſophiā non eſſe ſapientiā:ꝙ prīcipiū & origo eius appeat. Quā/do īquit philoſophi eſſe cœperunt.Thales (ut opinor) primus:recēs hæc qdem ætas. Vbi ergo apud antiquo/res latuit amor iſte īueſtigandæ ueritatis? Idē Lucretius ait. Deniꝗ natura hæc rerum:rōꝗ reperta ē Nu/per:& hac primum cum primis īpe repertus. Nunc ego ſum ī patrias:q poſſum uertere uoces. Et Seneca: Nondum ſunt inqt mille anni:ex quo initia ſapientiæ nota ſunt. Multis ergo ſæculis humanum genus ſine ratione uixit.Quod irridens Perſius:Poſtquam īquit ſapere urbi Cum pipere & palmis uenit. Tanꝙ ſapien/tia cum ſaporis mercibus fuerit īuecta:quæ ſi ſecundum hoīs naturam eſt:cum homine eſſe cœperit neceſ/ſe ē. Si uero non eſt:nec cape quidē illam poſſet humana natura.Sed quia recipit:igiť a prīcipio fuiſſe ſapien/tiam neceſſe eſt. Ergo philoſophia quia non a prīcipio fuit:non ē eadē uera ſapiētia:ſed uidelicet Græci q ad ſacras ueritatis litteras non attigerant:quēadmodum deprauata eſſet ſapientiam neſciuerunt. Et ideo cum uacare ſapientia humanam uitam putarēt:philoſophiam commēti ſunt:id eſt latētem atꝗ ignotam ſibi ue/ritatē diſſerēdo eruere uoluerunt:quod ſtudium p ignorantiam ueri ſapiētiam putauerunt.

*[margin: Cicero auctor — Hortenſius — Thales — Lucretius auctor — Seneca auctor — Perſius auctor]*

Quæ fuit ipſa doctrīa Epicuri quæ moribus omnium appoſitiſſima loquebať. Et quomō Leucippū:& democritū habuerit auctores erroris & fabros Athomorum & aſſertores uoluptatis Cap. XVII.

DIxi de philoſophia ipſa ꝙ̄ breuiter potui:nunc ad philoſophos ueniamus:nō ut cum eiſdem certe/mus q ſtare nō poſſunt:ſed ut eos fugientes atꝗ deiectos noſtro cāpo inſequamur.Epicuri diſci/plina multo celebrior ſemp fuit ꝙ̄ cæterorum: non quia ueri aliquid afferat : ſed quia multos ad populare nomen uoluptatis inuitat.Nemo enim nō in uitia pronus eſt.Præterea ut ad ſe multi/tudinē cōtrahat:appoſita ſingulis quibuſꝗ moribus loquiť.Deſidioſum uetat lr̄as diſcere:auaꝝ populari largitione liberat.ignauum prohibet accedere ad remp.pigrum exercere:timidum militare.Irreli/gioſus audit deos nihil curare:inhumanus & ſuis commodis ſeruiens iubeť nihil cuiꝙ tribuere. Omnia.n. ſua cauſa facere ſapientem:fugienti turbā ſolitudo laudať.Qui nimium pcus eſt diſcit aqua & polenta uitā poſſe tolerari. Qui odit uxorem:huic enumeranť cælibatus bona.Habēti malos liberos:orbitas prædicať. aduerſus īpios parentes nullum eſſe uinculum naturæ.impatiēti ac delicato dolorē eſſe omniū maloꝝ ma/ximum diciť:forti etiam in tormentis beatum eſſe ſapiētem.Qui claritati ac potentiæ ſtudet huic præcipi/tur reges colere.Qui moleſtiam ferre nō poteſt:huic regiā fugere.Ita homo aſtutus ex uariis diuerſiſꝗ mo/dis circulum cogit:& dum ſtudet placere oībus maiori diſcordia ſecum ipſe pugnauit:ꝙ̄ inter ſe uniuerſi. Vnde aūt diſciplina eius tota deſcēdat:quā originē habeat:explicandum eſt.Videbat Epicurus bonis aduer/ſa ſemper accidere:paupertatē:labores:exilia:carorum amiſſiones:malos contra bonos eſſe:augeri potētia: honoribus affici : uidebat īnocentiam minus tutam:ſcelera impune cōmitti.Videbat ſine delectu morum: ſine ordine ac diſcrimine annorum ſæuire mortē:ſed alios ad ſenectutē puenire: alios infantes rapi : alios iā robuſtos interire:alios in primo adoleſcētiæ flore īmaturis funeribus extingui:in bellis potius meliores & uinci & perire.Maxime aūt cōmouebat homines in primis religioſos grauioribus malis affici. His aūt qui aut deos omnino negligerent:aut non pie colerēt:uel minora incōmoda euenire:uel nulla. Ipſa etiam tem/

*[margin: Epicurus]*

Lucretius pla fulminibus conflagrare. Quod Lucretius queriť cum dicit de deo. Cum fulmĩa mittat: & ædes Ipſe
ſuas diſturbet: & ĩ deſerta recedens Sæuiat exercẽs tælum: quod ſæpe nocẽtes Præterit: exanimatqꝫ indi/
gnos inqꝫ merẽtes. Quod ſi uel exiguã ueritatis auram colligere potuiſſet: nunquã diceret ædes illum ſuas
diſturbare: cum ideo diſturbet: qa non ſunt ſuæ. Capitolium quod ẽ romanæ urbis & religiõis caput ſum/
mum: nõ ſemel ſed ſæpius fulmine ictum cõflagrauit. Hoĩes autẽ ĩgenioſi qd de hoc exiſtimauerĩt ex dicto
Ciceronis apparet: q ait diuinitus extitiſſe illam flãmam: non quæ terræſtre illud domicilium Iouis deleret:
ſed quæ ſublimius magnificẽtiuſqꝫ depoſceret. Qua de re etiã ĩ libris conſulatus ſui eadem dixi: quæ Lucre/
tius. Nam pater altitonãs ſtellanti nixus olympo Ipſe ſuas arces atqꝫ ĩclyta tẽpla petiuit. Et capitolinis in
iecit ſedibus ignes. Pertinaci ergo ſtultitia non modo uim maieſtatẽqꝫ ueri dei non ĩtellexerunt: ſed etiam
impietatem ſui erroris auxerũt: q templum cæleſti iudicio ſæpe damnatũ reſtituere contra fas omne contẽ
derint. Cum hæc igiť cogitaret Epicurus: earum reꝝ uelut iniqtate ĩductus. Sic. n. cauſam rõnemqꝫ ignoran
ti uidebať: exiſtimauit nullam eẽ ꝓuidẽtiam. Quod cum ſibi ꝑſuaſiſſet: ſuſcæpit etiam defendẽdum: ſic ĩ er
rores ĩextricabiles ſe ipſe ĩcluſit. Si. n. prouidẽtia nulla ẽ: quomodo tam ordinate: tam diſpoſite mundus effe
ctus ẽ? Nulla ĩquit diſpoſitio eſt: multa enim facta ſunt aliter q̃ fieri debuerũt. Et ĩuenit homo diuinus quæ
reprehẽderet. Quæ ſingula ſi uacaret refellere: facile oſtẽderẽ nec ſapiẽtem hunc fuiſſe nec ſanum. Itẽ ſi nulla
ꝓuidẽtia ẽ: quomodo animalium corpora tam ꝓuidẽter ordinata ſunt ut ſingula quæqꝫ membra mirabili
rõne diſpoſita: ſua officia cõſeruẽt? Nihil ĩquit ĩ ꝓcreandis animalibus ꝓuidẽtiæ rõ molita ẽ. Nam neqꝫ ocu
li facti ſunt ad uidẽdum: neqꝫ aures ad audiẽdum: neqꝫ lingua ad loquẽdum neqꝫ pes ad ambulandum: quo
niam prius hæc nata ſunt q̃ eẽt loq: audire: uidere: ambulare. Itaqꝫ nõ hæc ad uſum nata ſunt: ſed uſus ex illis
natus ẽ. Si nulla ꝓuidẽtia ẽ cur hymbres cadũt? fruges oriunť? arbuſta frondeſcunt? Non ĩquit ſemꝑ animã
tium cauſa iſta fiũt: quoniam ꝓuidẽtiæ nihil proſunt: ſed oĩa ſua ſponte fieri neceſſe ẽ. Vnde ergo naſcunť?
aut quomodo fiunt oĩa: quæ geruntť? Non ẽ inqt ꝓuidẽtiæ opus. Sunt. n. ſemina ꝑ inane uolitantia: qbus in
ter ſe temere conglobatis uniuerſa gignunť atqꝫ concreſcunt. Cur igiť illa nõ ſentimus: aut non cernimus?
Quia nec colorẽ habẽt ĩquit nec calorẽ ullũ nec odorẽ: ſaporis quoqꝫ & humoris exꝑtia ſunt: & tam minu/
ta: ut ſecari ac diuidi nequeãt. Sic eum qa ĩ prĩcipio falſum ſuſcæpat: cõſequẽtium reꝝ neceſſitas ad deliramẽ
Democritus ta ꝑduxit. Vbi. n. ſunt: aut unde iſta corpuſcula? Cur illa nemo præter unũ Leucippũ ſomniauit? A quo De/
mocritus eruditus hæreditatẽ ſtultitiæ reliqt Epicuro. Quæ ſi ſint corpuſcula & qdẽ ſolida (ut dicunt) ſub
oculos certe uenire poſſunt. Si eadẽ ẽ natura oĩum: quomodo res uarias efficiunt? Vario ĩquit ordine ac po/
ſitõe conueniunt ſicut lr̃æ: quæ cum ſint paucæ: uarie tamẽ collocatæ ĩnumerabilia uerba cõficiunt. At lr̃æ
uarias formas habẽt. Ita inqt & hæc ipſa ꝑmordia. Nam ſunt aſꝑa: ſunt hamata: ſunt leuia. Secari ergo & di
uidi poſſunt: ſi aliqd ineſt illis quod emineat. Si autẽ leuia ſunt & humoris ĩdigẽt: cohærere nõ poſſunt. Ha/
mata igiť eẽ oportet: ut poſſint ĩuicem concathenari. Cum uero tam minuta eẽ dicanť: ut nulla ferri acie di/
ſiici ualeant: quomodo hamos aut angulos habẽt? Quos qa extant: neceſſe ẽ poſſe diuelli. Deĩde quo fœde
re iter ſe: qua mente conueniunt: ut ex his aliqd conſtituať: ſi ſenſu careant: nec coire tam diſpoſite poſſint:
qa non põt qcquã rõnale ꝑficere niſi rõ. Quam multis coargui hæc ũanitas poteſt: ſed properat oĩo. Hic eſt
ille. Qui genus humanũ ĩgenio ſuꝑauit: & oẽs. Extixit ſtellas: exortus ut æthereus ſol. Quos eqdẽ uerſus
nũq̃ ſine riſu legere poſſum. Nõ. n. de Socrate aut Platõe hoc ſaltẽ dicebat: q uelut reges habẽť philoſophoꝝ.
Sed de hoĩe quo ſano & uigẽte nullus æger ĩeptius delirauit. Itaqꝫ poeta ĩaniſſimus leõis laudibus murẽ nõ
ornauit: ſed obruit & obtriuit. At idẽ nos metu liberat mortis: de q̃ hæc ipſius uerba ſunt expreſſa. Quãdo
nos ſumus: mors nõ ẽ: q̃do mors ẽ: nos nõ ſumus: Mors ergo nihil ad nos: q̃ argute nos fefellit: q̃ſi uero trã/
ſacta mors timeať: qua iã ſenſus ereptus ẽ: ac nõ ipſum mori quo ſenſus eripiť. Eſt igr̃ tẽpus aliquod: quo &
nos iã nõ ſumus: & mors tamẽ nõdum ẽ. Idqꝫ ipſum ụideť miſeꝝ eẽ: ꝙ & mors eẽ incipit: & nos eſſe deſini
mus. Nec fruſtra dictũ eſt: mors miſera non eſt. Aditus ad mortẽ eſt miſer: hoc eſt morbo tabeſcere: ictũ per
peti: ferrũ corpore excipere: ardere igni: dentibus beſtiaꝝ laniari. Hæc ſunt quæ timenť: nõ quia mortẽ affe/
runt: ſed quia dolorẽ magnum. Quin potius effice ne dolor malum ſit. Omniũ inqt maloꝝ maximum eſt.
Quid ergo non poſſum nõ timere: ſi id qđ mortẽ antecedit: aut efficit: malum eſt? Quid ꝙ totũ illud argu
mentũ falſum eſt: qa nõ ĩtereunt aĩæ? Vere inqt: nam qđ cũ corpore naſciť: cum corpore ĩtereat neceſſe eſt.
Iam ſuꝑius dixi differre hunc locũ melius: & opi ultimo reſeruare: ut hãc Epicuri ꝑſuaſionẽ: ſiue illa Demo
criti: ſiue Dicearchi fuit: argumentis & diuinis teſtimoniis redarguã. Veꝝ ille fortaſſe impunitatẽ uitiis ſuis
ſpopondit. Fuit. n. turpiſſimæ uoluptatis aſſertor: cuius capiendæ cã naſci hoĩem putauit. Quis cum hoc af/
firmari audiat: uitiis & ſceleribus abſtĩeat? Nam ſi ꝑituræ ſunt aĩæ: appetamus diuitias ut oẽs ſuauitates ca/
pere poſſimus. Quæ ſi nobis deſunt: ab his q habẽt auferamus clam: dolo. ui. Eo magis ſi humanas res nul/
lus deus curat: quãdocunqꝫ ſpes ĩpunitatis arriſerit: rapiamus: necemus. Sapiẽtis eſt. n. malefacere: ſi & utile
ſit & tutũ: quoniã ſi quis in cælo deus eſt: non iraſciť cuiq̃. Aeqꝫ ſtulti ẽ benefacere: qa ſicut ira non cõmoue/
tur: ita nec gr̃a tangiť. Voluptatibus igiť quo quomõ poſſumus: ſeruiamus. Breui. n. tꝑe nulli erimus om/
nino. Ergo nullũ diẽ: nullũ deniqꝫ temporis punctũ fluere nobis ſine uoluptate patiamur: ne qa ĩpi quãdoqꝫ
ꝑituri ſumus: idipſum quod uiximus: pereat. Hæc ille tametſi non dicit uerbo: re tamen ĩpa docet. Nam cũ
diſputat omnia ſapiẽtem ſua cauſa facere: ad utilitatem ſuam refert omnia quæ agit. Itaqꝫ q audit hæc flagi/
tia: nec boni quicq̃ faciendum putabit: quoniam benefacere ad utilitatem ſpectat alienam: nec a ſcelere abſti
nendum: quia maleficio præda coniuncta eſt. Archipyrata quiſq̃ uel latronum ductor: ſi ſuos ad graſſandũ
cohorteť: quo alio ſermone uti poteſt: q̃ ut eadem dicat: quæ dicit Epicurus deos nihil curare? Non ira: nõ
gratia tangi: inferorum pœnas non eſſe metuendas: ꝙ animæ poſt mortẽ occidant: nec ulli omnino ſint in/
feri: uoluptatem eſſe maximum bonum: nullam eſſe humanam ſocietatem: ſibi quenqꝫ conſulere: neminẽ

eſſe q̄ alteꝝ diligat niſi ſua cauſa. Mortē nō eſſe metuēdā forti uiro: nec ullū dolorē: q̄n ēt ſi torqueat̃: ſi urat̃: nihil ſe curare dicat. Eſt plane cur quiſq̄ putet hāc uocē uiri eē ſapiētis: q̄ pōt latronibus aptiſſime cōmodari.

Quō pythagorici & ſtoici cōtrario epicureis errore deſipiāt ſic aīaꝝ īmortalitatē ſtatuētes: ut eas in uaria corpora trāſire mētiant̃. Et uolūtariā mortē ꝑſuaſerūt inaniter philoſophantibus. Cap. XVIII.

ALii aūt his cōtraria dixerūt: ſupeſſe aīas poſt mortē: & hi ſunt maxīe pythagorici ac ſtoici: q̄bus & ſi ignoſcēdū ē: q̄a ueꝝ ſentiunt: nō poſſum tamē non reprehēdere eos: q̄ non ſciētia ſed caſu īciderunt ī ueritatē. Itaq̄ ī eo ipſo quod recte ſentiebant: aliq̄d errauerunt. Nam cū timerēt argumētū illud quo colligit̃: neceſſe ē ut occidāt aīæ cum corporibus: q̄a cum corporibus naſcunt̃: dixerunt nō naſci aīas: ſed īſinuari potius ī corpora: & de aliis ī alia migrare corpora. Nō putauerunt aliter poſſe fieri: ut ſupſint aīæ poſt corpora: niſi uideant̃ fuiſſe ante corpora. Par igit̃ ac ꝓpe ſimilis error eſt partis utriuſq̄. Sed hæc ī præterito falſa ē: illa ī futuro. Nemo. n. uidit quod ē ueriſſimū & naſci aīas & nō occidere: q̄a cur id fieret: aut quæ rō eēt: hoīes neſcierūt. Multi ergo ex his q̄ æternas eē aīas ſuſpicabāt̃: tanq̄ ī cælū migraturi eēnt: ſibi ipſis manus ītulerūt: ut Cleātes & Chryſippus: ut Zeno & Empedocles: q̄ ſe ī ardētis Aetnæ ſpecū ītēpeſta nocte deiecit: ut cū repēte non apparuiſſet: abiiſſe ad deos crederet̃ & ex Romanis Cato: q̄ fuit ī omni ſua uita ſocraticæ uanitatis imitator. Nam Democritus ī alia fuit ꝑſuaſione. Sed tamē ſponte ſua lætho caput obuius obtulit ipſe: quo nihil ſceleratius fieri pōt. Nā ſi homicida nefarius ē: q̄ hoīs extinctor ē: eidē ſceleri obſtrictus ē: q̄ ſe necat: q̄a hoīem necat: Immo uero maius eē id facinus exiſtimandū eſt: cuius ultio deo ſoli ſubiacet. Nā ſicut ī hanc uitā nō noſtra ſpōte uenimus: ita rurſus ex hoc domicilio corporis q̄d tuendū nobis aſſignatum ē: eiuſdē iuſſu nobis recedēdū eſt: q̄ nos ī hoc corpus īduxit tam diu habitaturos: donec iubeat emitti. Et ſi uis aliq̄ īferat̃: æqua mēte patiēdum ē: cum extincta īnocētis aīa inulta eē nō poſſit: habeamuſq̄ iudicē magnū: cui ſoli uindicta ītegra ſemꝑ eſt. Homicidæ igit̃ illi oēs philoſophi: & ipſe romanæ ſapiētiæ prīceps Cato: q̄ anteq̄ ſe occideret: ꝑlegiſſe Platonis libꝝ dicit̃: q̄ eſt ſcriptus de æternitate aīarum. Et ad ſummū nefas philoſophi auctoritate cōpulſus eſt. Et hic tamē aliquā moriēdi cauſam uidet̃ habuiſſe odiū ſeruitutis. Quid Ambrachiotes ille: q̄ cum eundē librū ꝑlegiſſet: præcipitē ſe dedit nullā aliam ob cauſam: niſi q̄ Platoni credidit? Execrabilis ꝓrſus ac fugiēda doctrina: ſi abigit hoīes a uita. Quod ſi ſciſſet Plato: atq̄ docuiſſet a quo: & quomodo: & q̄bus: & quæ ob facta: & quo tēpore īmortalitas tribuat̃: nec Theombrotū impegiſſet ī mortē uoluntariā: nec catonē: ſed eos ad uitā & ad iuſtitiā potius erudiſſet. Nā Cato uidet̃ mihi cauſam quæſiſſe moriēdi: nō tam ut Cæſarē fugeret: q̄ ut ſtoicorū decretis obtēperaret: quos ſectabat̃: nomenq̄ ſuum grandi aliquo facinore clarificaret: cui q̄d mali accidere potuerit: ſi uiueret nō inuenio. Caius. n. Cæſar ut clæmēs erat: nihil aliud efficere uolebat: etiam ī ipſo belli ciuilis ardore: q̄ ut bene mereri de republica uideret̃: duobus optimis ciuibus Cicerone & Catōe ſeruatis. Sed redeamus ad eos q̄ mortem pro bono laudāt. De uita quereris quaſi uixeris: haud unq̄ tibi rō conſtiterit: cur oīno ſis natus. Nonne igit̃ tibi uerus ille & cōmunis oīum pater Terentianū illud iure īcrepauerit. Prius diſce quid ſit uiuere: ſi diſplicebit uita: tum iſtoc utitor. Indignaris te malis eē ſubiectū: q̄ſi q̄cq̄ merearis boni q̄ patrē: q̄ dominū: q̄ regē tuū neſcis: q̄ q̄uis clariſſimam lucē intuearis oculis: mēte tamen cæcus es: & ī ꝓfundis ignorātiæ tenebris iaces. Quæ ignorantia efficit: ut quoſdam dicere nō puderet: iccirco nos eſſe natos: ut ſcelerum pœnas lueremus: quo q̄d delirius dici poſſit nō īuēio. Vbi. n. uel quæ ſcelera potuimus admittere: q̄ oīno nō fuimus? Niſi forte credamus iepto illi ſeni: q̄ ſe ī priori uita Euphorbiū fuiſſe mētitus ē. Hic credo q̄ erat ignobili genere natus: familiā ſibi ex Homeri carminibus adoptauit. O mirā & ſingularē Pythagoræ memoriā. O miſerā obliuionē noſtꝝ oīum: q̄ neſciamus q̄d ante fuerimus. ſed fortaſſe uel errore aliquo uel gr̄a ſit effectū: ut ille ſolus lætheū gurgitē nō attigerit: nec obliuiōis aquā guſtauerit: uidelicet ſenex uanus: ſicut ocioſæ aīculæ ſolēt: fabulas tāq̄ īfantibus credulis finxit. Q̄d ſi bene ſenſiſſet de his: q̄bus hæc locutus ē: ſi hoīes eos exiſtimaſſet: nunq̄ ſibi tā petulāter mētiēdi licētiā uendicaſſet: ſed deridenda hoīs leuiſſimi uanitas. Quid Ciceroni faciemus: q̄ cū ī prīcipio cōſolatōis ſuæ dixiſſet luendoꝝ ſceleꝝ cā naſci hoīes: iterauit idipſū poſtea: q̄ſi obiurgans eū: q̄ uitā nō eē malis plenā putet? Recte ergo ꝓfatus ē errore ac miſerabili ueritatis ignorātia ſe teneri.

Cleantes Cryſippus Zeno Empedocles Cato Ambrachioes Caius Cæſar

Quod Cicero & alii ſapiētiſſimi īmortalitatem animaꝝ: ſed infideliter docēt. Et q̄ mala uel bona mors ſit ponderanda ex anteacta uita & gratia dei. Cap. XIX.

AT illi qui de mortis bono diſputant: quia nihil ueri ſciunt: ſic argumentant̃. ſi nihil eſt poſt mortem: non eſt malū mors. Aufert enim ſenſum mali. Si aūt ſupſunt animæ: etiam eſt bonū: q̄a immortalitas ſequit̃. Quā ſniam Cicero de legibus ſic explicauit. Gratulemurq̄ nobis: quoniam mors aut leuiorem q̄ q̄ eſt ī uita: aut certe non deteriorem eſt allatura ſtatum. Nam ſine corpore aīo uigente diuina eſt uita: ſenſu carente nihil ꝓfecto eſt mali. Argute ut ſibi uidetur quaſi nihil aliud eſſe poſſit. Atqui utrunq̄ hoc falſum eſt. Docent enim diuinæ lr̄æ non extingui animas: ſed aut ꝓ iuſtitia præmio affici: aut pœna ꝓ ſceleribus ſempiterna. Nec enī fas eſt: aut eū qui ſceleratus in uita fœliciter fuerit: effugere quod meret̃: aut eum qui ob iuſtitiam miſerrimus fuerit: ſua mercede fraudari. Quod adeo uerum eſt: ut idem Tullius in conſolatione non eaſdem ſedes incolere iuſtos atq̄ impios prædicauerit. Nec enim omnibus inquit idem illi ſapiētes arbitrati ſunt eundem curſum in cælo patere. Nam uitiis & ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras atq̄ in cœno iacere docuerunt. Caſtos aūt animos: puros: integros: incorruptos: bonis ēt ſtudiis atq̄ artibus expolitos: leui quodā & facili lapſu ad deos. i. ad naturā ſui ſimilem ꝑuolare. Quæ ſnia ſupiori illo argumento repugnat. Illud enī ſic aſſumptum ē: tanq̄ neceſſe ſit oēm hoīem natum īmortalitate donari. Q̄d igit̃ erit diſcrimē uirtutis ac ſceleris: ſi nihil ītereſt utrū ne Ariſtides ſit aliquis an Phalaris? Vtrū Cato an Catilina? Sed hāc repugnantiā rerum ſniamq̄ non cernit. niſi qui tenet ueritatē. Si quis igit̃ nos roget: utrū ne mors ſit bonum an malū: reſpondebimus qualitatem eius ex uitæ rōne

Cicero auctor

pendere.Nam ſicut uita ipſa bonũ eſt ſi cũ uirtute uiuať:malũ ſi cum ſcelere:ita & mors ex præteritis uitæ actibus ponderanda ē.Ita fit ut ſi uita in dei religione tranſacta ſit mors malum non ſit: qa tráſlatio ē ad immortalitatẽ.Si aliter malũ ſit neceſſe eſt:quoniã:ut dixi:ad æterna ſupplicia tráſmittit. Quid ergo dicemus: niſi errare illos:qui aut mortẽ appetunt tanq̃ bonum:aut uitam fugiunt tanq̃ malum? Niſi ꝙ ſunt iniquiſſimi: qui pauciora mala nõ compenſant bonis pluribus.Nam cũ oẽm uitam ꝑ exquiſitas & uarias traducant uoluptates:mori cupiunt:ſiquid forte his amaritudinis ſupuenerit. Et ſic habẽt tanq̃ illis nunq̃ fuerit bene: ſi aliquãdo fuerit male.Dãnant igiť uitã omnem:plenamq̧ nihil aliud q̃ malis opinanť.Hinc nata eſt inepta illa ſnĩa:hanc eſſe mortem:quam nos uitam putamus:illam uitam quã nos ꝓ morte timemus.Ita primum bonum eſſe non naſci:ſecundum citius mori.Quæ ut maioris ſit auctoritatis:Sileno attribuitur. Cicero in conſolatione.Nõ naſci inqt longe optimũ:nec in hos ſcopulos ĩcidere uitæ.Proximum aũt ſi natus ſis: q̃ primum mori tanq̃ ex incendio effugere uiolentiam fortunæ.Credidiſſe ſe illi uaniſſimo dicto:exinde apparet ꝙ adiecit aliquid de ſuo ut ornaret.Quæro igiť cui eſſe optimum putet nõ naſci: cũ ſit nullus omnino qui ſentiat? Nam ut bonum ſit aliquid aut malum ſenſus efficit.Deinde cur omnium uitam nihil aliud eſſe q̃ ſcopulos & incendium putauerit:quaſi aut in noſtra fuerit poteſtate ne naſceremur:aut uitam nobis fortuna tribuat non deus:aut uiuendi ratio quicq̃ ſimile incendio habere uideatur.Non diſſimile Platonis illud eſt:quod aiebat ſe gratias agere naturæ.Primum ꝙ homo natus eſſet potiuſq̃ mutũ animal. Deinde ꝙ mas potiuſq̃ fœmina. ꝙ græcus q̃ barbarus.Proſtremo ꝙ athenienſis non thebanus:& ꝙ temporibus Socratis. Dici non poteſt quantam mentibus cæcitatẽ:quantoſq̧ pariat errores ignoratio ueritatis.Ego plane cõtenderim:nunq̃ quicq̃ dictum eſſe in rebus humanis delirius:quaſi uero ſi aut barbarus:aut mulier:aut aſinus *deniq̧ natus* eſſet:idem ipſe Plato non eſſet:ac nõ illud ipſum quod natus fuiſſet. Sed Pythagoræ uidelicet credidit: qui ut uetaret homines animalibus ueſci:dixit animas de corporibus in aliorum animalium corpora cõmeare:quod ẽt uanũ & ĩpoſſibile eſt:Vanũ qa neceſſe non fuit ueteres animas ĩ noua corpora ĩducere:cum *idẽ* artifex qui primas aliquãdo fecerat:potuerit ſemper nouas facere.Impoſſibile qa rectæ rõnis animatam ĩmutare naturã ſtatus ſui nõ poteſt:q̃ ignis aut deorſum niti:aut ĩ tranſuerſum fluminis modo flãmam ſuã fundere.Exiſtimauit ergo hõ ſapiẽs fieri potuiſſe:ut anima quæ tũc erat ĩ Platone:in aliquod mutum aĩal ĩcluderet:eſſetq̧ humão ſenſu prædita:ut ĩtelligeret ac doleret ĩcongruẽti ſe corpore oneratã.Quãto ſanius faceret:ſi gr̃as ſe agere *diceret*:ꝙ ingenioſus:ꝙ docilis natus eſſet:ꝙ in his opibus ut liberaliter erudiret.Nã ꝙ *Athenis* natus eſt:qd ĩ eo beneficii fuit? An nõ plurimi extiterunt ĩ aliis ciuitatibus *excellẽti* ingenio atq̧ doctrina uiri: qui meliores ſinguli q̃ omnes athenienſes fuerunt? Quanta hominũ *milia fuiſſe* credamus q & Athenis nati:& tẽporibus Socratis:ĩdocti tamen ac ſtulti fuerũt? Non.n.aut parietes aut locus in quo qſq̧ ẽ effuſus ex utero cõciliat homini ſapiẽtiã.Quid uero attinuit Socratis ſe tẽporibus natũ gloriari? Nũ Socrates ĩgenia diſcẽtibus potuit dare? Nõ uenit ĩ mẽtẽ Platoni Alcibiadẽ quoq̧ & Critiã eiuſdẽ Socratis aſſiduos auditores fuiſſe:quoꝝ alter hoſtis pr̃iæ acerrimus fuit:alter crudeliſſimus oĩum tyrãnoꝝ.

Qđ Socrates ĩ eo fuit cordatior cæteris:qa a ſcrutinio cæleſtiũ & naturaliũ cauſis diſputationẽ ſuſpẽdit: ĩ qbus temere cõſumiť ĩgeniũ & tẽpus:ſed & ĩ multis deſipiunt:quoꝝ ſubiiciũť exẽpla. Cap. XX.

Videamus nũc qd in Socrate ipſo tam magnũ fuerit:ut homo ſapiẽs merito gr̃as ageret illis tẽporibus eſſe ſe natũ:Non ĩficior fuiſſe illũ paulo cordatiorem: q̃ cæteros q naturã rerum putauerunt ĩgenio poſſe cõprehendi.In quo *illos nõ tantũ excordes fuiſſe* arbitror.ſed etiã impios: ꝙ ĩ ſecreta illius cæleſtis ꝓuidẽtiæ curioſos oculos uoluerũt ĩmittere.Romæ ẽt & ĩ pleriſq̧ urbibus ſcimus eſſe quædã ſacra:quæ aſpici a uiris nefas habeť. Abſtinẽt igiť aſpectu qbus illa contaminari nõ licet:& ſi forte uel errore uel caſu quopiã uir aſpexerit:primo pœna eius:deinde inſtauratõe ſacrificii ſcelus expiať.Quid his facias:qui inconceſſa ſcrutari uolunt? Nimiꝝ multo ſceleratiores q arcana mũdi & hoc cæleſte tẽplũ ꝓphanari ĩpiis diſputatõibus quærũt: q̃ qui ædẽ Veſtæ aut bõæ deæ:aut Cereris ĩtrauerit. Quæ penetralia q̃uis adire uiris non liceat:tamen a uiris fabricata ſunt.Hi uero non tãtum ĩpietatis crimẽ effugiũt: ſed quod eſt multo ĩdignius:eloquentiæ famã aut ĩgenii gloriam conſequunť.Quid ſi aliqd ĩueſtigare poſſent? Sunt.n.tam ſtulti ĩ aſſeuerãdo: q̃ ĩprobi ĩ quærẽdo:cum neq̧ ĩuenire qcq̃ poſſint:nec defendere:etiam ſi ĩuenerĩt.Nam ſi uerꝫ uel fortuito uiderĩt quod ſæpius cõtingit.cõmittunt ut ab aliis id pro falſo refellať. Nõ.n.deſcẽdit aliqs de cælo q̃ ſentẽtiã de ſinguloꝝ opinionibus ferat.q̃propter nemo dubitauerit eos q iſta conqrant:ſtultos:ĩeptos:ĩſanos eſſe.Aliquid ergo Socrates habuit cordis humani:q cũ ĩtelligeret hæc nõ poſſe ĩueniri:ab eiuſmodi quæſtionibus ſe remouit.Vereorq̧ ne ĩ eo ſolo.multa enim ſunt eius non modo laude ĩdigna:ſed etiam reprehenſione digniſſima:ĩ quibus fuit ſuorum ſimillimus. Ex his unũ eligam: quod ab omnibus ſit probatum celebre:hoc prouerbium Socrates habuit.Quod ſupra nos nihil ad nos.Procumbamus igiť ĩ terram:& manus nobis ad præclara opera datas conuertamus ĩ pedes.Nihil ad nos cælum:ad cuius contemplationem ſumus excitati.nihil deniq̧ lux ipſa pertineat.Certe uictus noſtri cauſa de cælo eſt. Quod ſi hoc ſenſit:non eſſe de rebus cæleſtibus diſputandum:ne illorum qdem rõnem poterat comprehẽdere:quæ ſub pedibus habebat.Quid ergo.Num errauit ĩ uerbis? Veriſimile nõ eſt: ſed nimirum id ſenſit: quod locutus ẽ religioni minime ſeruiẽdum.Quod ſi apere diceret:nemo pateret.Quis.n.non ſentiat hũc mundum tam mirabili rõne perfectũ:aliqua ꝓuidentia gubernari? Quãdoquidem nihil eſt quod poſſit ſine ullo moderatore cõſiſtere:Sic domus ab habitatore deſerta dilabiť.Nauis ſine gubernatore abit peſſum. Et corpus relictum ab anima defluit:ne dum putemus tantam illam molẽ:aut cõſtrui ſine artifice:aut ſtare ſine rectore tandiu potuiſſe.Quod ſi publicas illas religiões uoluit euertere:nõ ĩprobo.qn ẽt laudabo: ſi ipſe qđ ẽ melius ĩuenerit.Veꝝ idẽ ꝑ canẽ & anſerẽ deierabat. O hoĩem ſcurrã (ut ait zeno epicureus) ĩeptũ: ꝑditũ deſperatũ:ſi cauillari uoluit religionem:demẽtẽ.Si hoc ſerio fecit:ut aĩal turpiſſimum pro deo habereť.

Quis iam ſupſtitiones ægyptiorũ audeat reprehendere: quas Socrates Athenis auctoritate confirmauit ſua? Illud uero nonne ſummæ uanitatis: ꝙ ante mortem familiares ſuos rogauit: ut Aeſculapio gallum quem uouerat: pro ſe ſacrarẽt? Timuit uidelicet ne apud Rhadamanthum receptorem uoti reus fieret ab Aeſculapio: Dementiſſimũ hominem putarem: ſi morbo affectus periſſet. Cum uero hoc ſanus fecerit: ẽ ipſe inſanus q eũ putet eẽ ſapientẽ. En cuius tẽporibus natũ eſſe ſe hõ ſapiens gratuletur.

Quod Plato didicerit a Socrate ea: quæ ſi obtineret: humani generis periret ſocietas. Cap. XXI.

Videamus tamẽ quid illũ Socrates docuerit: q cũ totam phyſicã repudiaſſet. eo ſe cõtulit: ut de uirtute atq; officio quæreret. Itaq; non dubito quin auditores ſuos iuſtitiæ præceptis erudierit. Docente igit̃ Socrate nõ fugit Platonẽ iuſtitiæ uim in æqtate cõſiſtere. Siquidem oẽs pari cõditione naſcunt̃. Ergo inqt nihil priuati ac ꝓprii hẽant: ſed ut pares eẽ poſſint: qđ iuſtitiæ rõ deſiderat: oĩa in cõe poſſideãt. Ferri hoc põt: q̃diu de pecunia dici uidet̃. Qđ ipm q̃ ĩpoſſibile ſit & q̃ iniuſtũ: poterã multis rõnibus oſtendere. Concedamus tamen ut poſſit fieri. Omnes. n. ſapiẽtes erũt & pecuniã cõtemnẽt. Quo ergo illũ cõmunitas iſta perduxit? Mrĩmonia quoq; inqt cõia eẽ debebunt. ſ. ut ad eandẽ mulierẽ multi uiri tanq̃ canes confluant: & is utiq; obtineat: qui uiribus uicerit. Aut ſi ſapientes ſunt ut philoſophi: expectent ut uicibus tanq̃ lupanar habeant. O miram Platonis æquitatem. Vbi eſt igit̃ uirtus caſtitatis? Vbi fides coniugalis? Quæ ſi tollas: omnis iuſtitia ſublata eſt. At idem dixit beatas ciuitates futuras fuiſſe ſi aut philoſophi regnarẽt: aut reges philoſopharent̃. Huic ergo tã iuſto: tam æquo uiro regnum dares: qui aliis ſuſtuliſſet ſua: aliis condonaſſet aliena: ꝓſtituiſſet pudicitiam mulierum: quæ nullus unquam non modo rex: ſed ne tyrannus quidem fecit. Quam uero intulit rõnem turpiſſimi huius conſilii: ſic inqt. Ciuitas concors erit: & mutui amoris conſtricta uinculis: ſi omnes omnium fuerint & mariti & patres: & uxores: & liberi. Quæ iſta confuſio generis humani ẽ? Quomodo ſeruari poteſt caritas: ubi nihil eſt certũ: qđ amet̃? Quis aut uir mulierẽ: aut mulier uirũ diliget: niſi habitauerint ſemꝑ una: niſi deuota mẽs & ſeruata inuicẽ fides indiuiduã fecerit caritatẽ? Quæ uirtus in illa ꝓmiſcua uoluptate locũ nõ habet. Itẽ ſi oẽs omniũ liberi fuerint: qs amare liberos tanq̃ ſuos poterit: cũ ſuos eſſe aut ignoret: aut dubitet? Quis honorẽ tanq̃ patri deferet: cũ unde natus ſit neſciat? Ex quo fit: ut nõ tantũ alienũ pro patre habeat: ſed etiã patrẽ ꝓ alieno. Quid ꝙ uxor põt eſſe cõis: filius uero nõ põt? quẽ cõcipi nõ niſi ex uno neceſſe eſt. Perit ergo illi uni cõitas ipſa reclamãte natura. Supeſt ut tãtũmodo cõcordiæ cauſa uxores uelint eſſe cões. At nulla uehemẽtior diſcordiarum eſt cauſa: q̃ unius fœminæ a multis maribus appetitio. In quo Plato ſi rõne nõ poterat: exẽplis certe potuit admoneri: & mutorum animalium: quæ ob hoc uel acerrime pugnant: & hominum qui ſemper ob eam rem grauiſſima inter ſe bella geſſerunt.

Quod dogma platonis nõ erat niſi criminis: fons: & fomes: & uirtutũ oĩum exterminiũ. Cap. XXII.

Reſtat: ut cõmunio iſta nihil aliud habeat p̃ter adulteria & libidines: ꝓpter quas funditus euertẽdas eſt uirtus uel maxime neceſſaria. Itaq; nõ ĩuenit cõcordiã quã quærebat: quia nõ uidebat unde oriat̃. Nã iuſtitia in extrapoſitis nihil momẽti habet: nec in corpore quidẽ: ſed tota in hominis mente uerſat̃. Qui ergo uult hoĩes adæquare: nõ matrimonia: nõ opes ſubtrahere debet: ſed arrogantiã: ſupbiã: tumorẽ: ut illi potẽtes & elati pares eſſe ſe etiã mẽdiciſſimis ſciãt. Detracta enĩ diuitibus inſolẽtia & iniquitate: nihil intererit utrũ ne alii diuites: alii pauperes ſint: cũ animi pares ſint: qđ efficere nulla alia res præter religionẽ dei põt. Putauit igit̃ ſe inueniſſe iuſtitiã: cũ eã prorſus euerteret: qa nõ rerũ fragiliũ: ſed mentiũ debet eſſe cõitas. Nã ſi iuſtitia uirtutũ omniũ eſt mater: cũ illæ ſingulæ tollunt̃: ipſa ſubuertit̃. Tulit autẽ Plato ante oĩa frugalitatẽ: quæ utiq; nulla eſt: ubi proprii nihil habet̃. Tulit abſtinentiã ſiquidẽ nihil fuerit quo abſtineatur alienum. Tulit temperantiam: tulit caſtitatem: quæ uirtutes in utroq; ſexu maxime ſunt. Tulit uerecundiam: pudorem: & modeſtiam: ſi honeſta & legittima eſſe incipiunt: quæ ſolent flagitioſa & turpia iudicari. Sic uirtutem cum uult omnibus dare: omnibus ademit. Nam rerum ꝓprietas: & uitiorum: & uirtutũ materiã continet. Cõmunitas autem nihil aliud q̃ uitiorũ licentiã. Nam uiri qui multas mulieres habent: nihil aliud dici poſſunt: q̃ luxurioſi ac nepotes. Item mulieres quæ a multis habentur non utiq; adulteræ: quia certum matrimoniũ nullum eſt: ſed proſtitutæ ac meretrices ſint neceſſe eſt. Redegit ergo humanam uitam ad ſimilitudinem: non dico mutorum: ſed pecudum ac bæluarum. Nã uolucres pene omnes faciunt matrimonia: & paria iunguntur: & nidos ſuos tanq̃ geniales toros concordi mente defendunt: & fœtus ſuos quia certi ſunt: amant: & ſi alienos obieceris abigũt. At homo ſapiens contra morem hominũ: contraq; naturã ſtultiora ſibi quæ ſequeret̃: elegit. Et quoniã uidebat in cæteris animalibus officia marium fœminarũq; nõ eſſe diuiſa: exiſtimauit oportere etiã mulieres militare: & conſiliis publicis intereſſe: & magiſtratus gerere: & imperia ſuſcipere. Itaq; his arma & equos aſſignauit: conſequens eſt ut lanam & telam uiris & infantiũ geſtationes. Nec uidit impoſſibilia eſſe quæ diceret ex eo: ꝙ adhuc in orbe terræ: neq; tam ſtulta: neq; tam uana ulla gens extiterit: quæ hoc modo uiueret.

De minoribus philoſophis: & quatenus inuicem ratione ex rerum contemptu proficiant: & erroris aſſertores ſint. Cap. XXIII.

Cum igit̃ in tanta uarietate ipſi philoſophorũ principes deprehendant̃: qd illos minores putabimus: q nunq̃ ſibi tã ſapiẽtes uideri ſolẽt: q cũ pecuniæ cõtẽptu gloriant̃? Fortis animus. Sed expecto qd faciãt: & quo ille cõtẽptus euadat. Tradita ſibi a parẽtibus patrimonia: tanq̃ malũ fugiunt ac deſerunt. Et ne in tempeſtate naufragiũ faciant: in tranquillo ſe ultro præcipitant. Non uirtute ſed peruerſo metu fortes: ſicut illi qui cũ timent ne ab hoſte iugulent̃: ipſi ſe iugulant: ut mortem morte deuitent. Sic iſti unde poſſent gloriam liberalitatis acquirere: ſine honore: ſine gratia perdunt. Laudatur Democritus ꝙ agros ſuos dereliquerit: eoſq; paſcua publica fieri paſſus ſit. Probarem ſi donaſſet. Nihil au- Democritus

tem ſapienter fit:quod ſi ab omnibus fiat:ĩutile eſt ac malū:ſed hæc negligentia tolerabilis. Quid ille qui patrimonium in nūmos redactū effudit in mare? Ego dubito utrū ne ſanus an demens. Abite inquit in profundum malæ cupiditates:ego uos mergam:ne ipſe mergar a uobis. Si tantus pecuniæ contemptus eſt: fac illam beneficium:fac humanitatem:largire pauperibus. Poteſt hoc quod perditurus es: multis ſuccurrere: ne fame aut ſiti:aut nuditate moriantur. Imitare inſaniá ſaltem furoréqꝫ Tuditani:ſparge populo diripiéda.

Tuditanus

Potes & pecuniá effugere:& tamé bene collocare:quia ſaluum eſt quicquid pluribus profuit. Zenonis auté paria peccata quis probat? Sed omittamus id:quod eſt ab omnibus ſemper irriſum. Illud ſatis eſt ad coercédum furioſi hominis errorem:quia inter uitia & morbos miſericordiá poſuit. Adimit nobis affectū: quo ratio humanæ uitæ pene omnis cõtinetur. Cum enim natura hominis imbecillior ſit:q̃ cæterorum animalium:quæ uel ad perferendam uim temporum:uel ad incurſiones a ſuis corporibus arcendas: naturalibus muniḿetis prouidentia cæleſtis armauit. Homini auté quia nihil iſtorū datum eſt accæpit pro iſtis omnibus miſerationis affectū:qui plane uocat̃ humanitas: qua noſmet inuicé tueremur. Nam ſi homo ad conſpectum alterius hominis efferaret̃:quod facere uidemus animátes:quarū natura ſoliuaga eſt:nulla eét hominū ſocietas: nulla urbium condédarū uel cura uel ratio. Sic neqꝫ uita quidem ſatis tuta:cum cæteris animalibus expoſita eſſet imbecillitas hominū:& ipſi inter ſemetipſos beluarū more ſæuirent. Non minor in aliis dementia. Quid eni dici poteſt de illo:qui nigram dixit eſſe niuem? q̃ conſequens erat: ut etiam picem albam eſſe diceret. Hic eſt ille qui ſe icc irco natú eé diceret:ut cælū ac ſolé uideret: qui in terra nihil uidebat ſole lucente. Xenophanes dicentibus mathematicis orbem lunæ duo de uiginti partibus maiorem eſſe q̃ terram: ſtultiſſime credidit. Et ꝙ huic leuitati fuit conſentaneū: dixit intra concauū lunæ ſinū eſſe aliá terram:& ibi aliud genus hominū ſimili modo uiuere:quo nos in hac terra uiuimus. Habent igit̃ illi lunatici homines alterá luná:quæ illis nocturnū lumen exhibeat:ſicut hæc exhibet nobis. Et fortaſſe hic noſter orbis alterius inferioris terræ luna ſit. Fuiſſe Seneca inter ſtoicos ait:qui deliberarét utrum ne ſoli quoqꝫ ſuos populos darét inepte:ſcilicet qui dubitauerit. Quid eni perderet ſi dediſſet? Sed credo calor deterrebat: ne tantam multitudinem periculo committeret:ne ſi æſtu nimio periſſent:ipſius culpa eueniſſe tanta calamitas diceretur.

Xenophanes

*De antipodibus:quos ideo eſſe finxerunt:quia opinati ſunt mūdū eſſe rotundū.* Cap. XXIIII.

QVid illi qui eſſe contrarios ueſtigiis noſtris antipodas putát? Munquid aliquid loquunt̃? Aut é quiſq̃ tam ineptus: qui tradet eſſe homines:quorum ueſtigia ſint ſupiora q̃ capita? Aut ibi quæ apud nos iacent uniuerſa:pendere fruges & arbores deorſum uerſus creſcere:pluuias & niues & grandines ſurſum uerſus cadere in terram. Et miratur aliquis hortos penſiles inter ſeptem mira narrari:cum philoſophi:& agros:& maria:& urbes:& mõtes penſiles faciát. Huius quoqꝫ erroris aperienda nobis origo eſt. Nam ſemper eodem modo falluntur. Cum enim falſum aliquid in principio ſumpſerunt: ueriſimilitudine inducti neceſſe eſt eos in ea quæ conſequuntur currere. Sic incidunt in multa ridicula:qa neceſſe é falſa eé:quæ rebus falſis cõgruūt. Cū aūt primis habuerít fidé: qualia ſūt ea quæ ſequunt̃ nõ circūſpiciūt:ſed defendūt oí modo:cū debeát prima illa utrū ne uera ſint an falſa:ex cõſequentibus iudicare. Quæ igit̃ illos ad antipodas ratio perduxit? Videbát ſyderū curſus in occaſum meantiū. Solé atqꝫ lunam in eádé parté ſemꝑ occidere:atqꝫ oriri ſemꝑ ab eadé. Cū auté nõ ꝑſpicerét quæ machinatio curſus eorum temperaret:nec quomodo ab occaſu ad orienté remeát: cælū autem ipſum in oés fere partes putarent eſſe deuexum: quod ſic uideri ꝓpter imméſam latitudiné neceſſe eſt: exiſtimauerunt rotundū eſſe mundū ſicut pilá. Et ex motu ſyderū opinati ſunt cælū uolui:ſic aſtra ſoléqꝫ cū occiderint uolubilitate ipſa mūdi ad ortū referri. Itaqꝫ æthereos orbes fabricati ſunt:quaſi ad figurá mundi:eoſqꝫ cælarunt portentoſis quibuſdam ſimulacris: quæ aſtra eſſe dicerent. Hanc igitur cæli rotunditatem illud ſequebatur: ut terra in medio ſinu eius eét íclusa. Quod ſi ita eét:terram ipſam globo ſimilé. Neqꝫ.n.fieri poſſet: ut non eét rotundū:qđ rotūdo íclusum teneret̃. Si aūt rotūda ét terra eét:neceſſe eét ut in oés cæli ꝑtes eádé facié gerat.i. montes erigat:cápos tendat:maria cõſternat. Qđ ſi eét:ſequebat̃ illud extremum:ut nulla ſit ꝑs terræ: quæ non ab hominibus cæteriſqꝫ animalibus incolat̃. Sic pendulos iſtos antipodas cæli rotūditas adinuenit. Qđ ſi quæras ab his qui hæc portenta defendunt:quomodo non cadunt oía in inferioré illam cæli parté: hanc respondét rerum eé naturam:ut pondera in medium ferant̃:& ad medium conuexa ſint oía:ſicut radios uidemus in rota. Quæ aūt leuia ſunt ut nebula: fumus:ignis:a medio deferant̃:ut cælum petát. Quid dicam de his neſcio:q cū ſemel aberrauerint:cõſtanter in ſtultitia ꝑſeuerant.& uanis uana defendunt:niſi ꝙ eos interdum puto ioci cauſa philoſophari:aut prudentes & ſcios médacia defendenda ſuſcipere: quaſi ut ingenia ſua í malis rebus exerceant uel oſtendant. At ego multis arguḿetis probare poſſem:nullo modo fieri poſſe ut cælum terra ſit inferius:niſi & liber iam concludédus eſſet:& adhuc aliqua reſtarét:quæ magis ſint præſenti operi neceſſaria. Et quoniam ſingulorum errores percurrere non eſt unius libri opus: ſatis ſit pauca enarraſſe:ex quibus poſſint qualia ſint cætera intelligi.

Quot & quanta prædicenda ſunt:& alias neceſſaria gentiliter philoſophantibus: ut philoſophiam nullus aſſequatur aut rarus. Cap. XXV.

NVnc pauca nobis de philoſophia in cõmuni dicenda ſunt:ut cõfirmata cá peroremus. Sūmus ille noſter Platonis imitator exiſtimauit philoſophiam non eſſe uulgarem:ꝙ eá non niſi docti homines aſſequi poſſent. Eſt inqt philoſophia paucis cõtenta iudicibus:multitudinem cõſulto ipſa fugiens. Non eſt ergo ſapientia ſi ab hominum cœtu abhorret. Quoniam igitur ſapientia ſi homini data eſt: ſine ullo diſcrimine omnibus data eſt:ut nemo ſit prorſus qui eam capere nõ poſſit. At illi uirtutem humano generi datam ſic amplexabant̃:ut ſoli oíum publico bono frui uelle uiderent̃

tam ſtulti q̄ ſi uelint deligare oculos:aut effodere cæteris ne ſolem uideant.Nam quid eſt aliud hominibus
negare ſapientiam:q̄ mētibus eorū uerū ac diuinū lumen auferre? Quod ſi natura hoīs ſapientiæ capax eſt
oportuit opifices & ruſticos:& mulieres:& omnes deniq;:qui humanā formam gerunt:doceri ut ſapiāt:po-
pulumq; ex omni lingua:& conditiōe:& ſexu:& ætate cōflari.Maximum itaq; argumentū ē: philoſophiam
neq; ad ſapientiam tendere.neq; ipſam eſſe ſapiam:ꝙ myſterium eius barba tantum celebraẗ & pallio.Sen-
ſerunt hoc adeo ſtoici:q & ſeruis & mulieribus philoſophandū eſſe dixerūt.Epicurus quoq; q rudes oīum
lr̄arum ad philoſophiam inuitat.Item Plato qui ciuitatē de ſapiētibus uoluit cōponere. Conati q̄dem ſunt
illi facere quod ueritas exhigebat:ſed nō potuit ultra uerba ꝓcedi.Primū q̄a multis artibus opus ē:ut ad phi
loſophiam poſſit accedi.Diſcendæ lr̄æ iſtæ cōmunes ꝓpter uſum legēdi:quia in tanta rerū uarietate nec di-
ſci audiendo poſſunt omnia:nec memoria contineri.Grammaticis quoq; non parum operæ dandum eſt:
ut rectam loquendi rationē ſcias.Id multos annos auferat neceſſe eſt.Nec oratoria quidem ignorāda eſt: ut
ea quæ didiceris:proferre atq; eloqui poſſis.Geometria quoq; ac muſica & aſtrologia neceſſaria eſt:ꝙ hæ ar
tes cum philoſophia habent aliquam ſocietatem:quæ uniuerſa perdiſcere neq; fœminæ poſſunt:quibus in
tra puberes annos officia mox uſibus domeſticis profutura diſcenda ſunt. Neq; ſerui quibus per eos annos
uel maxime ſeruiendum eſt: quibus poſſunt diſcere: neque pauperes: aut opifices: aut ruſtici: quibus
in diem uictus labore eſt quærendus. Ob eam cauſam Tullius ait abhorrere a multitudine philoſo- Tullius
phiam. Atenim rudes Epicurus accipiet. Quomodo ergo illa quæ de principiis rerum dicuntur: in- auctor
telligent: quæ perplexa & inuoluta uix etiam politi homines aſſequuntur? In rebus igitur obſcuritate im-
plicitis: & ingeniorum uarietate confuſis: & eloquentium uirorum exquiſito ſermone fucatis:quis im-
perito ac rudi locus eſt? Denique nunquam ullas mulieres philoſophari docuerunt: præter unam ex
omni memoria Themiſten. Neq; ſeruos præter unum Pythagoram: quem male ſeruientem redemiſſe Themi-
ac docuiſſe tradunt.Enumerant etiam Platonem ac Diogenem:qui tamen ſerui non fuerunt:ſed his ſerui- ſtes
tus euenerat:ſunt enī capti. Platonem quidem redemiſſe Aniceris quidam traditur ſeſtertiis octo. Itaq; in- Pythago
ſectatus eſt conuitiis hunc ipſum redemptorem Seneca:ꝙ Platonem paruo æſtimauerit. Furioſus:ut mihi ras
quidem uidetur:qui homini fuerit iratus:ꝙ non multam pecuniam perdidit:ſcilicet aurum appendere de-
buit tanq̄ pro mortuo Hectore:aut tantum ingerere nūmorum:quātum uenditor non popoſcit. Ex barba
ris uero nullum præter unum Anacharſim ſcytham: qui philoſophiam ne ſomniaſſet quidem: niſi & lin-
guam & litteras ante didiciſſet.

Quod doctrina cæleſtis ſapientiā ſola largitur:quā natura cōmunis appetit:& quærens philoſophiā:non
inuenit:& q̄ efficax ſit lex dei:& eccleſiæ ſacramenta. Cap.XXVI.

QVod ergo illi poſcēte natura faciendū eſſe ſenſerunt.Sed tamen neq; ipſi facere potuerunt: neq; a
philoſophis fieri poſſe uiderunt: ſola hoc efficit doctrina cæleſtis:quæ ſola ſapientia eſt. Illi ſcili-
cet perſuadere cuiq̄ potuerunt:qui nihil perſuadēt etiā ſibi? Aut cuiuſq̄ cupiditates opprimēt:irā
temperabūt:libidinē coercebunt:cum ipſi & cedant uitiis:& fateanẗ plus ualere naturā? Dei autē
præcepta:quia& ſimplicia & uera ſunt: quantū ualeant in animis hominū:quotidiana experimē
ta demōſtrant.Da mihi uirū:qui ſit iracūdus:maledicus: effrenatus: pauciſſimis dei uerbis tam placidum:
q̄ ouem reddā.Da cupidū:auarū:tenacē.Iam tibi eum liberalē dabo:& pecuniā ſuā propriis manibus largiē-
tem.Da timidū doloris ac mortis.Iam cruces & ignes:& pericula & taurū contēnet.Da libidinoſum: adul-
terum:ganeonem.Iam ſobriū:caſtū:cōtinētem uidebis.Da crudelē: & ſanguinis appetentē. Iam in uerā cle-
mentiā furor ille mutabiẗ.Da iniuſtū:īſipiētem:peccatorē cōtinuo:& æquus & prudēs:& innocēs erit.Vno
enim lauacro malitia oīs abolebiẗ.Tanta diuinæ ſapientiæ uis eſt ut in hoīs pectus infuſa: matrem delicto-
rum ſtultitiā uno ſimul impetu expellat.Ad quod efficiciēdum:nō mercede:nō libris: nō lucubrationibus
opus eſt. Gratis iſta fiunt:facile:cito:modo pateāt aures:& pectus ſapientiā ſitiat.Nemo uereaẗ:nos aquam
nō uendimus:nec ſolē mercede præſtamus.Dei fons uberrimus atq; pleniſſimus patet cunctis:& hoc cæle-
ſte lumē uniuerſis oriẗ:quicūq; oculos habēt. Nū quis hæc philoſophorū aut unq̄ præſtitit: aut præſtare ſi
uelit poteſt? Qui cum ætates ſuas in ſtudio philoſophiæ cōterāt:neq; aliū quenq̄:neq; ſeipſos ſi natura pau-
lulū obſtitit:poſſūt facere meliores.Itaq; ſapia eoꝝ ut plurimū efficiat:nō excidit uitia:ſed abſcondit. Pauca
uero dei p̄cepta ſic totū hoīem īmutāt:& expoſito uetere nouū reddūt: ut nō cognoſcas eūdē eſſe.

Quod philoſophi ſæpe recte p̄cipiūt:& interdū uident uerū:& q̄re nō ſit eis credēdū: in quo ſolo nitatur
conditio naturæ: & unde:nec nō aut fortunæ:& quō phī ſuis īuicē gladiis pereūt. Cap.XXVII.

QVid ergo? Nihil ne illi ſimile p̄cipiūt? Immo ꝑmulta:& ad uerū frequēter accedūt. Sed nihil pon
deris habēt illa p̄cepta:q̄a ſūt humana:& auctoritate maiori.i.diuina illa carēt. Nemo igiẗ credit
q̄a tā ſe hoīem putat eē q audit:q̄ ē ille q p̄cipit.Præterea nihil apud eos certi eſt: nihil q̄d a ſciētia
ueniat.Sed cū oīa cōiecturis aganẗ: multa ēt diuerſa & uaria ꝓferanẗ. ſtultiſſimi eſt hoīs p̄ceptis
eorū uelle parere:quæ utrū uera ſint an falſa:dubitaẗ.Et ideo nemo paret:q̄a nemo uult ad incer
tum laborare.Virtutē eſſe ſtoici aiunt: quæ ſola efficiat uitā beatā. Nihil pōt uerius dici. Sed quid ſi crucia-
biẗ aut dolore afficieẗ? Poterit ne quiſquā inter carnifices beatus eſſe? Immo uero illatus corpori dolor ma-
teria uirtutis eſt.Itaq; ne in tormentis quidē miſer eſt.Epicurus multo fortius ſapiēs inquit ſemper beatus
& uel ut īcluſus in Phalaridis tauro hāc uocē emittet. Suaue eſt & nihil curo:quis eū non irriſerit? Maxime
ꝙ homo uoluptarius ꝑſonā ſibi uiri fortis impoſuit:& quidē ſupra modū.Nō enī fieri pōt: ut quiſq̄ crucia-
tus corporis pro uoluptatibus ducat:cū ſatis ſit ad officiū uirtutis īplendū ꝑferre ac ſuſtinere. Quid dicitis
ſtoici? Quid tu Epicure? Beatus eſt ſapiēs:ēt cū torqueẗ: Si ꝓpter gloriā: patiētia nō fruaẗ. In tormētis enī
fortaſſe morieẗ.Si ꝓpter memoriam: aut non ſentiet ſi occidūt animæ:aut ſi ſentiet: nihil ex ea cōſequeẗ.

Quis ergo alius fructus eſt in uirtute? Quæ beatitudo uitæ: ut æquo animo moriant? Bonū mihi affertis
unius horæ: aut fortaſſe momēti. ꝑpter quod nō expediat in tota uita miſeriis & laboribus confici. Quan/
tum autē temporis mors occupat: quæ cum uenit utrū æquo animo an iniquo eam ſubieris: iam nihil re/
fert. Ita fit ut nihil aliud ex uirtute capteť niſi gloria. Sed hæc aut ſuperuacua & breuis eſt: aut prauis homi/
num iudiciis nō ſequeť. Nullus igiť ex uirtute fructus eſt: ubi uirtus mortalis eſt & caduca. Itaq; qui hæc lo/
cuti ſunt: umbrā quādam uirtutis uiderunt: ipſam uirtutē nō uidebant. Deflexi enim fuerūt in terram: nec
uultus ſuos in altū erigebant: ut eā poſſent intueri: quæ ſeſe cæli regionibus oſtendebat. Hæc cauſa eſt cur
præceptis eorū nullus obtēperet: quoniā aut ad uitia erudiūt: ſi uoluptatē defendūt: aut ſi uirtutē aſſerūt: ne/
que peccato pœnā minanť: niſi ſolius turpitudinis: neq; uirtuti ullū præmiū pollicenť: niſi ſolius honeſtatis
& laudis: cum dicāt nō ꝑpter aliud: ſed ꝑpter ſeipſam expetendā eſſe uirtutē. Beatus eſt igiť ſapiēs in tormē
tis: ſed cum torqueť pro fide: pro iuſtitia: pro deo illa patientia doloris beatiſſimū faciet. Eſt enim deus: qui
ſolus poteſt honorare uirtutē: cuius merces imortalitas ſola eſt: quā qui nō appetunt: nec religionē tenent:
cui æterna ſubiacet uita. Profecto neq; uirtutis uim ſciunt: cuius præmiū ignorāt neq; in cælū ſpectāt: quod
ipſi ſe facere putāt: cum res nō iueſtigabiles quærūt: quia rō in cælū ſpectandi nulla alia eſt: niſi aut religionē
ſuſcipere: aut hanc aīam ſuam imortalē eſſe credere. Quiſq; enī aut deum colendū eſſe itelligit: aut imorta/
litatis ſpem ſibi propoſitā habet: mens eius in cælo eſt. Et licet id nō aſpiciat oculis: animæ tamē lumīe aſpi/
cit. Qui autē religionem nō ſuſpiciūt: terreni ſunt: quia religio de cælo eſt. Et qui animā putāt cū corpore i/
terire: æque in terrā ſpectant: quia ultra corpus: quod eſt terra nihil amplius uident: quod ſit imortale. Ni/
hil igiť prodeſt hominē eſſe fictum: ut recto corpore ſpectet in cælū: niſi erecta mente deum cernat: & cogi/
tatio eius in ſpe uitæ perpetuæ tota uerſetur.

Quod fortuna nihil eſt: quā philoſophi nō modo deā: ſed deū mentiuntur. Et quomodo hunc errorem
dæmones imiſerint eis: qui deum neſciebant: aut contēnebant. Cap. XXVIII.

QVapropter nihil aliud eſt in uita: quo rō: quo cōditio noſtra nitať: niſi dei: qui nos genuit agnitio
& religioſus: ac pius cultus. Vnde: quoniā philoſophi aberrauerūt: ſapiētes utiq; nō fuerūt. Quæ/
ſierūt illi qdē ſapiētiā: ſed qa nō rite quærebāt: ꝓlapſi ſunt lōgius: & in maximos errores iciderūt
ut etiā cōmunē ſapiētiā nō tenerēt. Nō enī tantū religionē aſſerere uoluerūt: uerū etiā ſuſtulerūt:
dum ſpecie uirtutis falſæ iducti: conanť animos omni metu liberare: quæ religionis euerſio na/
turæ nomē iuenit. Illi enī cū aut ignorarēt a quo eēt effectus mūdus: aut pſuadere uellēt nihil eē diuina mē/
te pfectū: naturā eē dixerūt rerū oīum matrē: quaſi dicerēt oīa ſua ſpōte eē nata: quo uerbo plane iprudētiā
ſuā cōfitenť. Natura enī remota ꝓuidētia & poteſtate diuina ꝓrſus nihil eſt. Quod ſi deū naturā uocāt: quæ
ꝑuerſitas eſt naturā potius q̄ deū nominare? Si autē natura rō eſt: uel neceſſitas: uel cōditio naſcendi non eſt
per ſeipſam ſenſibilis: qa neceſſe eſt mentē diuinā: quæ ſua ꝓuidētia naſcēdi principiū rebus oībus præbeat.
Aut ſi natura eſt cælum atq; terra: & omne quod natū eſt: nō eſt dei natura: ſed dei opus. Non diſſimili erro
re credunt eſſe fortunam: quaſi deam quādam res humanas uariis caſibus illudentē: quia neſciunt unde ſi
bi bona & mala eueniant. Cum hac ſe compoſitos ad præliandum putant: nec ullam tamē rationē reddūt:
a quo & quā ob cauſam: ſed tantū cum fortuna ſe digladiari momentis omnibus gloriantur. Iā quicunq;
alios cōſolati ſunt ob iteritū amiſſionēq; caroꝝ: fortunæ nomē acerrimis accuſationibus proſciderūt: nec
M. Tulli/us — omnino ulla eorum diſputatio de uirtute eſt: in qua non fortuna uexetur. Marcus Tullius in ſua conſola/
tione pugnaſſe ſe ſemper contra fortunam loquitur: eamq; a ſe eſſe ſuperatam: cum fortiter inimicorum
impetus retudiſſet: nec tum quidem ſe ab ea fractum: cum domo pulſus patria caruit. Tum aūt cum ami/
ſerit cariſſimam filiam: uictum ſe a fortuna turpiter confiteť. Cedo inquit & manū tollo. Quid hoc homi/
ne miſerius: qui ſic iaceat inſipienter inquit: ſed qui ꝑfiteť ſe eſſe ſapientē? Quid ergo ſibi uult aſſūptio no/
minis? Quid eſt contemptus ille rerum: qui magnificis uerbis ꝑtendiť? Quid diſpar cæteris habitus? Aut
cur omnino præcepta ſapiæ danť: ſi nemo qui ſapiat adhuc inuētus eſt? Et quiſq; nobis inuidiam facit: quia
philoſophos negamus eē ſapientes cum ipſi nec ſcire ſe quicquā nec ſapere fateanť? Nam ſi quando ita defe
cerint: ut ne effingere quidem quicquam poſſint: quid faciunt in rebus cæteris. Tum uero ignorantiæ ad/
Aanaxa/goras — monenť: & quaſi furibundi exiliunt: & exclamant ſe cæcos eſſe & excordes. Anaxagoras pronunciat circun/
fuſa eſſe tenebris omnia. Empedocles anguſtas eſſe ſenſuum ſemitas queriť: tanquam illi ad cogitandum
Epedo/cles — rheda a quadrigis opus eſſet. Democritus quaſi in puteo quodam ſic alto ut fundus ſit nullus ueritatem
iacere demerſam: nimirum ſtulte ut cætera. Non. n. tanquam in puteo demerſa eſt ueritas: quo uel deſcen/
Demo/critus — dere uel etiam cadere illi licebat. Sed tanquam in ſummo montis excelſi uertice: uel potius in cælo: quod ē
ueriſſimum. Quid enim eſt cur eam potius in imum depreſſam diceret q̄ in ſummum leuatam: niſi forte
mentem quoq; in pedibus aut in imis calcibus conſtituere malebat: potius q̄ in pectore aut in capite? Adeo
remotiſſimi fuerunt ab ea ueritate: ut eos ne ſtatus quidem ſui corporis admoneret: ueritatem in ſummo
illis eſſe quærendam. Ex hac deſperatione cōfeſſio illa Socratis nata eſt: qua ſe nihil ſcire dixit: niſi hoc unū
ꝙ nihil ſciat. Hinc academie diſciplina manauit: ſi tamen diſciplina dici poteſt: in qua ignoratio & diſcitur:
& docetur. Sed ne illi quidem qui ſcientiam ſibi aſſumpſerunt: idipſum quod ſe ſcire putabant: conſtantes
defendere potuerūt. Qui quoniā rō illis nō q̄drabat: per ignorantiā rerū diuinarum tā uarii: tam incerti fue
rūt: ſibiq; ſæpe cōtraria diſſerētes: ut qd ſentirēt: qd uellent: ſatis ſtatuere ac diiudicare nō poſſis. Quid igiť
pugnes aduerſus hoīes eos: q ſuo ſibi gladio ꝑeunt? Quid labores ut eos deſtruas: quos ſua ipos deſtruit atq;
afficit orō? Ariſto. iqt Cice. ueteres phōs accuſans eos ait aut glorioſos aut ſtultiſſimos fuiſſe. q exiſtimaſſet
phiam ſuis igēiis eē pfectā. Sed ſe uidere ꝙ paucis ānis magna acceſſio fcā eēt: breui tpe phiam plane abſolu
tā fore. Qđ igř fuit illđ tps? quo i ore? quando ē: aut a qbus abſoluta? Nā ꝙ ait ſtultiſſimos fuiſſe qui putaſ/

ſent ingeniis ſuis perfectam eſſe ſapiam uerum eſt.Sed ne ipſe quidem ſatis prudẽter:qui aut a ueteribus cœ-
ptam:aut a nouis auctam:aut mox a poſterioribus perfectum iri putauit.Nunq̃ enim poteſt inueſtigari:qđ
non per uiam ſuam quæritur.

Item repetitio de fortuna:& natura:& definitione eius. Cap. XXIX.

SEd repetamus id qđ omiſimus.Fortuna ergo per ſe nihil eſt:nec ſic habendum ẽ:tanq̃ ſit in ali-
quo ſenſu.Siquidem fortuna eſt accidẽtium rerum ſubitus atq; inopinatus euentus.Verum phi-
loſophi ne aliquando non errent: in re ſtulta uolũt eẽ ſapiẽtes:qui fortũæ ſexum mutant:eamq;
non deam ſicut uulgus:ſed deum eẽ dicunt.Eundem tamẽ interdum naturam:interdum fortu-
nam uocant.Quid multa inquit idẽ Cicero.efficiat ĩopinata nobis propter obſcuritatem ignora-
tionẽq; cauſarum.Cum igiť cauſas ignorent:ꝓpter quas fiat aliquid:& ipſum qui faciat ignorent neceſſe ẽ.
Idem in ope ualde ſerio:ĩ quo p̃cepta uitæ deprompta ex philoſophia filio dabat.Magnã inq̃t eẽ fortunæ uĩ
in utranq; partẽ quis neſciat? Nã & cũ ꝓſpero flatu eius utimur:ad exitus ꝑuenimus optatos:& cũ reflaue-
rit affligimur.Primũ qui negat ſciri poſſe qcq̃:ſic hoc dixit tanq̃ & ipſe & oẽs ſciant: Deinde q etiã quæ clara
ſunt dubia conatur efficere:hoc putauit eſſe clarum. quod illi eſſe debuit uel maxime dubiũ: nam ſapienti
omnino falſum ẽ.Quis inq̃t neſcit? Ergo uero neſcio.Doceat me:ſi pōt:quæ ſit illa uis: q flatus iſte: & q re-
flatus.Turpe igiť eſt hoiem ingenioſum id dicere:qđ ſi negas ꝓbare nō poſſit.Poſtremo ꝙ is q dicit aſſen-
ſus eẽ retinẽdos:ꝙ ſtulti ſit hoís rebus incognitis temere aſſentire.Is inq̃ plane uulgi & impitoꝝ opĩonibus
credidit:qui fortunam putant eſſe quæ hoĩbus tribuat bona & mala.Nã ſimulacrꝫ eius cũ copia & guber-
naculo fingunt:tanq̃ hæc opes tribuat:& humanarũ reꝝ regimen obtineat.Cui opinioni & Virgilius aſſen- Virgilius
ſit:qui fortunam oĩpotentem uocat.Et hiſtoricus q ait. Sed profecto fortuna in oĩ re dominať. Quid ergo
cæteris diis loci ſupereſt? Cur non aut ipſa regnare dicitur:ſi plus poteſt:aut ſola colitur:ſi omnia uel ſi tan-
tum mala amittit? Aliquid cauſæ ꝓferãt cur ſi dea ſit:hoĩbus inuideat:eoſq; ꝑditos cupiat:cũ ab his religio-
ſe colať.Cur æquior ſit malis:iniquior aũt bonis.Cur ĩſidieť:affligat:decipiat & exterminet? Quis illã gene-
ris hoĩum uexatricẽ cõſtituit ꝑpetuã? Cur deniq; tam malã ſortita ſit poteſtatẽ: ut res cunctas ex libidĩe ma-
gis q̃ ex uero celebret:obſcuretq;.Hæc inq̃ philoſophos inq̃rere oportuit:potius q̃ temere innocẽtẽ accuſare
fortunã:quæ etiã ſi ſit aliqua:nihil tamen afferri ab his pōt:cũ hoĩbus tam inimica ſit:q̃ putať.Itaq; illæ oẽs
orõnes:quibus iniquitatẽ fortunæ lacerãt:ſuaſq; uirtutes cõtra fortunã ſupbiſſime iactant: nihil aliud ſunt
q̃ deliramenta incõſideratæ leuitatis.Quare nō inuideãt nobis:q̄bus aperuit ueritatẽ deus: qui ſicut ſcimus
nihil eſſe fortunã:ita ſcimus eſſe prauũ ac ſubdolũ ſpiritũ:qui ſit inimicus bonis hoſtiſq; iuſtitiæ:qui cõtra-
ria faciat q̃ deus:cuius inuidiæ cauſam in ſecũdo libro explicauimus.Hic ergo inſidiať uniuerſis:ſed eos qui
neſciũt deũ errore ĩpedit:ſtultitia obruit: tenebris circũfũdit: nequis poſſit ad diuini noĩs ꝑuenire notitiã:in
quo uno & ſapientia cõtineť & uita ꝑpetua.Eos aũt qui deũ ſciunt dolis & aſtutia aggrediť:ut cupiditate ac
libidine irrætiat:aut peccati blandimẽtis deprauatos ĩpellat ad mortẽ:uel ſi dolo nihil ꝓfecerit:uiolẽtia deii-
cere conať.Iccirco.n.in primordiis trãſgreſſionis nō ſtatim ad penã detruſus a deo eſt:ut hoiem malitia ſua
exerceat ad uirtutẽ:quæ niſi agiteť:niſi aſſidua uexatione roboreť:nō poteſt eſſe pfecta.Siquidẽ uirtus eſt ꝑ-
ferendorũ malorũ fortis ac inuicta patiẽtia.Ex quo fit:ut uirtus nulla ſit:ſi aduerſarius deſit.Huius itaq; ꝑ-
uerſæ poteſtatis cũ uim ſentirẽt uirtuti repugnantẽ nomẽ ignorarẽt fortunæ uocabulũ ſibi inane finxerũt.
Quod q̃ lõge a ſapiẽtia ſit remotũ:declarat Iuuenalis his uerſibus. Nullũ numẽ habes:ſi ſit prudẽtia:ſed nos Iuuenalis
Te facimus fortuna deã:cæloq; locamus.Stultitia igiť & error & cæcitas: & ut Cicero ait: ignoratio rerum Cicero
atq; cauſarũ:naturæ ac fortunæ noĩa induxit.Sed ut aduerſariũ ſuũ neſciũt: ſic nec uirtutẽ quidẽ ſciunt: cu-
ius ſciẽtia ab aduerſarii notione deſcẽdit.Quæ ſic cõiuncta eſt cũ ſapiẽtia:uel(ut ipſi aiunt)eadẽ ipſa ſapiẽtia
eſt:ignorent neceſſe eſt in quibus rebus ſita ſit. Nemo.n.poteſt ueris armis inſtrui ſi hoſtẽ cõtra quẽ fuerit
armãdus:ignorat.Nec aduerſariũ uincere:qui in dimicãdo nō hoſtẽ uerũ:ſed umbrã petit.Proſterneť enim
qui alio intẽtus uenientẽ uitalibus ſuis ictũ:nec præuiderit ante:nec cauerit.

Epilogus quo docet quomodo trãſeundũ ſit a uanitate philoſophorũ recedẽtibus:& ad uerã ſapientiam
aſpirantibus:ſcilicet ad uerbũ dei:in quo ſolo ueritas inueniť:& uirtus:& beatitudo:& ab eis quæ dicta ſũt:
ad dicenda tranſitũ facit. Cap.XXX.

DOcui quantũ mea mediocritas tulit:longe deuiũ philoſophos iter a ueritate tenuiſſe. Sentio ta-
men q̃ multa prætererim:quia nō erat mihi propria cõtra philoſophos diſputatio: Sed huc ne-
ceſſario diuertẽdũ fuit:ut oſtenderem tot & tanta ingenia in rebus falſis eſſe conſumpta: ne quis
forte a prauis religionibus excluſus:ad eos ſe cõferre uellet:tanq̃ certi aliq̄d reperturus. Vna igiť
ſpes homini:una ſalus in hac doctrina quã defendimus: poſita eſt. Omnis ſapientia hominis in
hoc uno eſt:ut deum cognoſcat & colat.Hoc noſtrũ dogma.hæc ſentẽtia eſt.Quanta itaq; uoce poſſum te-
ſtificor:proclamo:denuncio.Hoc eſt illud quod philoſophi omnes in tota ſua uita quæſierunt: nec unquã
tamen inueſtigare:comprehendere:tenere ualuerunt:quia aut prauam religionem tenuerunt:aut totã peni-
tus ſuſtulerunt.Faceſſant igitur illi omnes:qui humanã uitam non inſtruunt:ſed turbant. Quid enim do-
cent: aut quẽ inſtruũt:qui ſeipſos nō inſtruxerunt? Quem ſanare ægroti? Quem regere cæci poſſunt? Huc
ergo nos omnes: quibus eſt cura ſapientiæ conferamus. An expectabimus donec Socrates aliquid ſciat?
Aut Anaxagoras lumen in tenebris inueniat? aut Democritus ueritatem de puteo extrahat? Aut Empe-
docles dilatet animi ſui ſemitas? Aut Archeſilas & Carneades uideant: ſentiant:præcipiant? Ecce uox de
cælo ueritatem docens: & nobis ſole ipſo clarius lumen oſtendens. Quid nobis iniqui ſumus & ſapi-
entiam ſuſcipere cunctamur: quã docti homines contritis in quærendo ætatibus ſuis: nunquam reperi-
re potuerunt? Qui uult ſapiens ac beatus eſſe: audiat dei uocem: diſcat iuſtitiam: ſacramentum na-

tiuitatis ſuæ norit:humana contēnat:diuina ſuſcipiat:ut ſummū illud bonum ad quod natus ē poſſit adipi
ſci:Diſſolutis religionibus uniuerſis:& omnibus quæcunq; in earum defenſionē dici:uel ſolebant uel pote/
rant refutatis:deinde cōuictis philoſophiæ diſciplinis:ad uerā religionē nobis ſapiētiāq; ueniendū ē: quoniā
eſt(ut docebo)utrūq; cōiunctum:ut eam uel argumētis uel exēplis:uel idoneis teſtibus aſſeramus. Et ſtulti
tiam quā nobis iſti deorum cultores obiectare non deſinunt:ut nullam penes nos:ſic totam penes ipſos eē
doceamus. Et q̄q̄ prioribus libris cum falſas arguerim religiones: & hic cum falſam ſapientiam tollerē: ubi
ueritas ſit oſtēderim.planius tamē quæ religio:& quæ ſapiētia uera ſit:liber proximus indicabit.

Lactantii firmiani diuinarum inſtitutionū aduerſus gentes liber quartus : in quo docetur quæ religio & quæ ſapientia uera ſit.

Quomodo unius ſæculi error in omnem ſit tranſfuſus ætatem & orbem occupauerit. Et græcia poſt gloriam ſeptem ſapientiū ſtudio perquirēdæ ueritatis exarſerit : & ſtudioſi eius ſe maluerint philoſophos q̄ ſapientes appellari. Cap.primum.

COgitanti mihi & cum animo meo ſæpe reputanti priorē illum generis humani ſtatū:& mi/
rum pariter & indignū uideri ſolet:ꝙ unius ſæculi ſtultitia religiones uarias ſuſcipiētis: de/
oſq; multos eſſe credentis:in tantā ſubito ignoratione ſui uētum eſt:ut ablata ex oculis ueri
tate:neq; religio ueri dei:neq; humanitatis ratio teneretur: hoībus non in cælo ſūmū bonū
quærentibus:ſed in terra. Quam ob cauſam profecto ſæculorū ueterū mutata fœlicitas eſt.
Cœperunt enim relicto parēte & conſtitutore omniū deo:inſenſibilia digitorum ſuorū fig/
menta uenerari:quæ prauitas quid fecerit:qd malorū attulerit: res ipſa declarat. Auerſa nāq; a ſummo bo/
no:quod ideo beatū & ſempiternū eſt:quia uideri:tangi:comprehēdi nō poteſt:& a uirtutibus ei bono con/
gruētibus:quæ ſunt æque īmortales:ad hos corruptos & fragiles deos lapſi:& ſtudētes his rebus:quibus ſo
lū corpus ornat̃:alit̃:delectat̃ mortē ſibi ꝑpetuā cum diis:& cum bonis corporalibus quæſierunt:quia mor
ti corpus omne ſubiectū eſt. Inſecuta eſt igitur huiuſmodi religiōis iniuſtitia & impietas ſicuti fuerat neceſ/
ſe. Deſierunt.n. uultus ſuos in cælum tollere:ſed deorſum mētes hominū depreſſæ terrenis ut religiōibus
ſic etiam bonis inhærebāt:ſecutū eſt diſſidiū generis humani:& fraus:& nefas omne:qa ſpretis ſempiternis:
atq; incorruptis bonis:quæ ſola debent ab homine concupiſci : tēporalia & breuia maluerunt : maiorq; ad
malū hominibus fides fuit:qui prauū recto:quia præſentius fuerat : prætulerūt. Sic humanā uitam priori/
bus ſæculis in clariſſima luce uerſatam caligo & tenebræ cōprehēderunt. Et quod huic prauitati congruēs
erat:poſtq̄ ſapientia ſublata eſt:tum demū ſibi homines ſapientū nomē uendicare cœperunt. Tum autē ne/
mo ſapiens uocabatur:cum omnes erant. Vtināq; nomē illud publicū aliquādo:q̄uis ad paucos redactū : tū
uim ſuam retineret. Poſſent enī fortaſſe pauci illi uel ingenio uel auctoritate:uel aſſiduis hortamentis libe/
rare populū uitiis & erroribus:ſed adeo in totū ſapiētia occiderat:ut ex ipſa noīs arrogātia nullū eorū q uo/
carent̃:apparuit fuiſſe ſapientē. Et tamē prius q̄ hæc philoſophia quæ dicit̃:eſſet īuenta ſeptē fuiſſe tradun/
tur primi oīum:qui quia de rebus naturalibus quærere ac diſputare ſunt auſi:ſapiētes haberi appellarique
maluerūt. O miſerū calamitoſūq; ſæculū:quo ꝑ orbē totū ſeptē ſoli fuerūt:q hominū uocabulo cierent̃. Ne
mo.n.pōt iure dici hō:niſi q ſapiēs ē. Sed ſi cæteri oēs ꝑter iſtos ſtulti fuerūt:ne illi qdē ſapiētes: qa nemo ſa/
piēs eē uere iudicio ſtultorū pōt. Adeo ab his abfuit ſapiētia:ut ne poſtea qdē īcreſcēte doctrīa:& multis ma/
gniſq; ingeniis in idipſum ſemp intētis nō potuerit ꝑfici ueritas & cōprehendi. Nā poſt illorū ſeptē ſapien/
tum gloriā incredibile eſt quāto ſtudio inq̄rendæ ueritatis Græcia oīs exarſerit. Ac primū nomē ipſum ſa
pientiæ arrogās putauerūt:ſed quia nō ſapiētes ſed ſtudioſos ſapientiæ uocauerūt. Quo facto & illos qui te
mere ſapiētū ſibi nomē aſciuerāt:erroris ſtultitiæq; dānauerūt:& ſe quoq; ipſos ignorantiæ:quam quidem
non diffitebantur. Nam ubicunq; rerum natura īgeniis eorum:quaſi manus oppoſuerat: ne rationem poſ/
ſent aliquam reddere:teſtificari ſolebant nihil ſe ſcire : nihil cernere. Vnde multo ſapientiores inueniuntur
qui ſe aliqua ex parte uiderunt:q̄ illi qui ſapere crediderunt.

tio pecudis ab his ipſis:qui faciunt paſcha nominat̃ απο του πασχειν : q̄a paſſionis eſt figura:quā deus præ
ſcius futurorum tradidit p Moyſen populo ſuo celebrandā.Sed tamen figura ualuit in præſenti ad depellē/
dum periculũ:ut appareat quātum ueritas ipſa ualitura ſit ad plebem dei protegendā in extrema totius or/
bis neceſſitate.Quomodo autē uel in q̄ plaga tuti hoīes ſint futuri:qui ſignũ hoc ueri & diuini ſanguinis in
ſummo corporis ſui notauerunt in nouiſſimo libro docebo.

De potētia ſigni crucis:quantæ efficaciæ ſit inuocatio nominis cruxifixi:& quantum a dæmoniis timeat̃
ſignum crucis. Cap.XXVII.

NVnc ſatis eſt de huius ſigni potētia quātũ ualeat exponere:quāto terrori ſit demõibus hoc ſignũ
ſciet:q uiderit: q̄tenus adiurati p Chriſtũ de corpibus q̄ obſederint fugiant.Nā ſicut ipſe cũ inter
hoīes ageret uniuerſos dæmões uerbo fugabat:hoīumq; mētes emotas:& malis ĩcurſibus furia
tas in ſenſus priſtinos reponebat.Ita nũc ſectatores eiuſdem ſpiritus inquinatos de hominibus &
nomine magiſtri ſui & ſigno paſſionis excludunt. Cuius rei non difficilis eſt probatio. Nam cum diis ſuis

immolant:ſi aſſiſtat aliquis ſignatam frontẽ gerens ſacra nullo modo litãt.Nec reſpõſa põt cõſultus redde/
re uates.Et hæc ſæpe cauſa præcipua iuſtitiã ꝑſequẽdi malis regibus fuit.Cũ eni quidã miniſtrorũ noſtri ſa/
crificantibus dominis aſſiſterẽt:ĩpoſito frontibus ſigno:deos eorũ fugauerũt:ne poſſent in uiſceribus beſtia
rum futura depingere.Quod cum ĩtelligerent aruſpices:ĩſtigantibus iiſdẽ dæmonibus qbus ꝓſecrarãt con
querẽtes ꝓphanos hoĩes ſacris intereſſe:adegerũt principes ipſos in furorẽ:ut expugnarent dei templũ: ſeqꝫ
uero ſacrilegio cõtaminarẽt:ꝗ grauiſſimis ꝑſequẽtiũ pœnis expiaret.Nec tamẽ ex hocipſo cæci hoĩes ĩtelli/
gere poſſunt:aut hanc eſſe uerã religionẽ:cui ad uincẽdũ tanta uis ĩeſt: aut illã falſam :quæ ſubſiſtere aut cõ/
gredi nõ poteſt.Sed aiunt hoc deos nõ metu:uerũ odio facere:quaſi qſqꝫ poſſit odiſſe niſi eũ:qui aut noceat:
aut poſſit nocere.Immo uero cõgruẽs maieſtati fuit:ut eos quos oderãt:præſentibus pœnis afficerent poti/
us ꝗ fugarẽt.Sed quoniã neqꝫ accedere ad eos poſſunt:in qbus cæleſtẽ notã uiderint:nec his nocere: quos ſi/
gnum ĩmortale munierit tanꝗ ĩexpugnabilis murus:laceſſunt eos per hoĩes:& manibus ꝑſequunt alienis:
quos profecto ſi eſſe cõfitent:uicimus.Neceſſe eſt enim hanc eſſe uerã religionẽ:quæ & rõnem dæmonum
nouit:& aſtutiã intelligit:& uim retundit:& eos ſpiritalibus armis domitos ac ſubactos cedere ſibi cogit. Si
negant:teſtimoniis poetarũ ac philoſophorũ refellent.Quod ſi eẽ & malos eẽ ĩficias nõ eunt : qd ſupeſt niſi
ut alios dicãt eẽ deos:alios dæmões? Exponãt igit nobis differentiã generis utriuſqꝫ : ut ſciamus qd colẽdũ
quid execrandũ ſit. Habeãt ne ĩter ſe aliquod cõſortiũ : an uero inimici ſint? Si ſunt aliqua neceſſitudine co
pulati:quatenus eos diſcernemus? Aut quõ utriuſqꝫ generis honorẽ cultũqꝫ miſcebimus? Si aũt ſunt inimi
ci:aut dæmones deos nõ timẽt : aut dii dæmões fugare nõ poſſunt.ecce aliqs inſtinctu dæmonis ꝑcitus de/
mentit:effertur:ĩſanit:ducamus iſtũ in Iouis optimi maximi templũ : uel quia ſanare hoĩes Iuppiter neſcit:
in æſculapii uel Apollinis fanũ iubeat utriuſlibet ſacerdos dei ſui noĩe:ut nocens ille ſpiritus excedat ex ho/
mine:nullo id pacto fieri põt.Quæ igit deorũ uis eſt ſi ſubiectos ſibi dæmones nõ habent? At uero iidẽ dæ
mones adiurati per nomẽ ueri dei ꝓtinus fugiunt.Quæ ratio eſt ut chriſtũ timeãt:Iouẽ autẽ non timeant:
niſi ꝗ iidẽ ſunt dæmones:quos uulgus deos eſſe opinat? Deniqꝫ ſi cõſtituat in medio:& is quem cõſtat in/
curſum dæmõis perpeti:& Delphici Apollinis uates: eodẽ modo dei nomẽ horrebũt: & tam celeriter exce
det de ſuo uate Apollo:ꝗ ex homine ſpiritus ille dæmonicus : & adiurato fugatoqꝫ deo ſuo uates in ꝑpetuũ
cõticeſcet.Ergo iidẽ ſũt dæmones:quos fatent execrãdos eſſe.iidẽ dii qbus ſupplicãt.Si nobis credendũ eſſe
Homerus nõ putãt:credãt Homero:qui ſũmũ illũ Iouẽ dæmonibus aggregauit:ſed & aliis poetis ac philoſophis : qui
eoſdẽ modo dæmonas:modo deos nuncupãt:quorũ alterũ uerũ:alterũ falſum eſt.Illi eni neqſſimi ſpiritus
ubi adiurant:ibi ſe dæmonas cõfitent:ubi colunt:ibi ſe deos mentiunt:ut errores hoĩbus ĩmittant:& auo/
cent a ueri dei notione : per quã ſolã põt mors æterna uitari.Idẽ ſunt q deiiciendi hominis cauſa uarios ſibi
cultus ꝑuerſa religione ꝑ diuerſa regionũ cõdiderũt:mentitis tantũ aſſumptiſqꝫ noĩbus ut fallerẽt.Nã quia
diuinitatẽ per ſeipſos affectare nõ poterãt aſciuerũt ſibi noĩa potentiũ regum:ſub quorũ titulis honores ſibi
deorũ uendicarẽt. Qui error diſcuti poteſt & in lucem ueritatis protrahi.Nã ſiquis ſtudet altius inquirere:
cõgreget eos quibus peritia eſt ciere ab ĩferis aĩas.Euocẽt Iouem : Neptũnũ:Vulcanũ:Mercuriũ:Apollinẽ:
patrẽqꝫ oĩum Saturnũ.Reſpõdebunt ab inferis oẽs:& interrogati loquent:& de ſe:& de deo fatebunt. Poſt
hæc euocẽt Chriſtũ nõ aderit:nõ apparebit:quia nõ amplius ꝗ biduo apud inferos fuit.Quid hac ꝓbatione
Trimegiſtus certius proferri poteſt? Ego uero nõ dubito qn ad ueritatem Trimegiſtus hãc aliqua ratione ꝑuenerit: qui
de deo patre oĩa:& de filio locutus eſt multa:quæ diuinis continentur arcanis.

De uera & ſingulari religione:& unde dicat religio:uel ſecũdũ Ciceronẽ: uel alios. Cap.XXVIII.

QVæ cũ ita ſe habeant(ut oſtendimus)apparet nullam aliã ſpem uitæ homini eẽ propoſitã: niſi ut
abiectis uanitatibus & errore miſerabili deũ cognoſcat:& deo ſeruiat:niſi huic tẽporali renũciet
uitæ: ac ſe rudimentis iuſtitiæ ad cultũ ueræ religionis inſtituat.Hac enĩ conditione gignimur:
ut generati nos deo iuſta & debita obſequia præbeamus:hũc ſolum nouerimus:hunc ſequamur
Hoc uinculo pietatis obſtricti deo & religati ſumus:unde ipſa religio nomen accepit:nõ ut Cice/
ro ĩterpretatus eſt a relegẽdo:qui in libro de natura deoꝝ ſecundo dicit ita.Non.n.philoſophi ſolũ: ueꝝ ẽt
maiores nñi ſuperſtitionem a religione ſeparauerunt.Nam q totos dies precabant & immolabãt:ut ſui ſibi
filii ſupſtites eẽnt:ſuperſtitioſi ſunt appellati.Qui aũt omnia quæ ad cultum deoꝝ ꝑtinerent : retractarent:
& tanquam relegerent:hi dicti ſunt religioſi ex relegendo:tanquam ex eligendo eligentes:& ex diligendo di
ligentes: & ex intelligendo intelligentes.His.n.oĩbus ineſt uis legẽdi eadem:quæ in religioſo.ita factum eſt
in ſuperſtitioſo ac religioſo: alteꝝ uitii nomen: alteꝝ laudis.Hæc ĩterptatio ꝗ inepta ſit:ex re ipa licet cogno
ſcere.Nam ſi in iiſdẽ diis colẽdis:& religio & ſupſtitio uerſat:exigua uel potius nulla diſtantia ẽ.Quid.n.mi
hi affert cauſæ cur ꝑcari ꝓ ſalute filiorum ſemel religioſi & idẽ decies facere ſupſtitioſi eẽ hominis arbitret?
Si enim ſemel facere optimum ẽ:quanto magis ſæpius? Si ora prima:ergo & tota die. Si una hoſtia placabi/
lis:placabiliores utiqꝫ hoſtiæ plurimæ:quia multiplicata obſequia demerent potius ꝗ offendunt.Nõ.n. no
bis odioſi uident hi famuli:q aſſidui ac frequẽtes ad obſequium fuerint:ſed magis cari. Cur igit ſit in culpa
& nomẽ reprehenſibile accipiat:qui aut filios ſuos magis diligit:aut deos ſatis honorat? Laudet aũt qui mi
nus:Quod argumẽtũ ẽt econtrario ualet.Si.n.totos dies ꝑcari & ĩmolare criminis ẽ:ergo & ſemel.Si ſuper
ſtites filios ſubinde optare uitioſum eſt:Superſtitioſus ẽ igit ille qui raro id optauerit. Aut cur uitii nomen
ſit ex eo tractũ:quo nihil honeſtius:nihil iuſtius optari põt Nam ꝗ ait religioſos a relegẽdo appellatos : qui
ea retractẽt diligẽter quæ ad cultũ deoꝝ ꝑtineant:cur illi q hoc ſæpe in die faciunt:religioſoꝝ nomen amit
tant:cũ multo utiqꝫ diligẽtius ex aſſiduitate ipſa relegant ea:qbus dii colunt? Quid ergo? eſt nimirum reli/
gio ueri cultus: ſuperſtitio falſi.Et omnino quid colas intereſt nõ quemadmodum colas:aut quid preceris.
Sed quia religioſos deorum cultores ſe putant:cum ſint ſupſtitioſi:nec religionem poſſunt a ſupſtitione di

ſcernere:nec ſignificantiã noĩum exprimere.Diximus nomẽ religionis a uinculo pietatis eẽ deductũ:ꝙ hominẽ ſibi deus religauerit:& pietate conſtrinxerit:qa nos ſeruire ei ut domino.& obſequi ut prĩ neceſſe eſt. Eo melius ergo id nomen Lucretius interpretatus eſt:qui ait religionũ ſe nodos ſoluere. Supſtitioſi aũt uocant̃ nõ q filios ſuos ſupſtites optãt.Omnes.n.optamus:ſed aut ii qui ſupſtitem memoriã defunctorũ colunt:aut q parẽtibus ſuis ſupſtitibus colebant imagines eoꝝ domi tãq deos penates:nã qui nouos ſibi ritus aſſumebant:ut ĩ deoꝝ uicẽ mortuos honorarẽt:quos ex hoĩbus ĩ cælũ receptos putabãt hos ſuperſtitioſos uocabãt.Eos uero q publicos & antiquos deos colerẽt:religioſos noĩabãt.Vnde Virg.Vana ſupſtitio ueteꝝ ꝗ ignara deoꝝ.Sed cũ ueteres quoq; deos ĩueniamus eodẽ mõ cõſecratos eẽ poſt obitũ:ſupſtitioſi ergo qui multos ac falſos deos colunt.Nos aũt unũ deũ religioſi qui uni & deo uero ſupplicamus.

Lucretius

Virgilius

De unitate pr̃is & filii:ut liqueat quõ unius dei poſſunt eſſe cultores:q duos colunt alterũ prẽm:alterum filium:prẽmq; immortalẽ:filium mortalẽ:de quo ſuperius dictum eſt. Cap. XXIX.

FOrtaſſe quærat aliquis quõ cũ deũ unum nos colere dicamus:duos tamẽ aſſeueremus deũ prẽm & deũ filium:quæ aſſeueratio pleroſq; in maximũ impegit errorẽ.Quibus cũ ꝓbabilia uideant̃ eẽ q̃ dicimus:in hoc uno labare nos arbitrant̃.ꝙ & alteꝝ & mortalẽ deum fateamur.De mortalitate iam diximus:nunc de unitate doceamus.Cũ dicimus deũ prẽm & deum filium : non diuerſum dicimus:nequtrũq; ſecernimus:qa nec pr̃ ſine filio eẽ põt:nec filius a prẽ ſecerni:ſiquidẽ nec pr̃ ſine filio nũcupari:nec filius põt ſine prẽ generari.Cũ igr̃ & pr̃ filium faciat:& filius prẽm una utriq; mens:unus ſpũs una ſubſtãtia eſt:ſed ille quaſi exuberans fons eſt:hic tanq̃ defluens ex eo riuus:ille tanq̃ ſol:hic tãq radius ex ſole porrectus:qui quoniã ſummo prĩ & fidelis & carus eſt nõ ſeparat̃:ſicut nec riuus a fonte:nec radius a ſole:quia & aqua fontis in riuo eſt:& ſolis lumen in radio:æque neq; uox ab ore ſeiũgi:nec uirtus aut manus a corpore diuelli poteſt.Cur igitur a prophetis idem manus dei & uirtus & ſermo dicatur utique nulla diſcretio eſt:quia & lingua ſermonis miniſtra:& manus in qua eſt uirtus indiuiduæ ſunt corporis portiones. Propriore exemplo uti libet.Cum quis habet filium quem unice diligit:qui tamen ſit in domo & in manu pr̃is:licet ei nomen domini poteſtatemq; cõcedat:ciuili tamẽ iure:& domus una & unus dominus nominatur.Sic hic mũdus una dei domus & filius & pater:q unanimes incolũt mũdũ:deus unus: qa & unus ẽ tanq̃ duo:& duo tanq̃ unus.Neq; id mirũ cũ & filius ſit in patre:qa pater diligit filiũ:& pater in filio:qa uoluntati patris fideliter paret:nec unq̃ faciat:aut fecerit:niſi quod pater:aut uoluit:aut iuſſit.Deniq; unũ deũ eſſe tam patrẽ q̃ filiũ.Eſaias in illo exẽplo qđ ſupius poſuimus oſtẽdit cũ diceret.Adorabũt te & precabunt̃ : quoniã in te deus eſt:& nõ eſt alius deus præter te.Et alio loco ſimiliter ait.Sic dicit dominus deus rex Iſrael:& qui eruit eũ deus æternus:ego primus:& ego nouiſſimus:& præter me nemo eſt deus.Cũ duas pſonas ꝓpoſuiſſet dei regis.i.chriſti:& dei patris:qui eũ poſt paſſionẽ ab ĩferis excitauit:ſicut oſtẽdiſſe diximus Oſeã prophetã qui ait:Et de manu inferorũ eruã eũ:tamẽ ad utrãq; pſonã referẽs intulit:& præter me nõ eſt deus:cũ poſſet dicere præter nos:ſed fas nõ erat plurali numero ſeparationẽ tantæ neceſſitudinis fieri. Vnus eſt enĩ ſolus liber deus:ſummus carẽs origine:qa ipſe ẽ origo rerũ:& in eo ſimul & filius: & oĩa cõtinent̃.Quapropter cũ mẽs & uolũtas alterius in altero ſit:uel potius in utroq; una:merito unus deus uterq; appellat̃: quia q̃cquid eſt in patre ad filiũ trãſtulit: &q̃cquid in filio a patre deſcẽdit. Nõ poteſt igit̃ ille ſũmus ac ſingularis deus:niſi p filiũ coli:qui ſolũ patrẽ ſe colere putat:ſicut filiũ nõ colit:ita ne patrẽ quidẽ colit. Qui aũt filium ſuſcipit:& nomẽ eius gerit:is uere cũ filio ſimul & patrẽ colit:quoniã legatus & nũcius & ſacerdos ſũmi patris eſt filius.Hic tẽpli maximi ianua eſt hic lucis uia:hic dux ſalutis:hic hoſtiũ uitæ.

De hæreſibus quas nõ modo prophetæ : ſed etiam chriſtus & apoſtoli prædixerũt emerſuras eſſe uitandas:& ꝙ illa ſola eccleſia catholica eſt & uera : in qua eſt confeſſio : & medicina peccatorum per pœnitentiã & fidei ſacramenta. Cap.XXX.

SEd quoniam multæ hæreſes extiterunt:& inſtinctibus dæmonum populus deſciſſus eſt: determinanda eſt nobis breuiter ueritas:ac in ſuo proprio domicilio collocanda:ut ſiquis aquam uitæ cupit haurire:nõ ad detritos lacus deferatur : qui non habent uenã:ſed uberrimum dei fontẽ nouerit: quo irrigatus perenni luce potiatur.Ante omnia ſcire nos conuenit:& ipſum & legatos eius prædixiſſe ꝙ plurimæ ſectæ & hæreſes haberent exiſtere : quæ concordiam ſancti corporis rũperent:ac monuiſſe ut ſumma prudentia caueremus : nequãdo in laqueos & fraudes illius aduerſarii noſtri:cum quo luctari deus nos uoluit : ĩcideremus:tamẽ dediſſe certa mandata:quæ in perpetuum cuſtodire debemus. Quorum plæriq; imitatores deſerto itinere cæleſti uias ſibi deuias per anfractus & præcipitia cõdiderunt: per quã partem plebis incautam:& ſimplicem ad tenebras mortẽq; deducerẽt.Quod quatenus acciderit:exponã.Fuerũt quidam noſtrorum uel minus ſtabilita fide:uel minus docti: uel minns cauti:qui diſſidium facerent unitatis:& eccleſiam diſſiparent.Sed hi quorum fides lubrica fuit:cũ deum noſſe ſe & colere ſimularent augendis opibus:& honori ſtudentes affectabant maximũ ſacerdotium:& a potioribus uicti cadere ſe cum ſuffragatoribus ſuis maluerunt : q̃ eos facere præpoſitos: quibus concupierant ipſi ante præponi.Quidam uero nõ ſatis cæleſtibus litteris eruditi:cum ueritatis accuſatoribus reſpõdere non poſſent:obiicientibus uel impoſſibile uel ĩcongruens eſſe:ut deus in uterum mulieris includeretur:nec cæleſtem illam maieſtatem ad tantã infirmitatẽ potuiſſe deduci:ut hominibus contẽptui:deriſui:cõtumeliæ: & ludibrio eſſet.Poſtremo etiã cruciamenta ꝑferret atq; execrabili patibulo figeret̃.Quæ oĩa cũ neq; ingenio nec doctrina defendere ac refutare poſſent:nec enĩ uim rõneq; penitus p̃uidebãt:deprauati ſũt ab itinere recto:& cæleſtes lr̃as corruperũt:ut nouã ſibi doctrinã ſine ulla radice ac ſtabilitate cõponerẽt.Nõnulli aũt falſorũ ꝓphetarũ uaticinio illecti:de qbus & ueri ꝓphetæ & ipſe prædixerãt:exciderũt a doctrina dei:& traditionem ueram reliquerunt. Sed illi oẽs dæmoniacis fraudibus irretiti : quas proſpicere & cauere de/

buerant:diuinũ nomẽ & cultũ per ĩprudentiã perdiderũt.Cũ enĩ Phryges aut Nouatiani: aut Valentiniani: aut Martionitæ:aut Anthropiani:aut Arriani:ſeu qlibet alii nominantur chriſtiani eſſe deſierũt hi:q Chriſti noĩe amiſſo:humana & externa uocabula induerũt.Sola igit̃ catholica eccleſia eſt:quæ uerũ cultum retinet.Hic eſt fons ueritatis:hoc eſt domiciliũ fidei:hoc tẽplũ dei:quo ſiqs nõ ĩtrauerit: uel a quo ſiquis exiuerit:a ſpe uitæ ac ſalutis alienus eſt.Nemĩnẽ ſibi oportet pertinaci cõcertatiõe blãdiri. Agitur enĩ de uita & ſalute cui niſi caute & diligẽter cõſulat̃:amiſſa & extincta erit.Sed tamẽ quia ſinguli quoq; cœtus hæreticoꝝ ſe potiſſimũ chriſtianos:& ſuã eſſe catholicã eccleſiã putãt.Sciendũ eſt illã eſſe uerã in qua eſt:religio: confeſſio:& pœnitẽtia:quæ peccata & uulnera:qbus eſt ſubiecta ĩbecillitas carnis ſalubriter curat.Hæc ĩterim paucis admonẽdi gratia rettuli:neqs errorẽ fugere cupiens: maiori implicet̃ errore:dũ penetrale ueritatis ignorat.Poſtea plenius & uerius cõtra oẽs mẽdaciorũ ſectas ꝓprio ſeparatoq; ope pugnabimus.Sequit̃: ut quoniã ſatis de religione uera & ſapiẽtia locuti ſumus in proximo libro de iuſtitia diſſeramus.

## Lactãtii Firmiani diuinarũ inſtitutionũ aduerſus gentes:Liber quintus.de iuſtitia ad Cõſtãtinũ ĩperatorẽ.

Quod iniquũ & ĩpiũ eſt ante dãnare uel perſonã uel cauſam : q̃ de merito eius cognoſcere:& quare ſapientia iungenda ſit religioni:& quare ſapientia huius mundi litteras ſacras cõtempſerit:& ꝙ eloquentia ſeruit ſæculo : & ꝙ plærunq; ut amplius eluceſcat : ex induſtria impugnat ueritatem:quæ fere ſemper idoneis aſſertoribus indiget. Cap.primum.

NOn eſt apud me dubiũ Conſtãtine ĩmperator maxime:qn hoc opus noſtrũ quo ſingularis ille rerũ cõditor:& huius ĩmẽſi operis rector aſſerit̃.Siquis attigerit ex iſtis ineptæ religionis: ut ſunt nimia ſupſtitione ĩpartiẽtes ĩſectet̃ etiã maledictis:ut uix lecto fortaſſe principio:affligat:ꝓiciat:execret̃:ſeq; inexpiabili ſcelere cõtaminari atq; aſtringi putet.ſi hæc aut legat patiẽter:aut audiat:ob hoc tamẽ ſi fieri põt humanitatis iure poſtulamus:ut nõ prius damnet: q̃ uniuerſa cognouerit:nã ſi ſacrilegis & ꝓditoribus: & ueneficis poteſtas defendẽdi ſui dat̃: nec prædanari quenq̃ incognita cauſa licet:nõ iniuſte petere uidemur:ut ſiquis erit ille qui inciderit in hæc: ſi leget perlegat:ſi audiet ſentẽtiã differat in extremũ.Sed noui hominũ ꝑtinaciã: nunq̃ impetrabimus. Timent enim ne a nobis reuicti:manus dare aliquando clamante ipſa ueritate cogantur.Obſtrepunt igit̃ & ĩtercedunt:ne audiant:& oculos ſuos opprimunt:ne lumen uideant:quod offerimus.Quo plane ipſi diffidẽtiam ſuæ perditæ rationis oſtendunt:cum neq; cognoſcere:neq; congredi audẽt: quia ſciunt ſe facile ſuperari.Et iccirco diſceptatione ſublata. Pellitur e medio ſapientia : ui geritur res (ut ait Ennius) & quia ſtudent damnare tanq̃ nocentes:quos utiq; ſciunt innocentes:conſtare de ipſa innocentia nolunt : quaſi uiro maior iniquitas ſit probatam innocentiam damnaſſe:q̃ inauditam.Sed (ut dixi) uerentur:ne ſi audierint : damnare non poſſint.Et ideo cultores dei ſummi:hoc eſt iuſtos homines torquent:interficiunt:exterminant : nec cauſas odiorum ipſi reddere poſſunt:qui tam uehementer oderunt:quia ipſi errãt: iraſcuntur his qui uiam ueram ſequuntur:& cum corrigere ſe poſſint:errores ſuos inſuper crudelibus factis coaceruant:innocentiũ cruore maculant̃:& dicatas deo mẽtes euiſceratis corpibus detorquẽt:cũ talibus cõgredi & diſputare cõtendimus.Hos ad ueritatẽ ab ĩepta pſuaſiõe traducere:q ſanguinẽ facilius hauſerũt q̃ uerba iuſtoꝝ.Quid igit̃? Operã ne pdemus? Minime.Nã ſi lucrari hos a morte:ad quã cõcitatiſſime tẽdũt nõ potuerimus : ſi ab illo itinere de morte ad uitam luceq; reuocare:quoniã ipſi ſaluti ſuæ repugnant:noſtros tamẽ confirmabimus: quorum non eſt ſtabilis ac ſolidis radicibus fundata & fixa ſententia . Nutant enim plurimi : & maxime qui litterarum aliquid attigerunt. Nam & in hoc philoſophi : & oratores & poetæ pernitioſi ſunt : ꝙ incautos animos facile irrætire poſſunt ſuauitate ſermonis : & carminum dulci modulatione currentium. Ob eamq; cauſam uolui ſapientiam cum religione coniungere ; nequid ſtudioſis illa inanis doctrina poſſit officere:ut iam ſcia lr̃arum non modo nihil noceat religioni atq; iuſtitiæ: ſed etiam proſit q̃plurimũ: ſi is q eas didicerit:ſit uirtutibus ĩſtructior:& ueritate ſapiẽtior.Præterea etiã ſi nulli alii: nobis certe proderit: delectabit ſe conſcia:gaudebit mens ſe in ueritatis luce uerſari:qđ eſt aĩæ pabulũ ĩcredibili quadã iocunditate pfuſum.Verũ non eſt deſperandum fortaſſe nõ canimus ſurdis.Nec.n.tam in malo ſtatu res eſt:ut dẽſint ſanæ mentes: quibus & ueritas placeat:& monſtratum ſibi rectum iter & uideãt & ſequant̃.Circũliniat̃ modo poculũ cæleſtis ſapiæ melle:ut poſſint ab imprudentibus amara remedia ſine offenſione potari:dum illiciẽs prima dulcedo acerbitatẽ ſaporis aſperi ſub ꝑtextu ſuauitatis occultat. Nã hæc ĩ primis cã eſt cur apud ſapiẽtes:& doctores:& prĩcipes huius ſæculi ſcriptura ſancta fide careat:ꝙ prophetæ cõmuni ac ſimplici ſermone ut ad populum ſunt locuti.Contẽnunt̃ itaq; ab his:qui nihil audire uel legere niſi expolitum ac diſertũ uolũt:nec quicq̃ ĩhærere animis eorum poteſt:niſi qđ aures blandiori ſono mulcet.Illa uero quæ ſordida uident̃ anilia:inepta:uulgaria exiſtimant̃.Ideo nihil uerum putãt:niſi quod auditu ſuaue ẽ: nihil credibile ẽ niſi quod poteſt ĩcutere uoluptatẽ:nemo rẽ ueritate põderat ſed ornatu.Nõ ergo credũt diuinis: qa fuco carent:ſed ne illis quidẽ:qui eas ĩterprætant̃:quia ſunt & ĩpi aut omnino rudes:aut certe parũ docti . Nam ut plene ſint eloquentes:praro contingit:cuius rei cauſa in apto eſt.Eloquentia.n.ſæculo ſeruit:populo ſe iactare & in rebus malis placere geſtit.Siquidẽ ueritatẽ ſæpius expugnare conat̃.ut uim ſuam monſtret: opes expetit:honores concupiſcit:ſummũ deniq; gradum dignitatis expoſcit.Ergo hæc quaſi humilia deſpicit: arcana tanq̃ cõtraria ſibi fugit:qppe qui publico gaudeat:& multitudinem celebritatemq; deſideret . Eo fit ut ſapiã & ueritas idoneis præconibus ĩdigeat.Et ſiqui forte lr̃atorum ſe ad eam contulerunt : defenſioni eius
Miutius non ſuffecerunt.Ex his qui mihi noti ſunt:Minutius fœlix non ignobilis inter cauſidicos loci fuit.Huius liber cui Octauio titulus eſt:declarat q̃ idoneus ueritatis aſſertor eſſe potuiſſet: ſi ſe totum ad id ſtudium con
Tertulia/ tuliſſet.Septimus quoq; Tertulianus fuit omni genere litterarũ peritus:ſed in eloquẽdo parũ facilis : & mi/
nus nus comptus: & multũ obſcurus fuit. Ergo nec hic quidẽ ſatis celebritatis inuenit. Vnus igitur præcipuus

& clarus extitit Cyprianus:q magnã ſibi gloriã ex artis oratoriæ profeſſiõe quæſierat: & admodũ multa cõſcripſit ĩ ſuo genere mirãda. Erat.n.ingenio facili:copioſo:ſuaui:& q̃ ſermõis maxima ẽ uirtus: aperto ut diſcernere nequeas:utrũ ne ornatior ĩ loquẽdo:an facilior in explicãdo:an potẽtior in pſuadẽdo q̃ſq̃ fuerit. Hic tamẽ placere ultra uerba ſacramẽtũ ignorãtibus nõ põt:quoniã myſtica ſunt q̃ locutus eſt:& ad id præparata: ut ſolis fidelibus audiant. Deniq; a doctis huius ſæculi q̃bus forte ſcripta eius ĩnotuerunt: derideri ſolet. Audiui ego quẽdã hoĩem diſertũ ſane: q eũ ĩmutata una lr̃a Caprianũ uocaret:quaſi & elegãs ĩgeniũ:& melioribus rebus aptũ:ad aniles fabulas cõtuliſſet: Quod ſi accidit hoc ei:cuius eloquẽtia non inſuauis eſt:quid tandẽ putemus accidere illis:quorũ ſermo ieiunus ẽ & ĩgratus:q neq; uim pſuadẽdi:neq; ſubtilitatẽ argumẽtandi:neq; ullã prorſus acerbitatẽ ad reuincendum habere potuerunt? Cypriãn

Quod ex defectu doctorũ data eſt temerariis hoĩbus audacia impugnãdi ueritatem ignotam:& hoc probat exemplo duorũ philoſophorum:quos uiderat in Bythinia. Cap. II.

Ergo q̃a defuerunt apud nr̃os idonei pitiq; doctores:q uehementer.q acriter errores publicos redarguerẽt:q cauſam oẽm ueritatis ornate copioſeq; defenderent: ꝓuocauit quoſdã hæc ipſa penuria:ut auderent ſcribere cõtra ignotã ſibi ueritatẽ. Omitto eos: q prioribus eã temporibus neq̃q̃ aceſſerunt. Ego cũ in Bythinia lr̃as oratorias accitus docerẽ:contigiſſetq; eodẽ tp̃e ut dei templũ euerteret:duo extiterunt ibidẽ:q iacenti atq; abiectæ ueritati neſcio utrũ ſup̃bius an importũius ĩſultarẽt:quorum alter antiſtitem ſe philoſophiæ ꝓfitebat. Verũ ita uitioſus:ut continẽtiæ magiſter nõ minus auaritia q̃ libidinibus arderet:ĩ uictu tam ſumptuoſus:ut ĩ ſchola uirtutis aſſertor:parſimoniæ paupertatiſq; laudator:ĩ palatio peius cœnaret q̃ domi.tamen uitia ſua capillis & pallio:& (q̃d maximum eſt uelamẽtũ) diuitiis prætegebat:quas ut augeret ad amicitias iudicũ miro ambitu penetrabat: eoſq; ſibi repẽte auctoritate falſi nominis obligabat:non mõ ut eorũ ſententias uenderet:uerũ ẽt ut confines ſuos: quos ædibus agriſq; pellebat:a ſua repetendo hac potẽtia retardabat. Hic uero qui ſuas diſputatões moribus deſtruebat: uel mores ſuos diſputatõibus arguebat:ipſe aduerſus ſe grauis cenſor:& accuſator accerrimus:eodẽ ipſo tp̃e quo iuſtus populus nefarie lacerabat tres libros euomuit contra religionem nomenq; chriſtianũ. Profeſſus ãte omnia philoſophi officiũ eſſe erroribus hoĩum ſubuenire:atq; illos ad uerã uiã reuocare.i.ad cultus deorum:quorũ numine ac maieſtate (ut ille dicebat) mũdus gubernaret.nec pati hoĩes peritos quorũdã fraudibus illici: nec ſimplicitatis eorũ p̃dæ ac pabulo ſit hoĩbus aſtutis. Itaq; ſe ſuſcæpiſſe hoc munus philoſophia dignũ: ut p̃ferret nõ uidẽtibus lumẽ ſapiẽtiæ:nõ mõ ut ſuſcæptis deorũ cultibus reſaneſcãt:ſed ẽt ut ptinaci obſtinatõe depoſita corporis cruciamẽta deuitẽt:nec ſcæuas mẽbrorũ laceratões fruſtra ꝑpeti uelit. Vt autẽ appereret cuius rei grã opus illud elaboraſſet:effuſus ẽ in principũ laudes:quorũ pietas & ꝓuidẽtia (ut q̃dẽ ipſe dicebat) tũ ĩ cæteris rebus hũanis:tum p̃cipue ĩ defendẽdis deorũ religiõibus claruiſſet:cõſultũ eẽ tãdẽ rebus hũanis:ut cohibita ĩpia & anili ſupſtitõe:uniuerſi hoĩes lægitimis ſacris uacarẽt:ac ꝓpitios ſibi d̃os expiret. Vbi ãt religiõis eius:cõtra quã ꝑorabat:ĩfirmare uoluit rõnẽ:ĩeptus:uanus:ridiculus apparuit: q̃a grauis ille cõſultor utilitatis alienæ:nõ mõ q̃d oppugnaret:ſed ẽt q̃d loqueret neſciebat. Nã ſi q̃ noſtrorũ affuerũt: q̃uis tp̃is grã cõticeſcerẽt:aĩo tamẽ deriſere:utpote cũ uiderẽt hoĩem ꝓfitẽtẽ ſe illumĩaturũ alios:cũ ip̃e cæcus eẽt: reducturũ alios ab error:cũ ip̃e ignoraret ubi pedes ſuos põeret:eruditurũ alios ueritatẽ:cuius ille nec ſcĩtillã q̃dẽ unã uidiſſet aliq̃do: q̃ppe cũ ſapiẽtiæ ꝓfeſſor ꝓfligare ſapiẽtiã niteret. Oẽs tamẽ id arguebãt: ꝙ illo potiſſimũ tp̃e id opis eẽt aggreſſus:quo furebat odioſa crudelitas. O phũm adulatorẽ:ac tp̃i ſeruientẽ. Verũ hic ꝓ ſua ĩanitate cõtẽptus ẽ: q & grãm quã ſp̃auit nõ ẽ adeptus:& gloria quã captauit:ĩ culpã rep̃hẽſionẽq; cõuerſa ẽ. Alius eandẽ materiã mordacius ſcripſit q erat tũc e nũero iudicũ: & q auctor ĩ primis faciẽdæ pſecutiõis fuit:quo ſcelere nõ cõtentus ẽt ſcriptis eos quos afflixerat ĩſecutus ẽ. Cõpoſuit.n.libellos duos nõ cõtra chriſtiãos ne inimice ĩſectari uideret:ſed ad chriſtiãos ut hũanæ & benigne cõſulere putaret:in q̃bus ita falſitatẽ ſcripturæ ſacræ arguere conatus eſt tanq̃ ſibi eſſet tota cõtraria. Nã quædam capita quæ repugnare ſibi uidebant expoſuit:adeo multa:adeo intima enumerans:ut aliquãdo ex eadẽ diſciplina fuiſſe uideat. Quod ſi fuit:quis eũ Demoſthenes poterit ab ĩpietate defendere:qui religionis:cui fuerat aſſenſus: & fidei cuius nomẽ induerat:& ſacramẽti q̃d acceperat: ꝓditor factus ẽ:niſi forte caſu in manus eius diuinæ lr̃æ ĩciderũt? Quæ igit temeritas erit id audere diſſoluere:q̃d illi nemo interp̃tatus eſt bene:ꝙ aut nihil didicit: aut nihil intellexit. Tantũ.n.abeſt a diuinis lr̃is repugnantia:quantũ ille abfuit a ueritate & fide.præcipue tamen Paulũ Petrũq; lacerauit cæteroſq; diſcipulos tanquã fallaciæ ſeminatores:quos eoſdem tamẽ rudes & indoctos fuiſſe teſtatus ẽ. Nam quoſdam eorũ piſcatorio officio quæſtum feciſſe:quaſi ægre ferret: ꝙ illam rem nõ Ariſtophanes aliquis:aut Ariſtarchus commentatus ſit.

Q̃d a diſcipulis Chriſti uolũtas mẽtiẽdi abfuit:q uitã exercebãt cõtrariã uitiis. Et ꝙ reſpondẽdũ fuit blaſfemiæ eorũ:qui Chriſtũ magnũ fuiſſe mentiti ſunt:& ſibi ipſis cõtraria docuerunt. Cap. III.

Abfuit ergo ab his fingendi uoluntas & aſtutia:quoniam rudes fuerunt. Aut quis poſſit indoctus apta inter ſe & cohærentia fingere:cum philoſophorum doctiſſimi Plato & Ariſtoteles: & Epicurus:& Zeno ipſi ſibi repugnantia & contraria dixerint. Hæc eſt enim mẽdaciorũ natura ut cohærere non poſſint. Illorũ aũt traditio quia uera eſt:quadrat ubiq;:ac tota ſibi conſentit:& ideo p̃ſuadet:quia cõſtanti rõne ſuffulta eſt.non igit quæſtus & cõmodi grã religionem iſtam cõmentati ſunt:quippe qui & præceptis:& ipſa re eã uitam ſecuti ſunt:quæ & uoluptatibus caret & oĩa quæ habentur in bonis ſpernit: & q non tantũ mortẽ pro fide ſubierĩt:ſed etiam morituros eẽ ſe & ſcierint & p̃dixerĩt: & poſtea uniuerſos qui eorum diſciplinam ſecuti eſſent:acerba & nefanda paſſuros. Ipſum aũt Chriſtũ affirmauit a Iudæis fugatum:collecta noningentorũ hoĩum manu latrocinia feciſſe. Quis tantæ auctoritati audeat repugnare? Credamus hoc plane. Nam fortaſſe illi hoc in ſomnis Apollo aliquis nunciauit. Tot ſemp

latrones perierunt & quotidie ꝑeunt utiq; multos & ipſe damnaſti.qs eorum poſt crucem ſuam : nõ dicam deus:ſed hõ appellatus ẽ? Veꝝ tu forſitan ex eo credidiſti:quia uos homicidã Martẽ conſecraſtis ut deũ:qđ tamẽ nõ feciſſetis:ſi illum ariopagitæ in crucẽ ſuſtuliſſent.Itẽ cum facta eius mirabilia deſtrueret: nec tamẽ negaret:uoluit oſtẽdere Apolloniũ uel paria:uel etiã maiora feciſſe.Mirũ ꝙ Apulleiũ ꝑtermiſit:cuius ſolent & multa & mira memorari.Cur igiť o deliꝝ caput:nemo Apollonium ꝓ deo colit:niſi forte tu ſolus:illo.ſ. deo dignus:cũ quo te in ſempiternũ uerus deus puniet? Si magus Chriſtus quia mirabilia fecit: peritior uti q; Apollonius:qui(ut deſcribis)cũ Domitianus eum punire uellet:repente in iudicio nõ cõparuit : q̃ ille qui cõpræhenſus eſt & cruci affixus.At.n.ex hoc ipſo fortaſſe inſolentiam ipſius uoluit arguere: ꝙ deum ſe con ſtituerit: ut ille uerecundior fuiſſe uideať:qui cum maiora faceret:ut hic putat id ſibi nõ arrogauerit. Omit to nunc ipſa opa cõparare:quia in ſecundo & ſuperiori libro de fraude ac præſtigiis artis magicæ dixi.Nego eſſe quenquam: qui non optet in primis id ſibi poſt mortem contingere:quod etiã reges maximi concupi/ ſcunt.Cur enim homines ſibi ſepulchra magnifica:cur ſtatuas:cur imagines comparãt? cur aliquibus factis præclaris:aut etiam morte pro ciuibus ſuſcepta : ſtudent opiniones hominum promereri? Cur deniq; inge nii tui monumentum hoc deteſtabili ſtultitia tanq̃ cœno ædificatũ conſtituere uoluiſti:niſi ꝙ immortalita tem de memoria nominis ſperas? Stultum ẽ igiť id putare Apollonium noluiſſe:quod optaret utiq; ſi poſ/ ſet:quia nemo eſt:qui ĩmortalitatẽ recuſet:& maxime cũ eũ dicas & adoratũ eſſe a q̃buſdam:ſicut deum : & ſimulacrũ eius ſub Herculis Alexiaci noĩe cõſtitutũ:ab epheſiis etiã nũc honorari. Nõ potuit ergo poſt mor tẽ deus credi:qa & hominẽ & magũ fuiſſe conſtabat:& ideo alieni nominis titulo affectauit diuinitatẽ:quia ſuo necpoterat:nec audebat.Noſter uero & potuit deus credi:qa magus non fuit:& creditus eſt:quia uerus fuit.Non inquit hoc dico icc irco Apollonium non haberi deum:quia noluerit: ſed ut appareat nos ſapien/ tiores eſſe qui mirabilibus factis non ſtatim fidem diuinitatis adiunximus: q̃ uos qui ob exigua porten/ ta deum credidiſtis. nõ eſt miꝝ ſi tu q a dei ſapientia longe remotus es:nihil prorſus ĩtelligis eoꝝ:quæ legi/ ſti:cũ iudæi qui a principio ꝓphetas lectitauerãt quibuſq; ſacramẽtũ dei fuerat obſignatũ: tamen qđ legerĩt ignorauerũt.Diſce igiť ſiqđ tibi cordis ẽ:non icc irco a nobis deũ creditum Chriſtũ:qa mirabilia fecit: ſed qa uidimus in eo facta eſſe oĩa quæ nobis annunciata ſunt uaticinio ꝓphetaꝝ:fecit mirabilia. Magnum putaſ/ ſemus:ut & uos nũcupatis.& Iudæi tunc putauerũt:ſi nõ illa ipa factuꝝ Chriſtum ꝓphetæ oẽs uno ſpiritu prædixiſſet.Itaq; deũ credimus:nõ magis ex factis opibuſq; mirãdis:q̃ ex illa ipſa cruce : quã uos ſicut canes lambitis:quoniam ſimul & illa prædicta eſt.non igitur ſuo teſtimonio: Cui enim de ſe dicenti credi poteſt? ſed prophetarum teſtimonio:qui omnia quæ fecit ac paſſus eſt: multo ante cecinerunt:fidem diuinitatis ac cepit:quod neq; Apollonio:neq; Apuleio neq; cuiquam magorum potuit:aut poteſt aliquando contingere. Cum igitur talia ignorantiæ ſuæ deliramenta fudiſſet.cum ueritatem penitus excidere connixus eſſet:auſus eſt libros ſuos nefarios ac dei hoſtes φιλαλήθεις.i.ueritatis amatores annotare. O cæcum pectus: o men / tem cimeriis(ut aiunt)tenebris atriorem.Diſcipulus hic fortaſſe Anaxagoræ fuit:cui niues atramẽtum fue runt:atq; eadem cæcitas eſt:& uero falſitatis & mẽdacio ueritatis nomen imponere.Videlicet homo ſubdo lus uoluit lupum ſub ouis pelle cælare:ut fallaci titulo poſſet irrætire lectorẽ.Verum eſto ĩſcitia hoc:nõ ma litia feceris.Quam tandem nobis attuliſti ueritatẽ: niſi quod aſſertor deoꝝ eos ipſos ad ultimum ꝑdidiſti? Proſecutus.n.ſummi dei laudes:quẽ regem:quẽ maximum: quẽ opificem reꝝ:quẽ fontẽ bonoꝝ:quẽ parẽ/ tem omniũ:quem factorẽ:altoreq; uiuentiũ confeſſus es.Ademiſti Ioui tuo regnũ:eumq; ſumma poteſtate depulſum:ĩ miniſtroꝝ numeꝝ redegiſti.Epilogus itaq; te tuus arguit ſtultitiæ:uanitatis:erroris : Affirmãs deos eſſe & illos tamen ſubiicis:& mancipas ei deo:cuius religionem conaris euertere.

Quare hoc opus incæptum ſit:& contra quos.& ad quid proſit. Cap. IIII.

HI ergo de q̃bus dixi:cũ præſente me ac dolẽte ſacrilegas ſuas lr̃as explicaſſent & illoꝝ ſupba impie tate ſtimulatus:& ueritatis ipſius conſciẽtia(ut ego arbitror)ſuſcæpi hoc munus: ut oĩbus ĩgenii mei uiribus accuſatores iuſtitiæ refutarẽ:nõ ut cõtra hos ſcriberẽ:q paucis uerbis obtĩeri poterãt: ſed ut oẽs q ubiq; idem operis efficiũt:aut effecerũt:ũno ſimul ĩpetu ꝓfligarẽ. Nõ dubito.n.qn & alii plurimi:& multis ĩ locis:& nõ mõ græcis:ſed ẽt latinis lr̃is:monumẽtũ iniuſtitiæ ſuæ ſtruxe/ runt:quibus ſingulis quoniã reſpondere non poterã:ſic agendã mihi hanc cauſam putaui:ut ẽt priores cum oĩbus ſuis ſcriptis peruerterẽ: & futuris oẽm facultatẽ ſcribẽdi aut reſpondendi amputarẽ:præbeant modo aures.Efficiã ꝓfecto ut quicũq; iſta cognouerit:aut ſuſcipiat:qđ ante dãnauit:aut qđ eſt ꝓximũ: deridere ali quãdo deſiſtat.Quãq̃ Tertulianus eandẽ cauſam plene porauerit in eo libro cui apologeticõ nomẽ eſt:tamẽ quoniam aliud ẽ accuſantibus reſpondere:qđ in defenſiõe:aut negatione ſola poſitũ eſt:aliud inſtituere: qđ nos facimus:ĩ quo neceſſe ẽ doctrinæ totius ſubſtantiã cõtineri:nõ defugi hũc laborem:ut implerẽ materiã: quã Cyprianus non executus eſt in ea oĩone:qua demetrianũ(ſicut ipſe ait)oblatrãtẽ atq; oſtrepentẽ ueritati redarguere conať: qua materia nõ eſt uſus ut debuit.Nõ.n.ſcripturæ teſtimoniis:quã ille utiq; uanã : fictam cõmentitiã putabat:ſed argumentis & rõne fuerat refellendus.Nam cum ageret cõtra hoĩem ueritatis igna rum:dilatis pauliſper diuinis lectõibus:formare hunc a principio tanquã rudem debuit.Eiq; paulatim prin cipia monſtrare:ne toto lumine abiecto caligaret.Nam ſicut infans ſolidi ac fortis cibi capere uim nõ poteſt ob ſtomachi teneritudinem:ſed liquore lactis ac mollitudĩe alitur:donec firmatis uiribusueſci fortioribus poſſit:ita & huic oportebat quia nondum poterat capere diuina:prius humana teſtimonia offerri.i. philoſo phorum & hiſtoricorum:ut ſuis potiſſimum refutareť auctoribus.Quod quia ille non fecit:raptus eximia eruditione diuinarum lr̃arum:ut his ſolis contentus eſſet:quibus fides conſtat:acceſſi deo inſpirante ut ego facerem:& ſimul ut ui m cæteris ad imitãdum pararem.At ſi hortatu noſtro docti homines ac diſerti huc ſe conferre cœperint:& ĩgenia ſua uimq; dicẽdi ĩ hoc ueritatis campo iactare maluerint:euanituras breui re

ligiões falſas: & occaſurã eſſe omnẽ philoſophiam nemo dubitauerit:ſi fuerit omnibus pſuaſum tum hanc ſolam religionem:tum etiam & ſolam uerã eſſe ſapientiam.Sed euagatus ſum lõgius:ꝗ uolebam.

De iuſtitia quã non modo philoſophi:ſed etiam poetæ:q eos præceſſerunt:tantis quæſierunt uiribus.Et quomodo pro uero haberi debeat:non figmento poetico : ꝙ iuſticia terras incolebat regnante Saturno: & aurea fuiſſe ſæcula:Sed Ioue regnante iuſtitiam eſſe fugatam. Cap. V.

NVnc reddenda ẽ de iuſtitia ꝓpoſita diſputatio.quæ aut ipſa ſola ẽ uirtus:aut fons eſt ipſa uirtutis:quã non mõ philoſophi qſierũt:ſed poetæ quoqꝫ qui priores multo fuerunt:& ante natũ philoſophiæ nomẽ p ſapientibus habebanẗ.Hi plane intellexerunt abeſſe hãc a rebus humãis: eamqꝫ finxerunt offenſam uitiis hoĩum ceſſiſſe e terra in cælũqꝫ migraſſe:atqꝫ ut docerent qd ſit iuſte uiuere.Solent.n.præcepta p ambages dare & a Saturni tẽporibus:quæ illi uocant aurea:repetunt exẽpla iuſtitiæ:narrãtqꝫ ĩ quo ſtatu fuerit uita humana:dum illa in terra morareẗ.Quod qdem nõ ꝓ poetica fictione:ſed ꝓ uero habendum ẽ.Saturno.n.regnante nondum deorum cultibus inſtitutis: necdum illa gente ad diuinitatis opinionẽ conſecrata:deus utiqꝫ colebaẗ.Et ideo nõ erant neqꝫ diſſenſiones:neqꝫ inimicitiæ: neqꝫ bella.Nondũ ueſanos rabies nudauerat enſes:ut germanicus Cæſar in Arateo loquiẗ carmine.Nec conſanguineis fuerat diſcordia nota.Immo nec alienigenis qdẽ:ſed neqꝫ ulli oĩno gladii q nudareẗ:fuerũt.Quis enĩ pſente ac uigẽte iuſtitia:aut de tutela ſui cũ nemo inſidiareẗ:aut de pnicie alterius cogitaret:cũ nemo qcꝗ cõcupiſceret? Malebant tenui contẽti uiuere cultu:ut Ci.ĩ ſuo narrat:quod ẽ ꝓpriũ nr̃æ religionis.Ne ſignare quidẽ aut partiri limite campũ Fas erat:in mediũ quærebant.Quippe cũ deus cõmunem oĩbus terrã dediſſet:ut cõem degerẽt uitã: nõ ut rabida & furẽs auaritia ſibi omnia uẽdicaret:nec ulli deeſſet:qđ omnibus naſcereẗ.Quod poetæ dictũ ſic accipi oportet:non ut exiſtimemus nihil omnino tunc fuiſſe priuati:ſed more poetico figuratum ut intelligamus tam liberales fuiſſe homines: ut natas ſibi fruges nõ includerẽt:nec ſoli abſcõditis incubarẽt:ſed paupes ad cõmunionem ꝓprii laboris admitterẽt. Flumina iam lactis:iam flumina nectaris ibant. Nec mirum cum promptuaria iuſtoꝝ benigne paterẽt oĩbus:nec auaritia intercipiẽs beneficia diuina famẽ ſitimqꝫ uulgo faceret:ſed omnes æqualiter abũdarẽt:cum habẽtes nõ habẽtibus large copioſeqꝫ donarẽt.Sed poſtꝗ Saturnus a filio pulſus: in Latiũqꝫ delatus ẽ. Arma Iouis fugiẽs:& regnis exul ademptis. Cum iã populus uel noui regis metu:uel quia ſponte deprauatus deũ colere deſiſſet: regemqꝫ ꝓ deo habere cœpiſſet:cum ipſe propemodũ parricida exẽplo cæteris eẽt:ad uiolandam pietatẽ. Deſeruit propere terras iuſtiſſima uirgo.Sed non ut ait Cicero. Et Iouis in regno cæliqꝫ ĩ parte reſedit. Quomodo enĩ poterat ĩ eius regno reſidere aut cõmorari:qui prẽm regno expulit:bello pſecutus ẽ:exulem toto orbe iactauit? Ille malũ uirus ſerpẽtibus addidit atris.Prædariqꝫ lupos iuſſit.i.odiũ:& ĩuidiã:& dolũ hoĩbus ĩſeruit:ut eẽnt tãꝗ ſerpẽtes uenenati: tã rapaces ꝗ lupi.Qđ qdẽ uere faciũt hi q iuſtos ac fideles deo pſequũẗ: dãtqꝫ iudicibus ſæuiẽdi aduerſus ĩnoxios ptãtẽ.Fortaſſe aliqd eiuſmodi Iuppiter fecit ad expugnandã tollẽdamqꝫ iuſtitiã:& iõ efferaſſe ſerpẽtes ac lupos acuiſſe tradiẗ.Tũ belli rabies & amor ſucceſſit habẽdi.Neqꝫ ĩmerito.Sublata.n.dei religiõe:boni quoqꝫ ac mali ſciẽtiã pdiderũt:ſic hoĩbus ĩtercidit cõitas uitæ:& direptũ fœdus ſocietatis hũanæ.Tũ iter ſe manus ĩſerere cœperunt:& ĩſidiari & gloriam ſibi ex humano ſanguine cõparare.

Quod cupiditas fons maloꝝ oĩum expulſa iuſtitias ſuas.i.iniqſſimas promulgauit leges & qũo ſub Ioue naturæ cõſortes ſeruituti ſubiecerit audax:auara ambitioſa ſupba & crudelis ĩpietas hoĩum: & aureũ expulit ſæculũ:quod ſola facit puritas ueræ religionis. Cap. VI.

QVorum oĩum maloꝝ fons cupiditas erat:quæ.ſ.ex cõtẽptu ueræ maieſtatis erupit.nõ tantum.n.non participabant aliis hi quibus affluebat ſed aliena quoqꝫ rapiebãt in priuatum lucrum trahentes oĩa:& quæ antea in uſus hoĩum ſinguli laborabãt:in paucoꝝ domos cõferebãt. Vt.n.cæteros ſeruitio ſubiugarẽt: ĩ primis neceſſaria uitæ ſubducere & colligere cœpunt.Eaqꝫ firmiter cõcluſa ſeruare:ut beneficia cæleſtia facerent ſua non pp humanitatem:quæ nulla in ipſis erat:ſed ut oĩa cupiditatis & auaritiæ inſtrumẽta cõderẽt leges ẽt ſibi iuſtitiæ noĩe munitas iniqſſimas ĩ iuſtiſſimaſqꝫ ſanxerũt:qbus rapinas & auaritiã ſuã contra uim multitudinis tuerenẗ.Tantum igiẗ auctoritate quantum uiribus : aut opibus.aut auaritia præualebant.Et quoniam nullum ĩ his iuſtitiæ ueſtigiũ fuit:cuius officia ſunt humanitas æquitas:miſericordia: iam ſupba & tumida inæqualitate gaudebãt:altioreſqꝫ ſe cæteris hoĩbus ſatellitũ comitatu & ferro & ĩſigni ueſte fulgebant.Hinc honores ſibi & purpuras & faſces inuenerunt:ut ſecuriũ gladiorũqꝫ terrore ſubnixi:quaſi iure dominoꝝ pculſis ac pauentibus imparent in hac cõditione humanã uitam rex ille cõſtituit:q debellato ac fugato parente nõ regnũ:ſed impiã tyrannidẽ ui & hoĩbus armatis occupauit.Et aureũ illud iuſtũqꝫ ſæculũ ſuſtulit:coegitqꝫ hoĩes malos & ĩpios fieri:uel ex hoc ĩpo:ꝙ ĩpos auertit a deo ad ſe adorandũ: qđ terror ĩſolentiſſime poteſtatis expreſſerat.Quis.n.nõ metueret eum quẽ arma cingebat? quem ferri & gladioꝝ fulgor inſuetus circundabat? Aut qui parceret alieno:q ne pr̃i ſuo quidem pepercerat? Quem uero metueret:qui Titanam robuſtam excellentemqꝫ uiribus gentem bello uicerat:occiſione deleuerat? Quid mirũ ſi oĩs multitudo inſolito metu preſſa in unius adulationem conceſſerat? hũc uerebanẗ:huic honorem maximum deferebãt.Et quoniam mores ac uitia regis imitari genus obſequii iudicabaẗ:abiecerunt omnes pietatem:ne exprobrare regi ſcelus uiderenẗ:ſi pie uiuerẽt.Sic aſſidua imitatiõe corrupti:diuinum fas reliquerunt:& paulatim male uiuendi conſuetudo mos factus eſt. Nec iam quicquã ex antecedentis ſæculi pio atqꝫ optimo ſtatu manſit:ſed exploſa iuſtitia ueritatem ſecum trahẽs reliquit hominibus errorem:ignorantiam:cæcitatem.Imprudentes igiẗ poetæ:qui eam ad cælum cõfugiſſe cecinerũt .i.ad Iouis regnum. Si enim ſæculo quod uocant aureum:iuſtitia in terra fuit:a Ioue utiqꝫ pulſa eſt:qui aureum ſæculum commutauit.Sæculi autem commutatio & expulſio iuſtitiæ nihil aliud:ut dixi:ꝗ deſertio diuinæ religionis putanda eſt:quæ ſola effecit: ut homo hominem carum habeat. Eumqꝫ ſibi fraternitatis

uinculo ſciat eſſe conſtrictum:ſiquidem p̄r idem & deus eſt oībus:ut dei p̄ris cōmunis beneficia cū his q nō
habent:partiat̃:nulli noceat:nullū premat:nō fores claudat hoſpiti:nō aurē precanti:ſed ſit largus:beneficus
liberalis:quas regias eſſe laudes Tullius exiſtimauit.Hæc ē profecto iuſtitia : & hoc aureum ſæculum:quod
Ioue regnante primum corruptum:mox & ipſo & omni eius ꝓgenie conſecrata:deorumq̃ multorum cul
tu ſuſcepto fuerat omne ſublatum.

De aduentu Chriſti aureū ſæculū reſtituētis ī electis.i.uerā reformātis religionē.Et ꝙ uirtus īnoteſcat: &
ꝓbat̃ exercitio uitioꝝ:ut liquidū ſit quare deus mala eē ꝑmiſerit. Cap. VII.

SEd deus ut parens indulgentiſſimus:appropinquante ultimo tēpore nunciū miſit: q uetus illud
ſæculum fugatamq̃ iuſtitiam reduceret:ne humanum genus maximis:& perpetuis agitaret̃ er-
roribus.Rediit ergo ſpecies illius aurei temporis:& reddita q̄dem terræ:ſed aſſignata paucis iu-
ſtitia ē:quæ nihil aliud eſt:q̃ dei unici ſola pia & religioſa cultura.Sed moueat fortaſſe aliquē cur
ſi hæc ſit iuſtitia:nō omni humano generi ſit data:nec in eā multitudo uniuerſa conſenſerit. ma
gnæ hoc diſputationis eſt:cur a deo cum iuſtitiam terræ daret nō ſit retenta diuerſitas:quod & alio loco de-
claraui: & ubicunq̃ opportune īciderit explicabit̃.nunc deſignare id breuiſſime ſatis eſt:uirtutem aut cerni
non poſſe:niſi habeat uitia contraria:aut non eſſe perfectam niſi exerceat̃ aduerſis.Hanc enim deus bonoꝝ
& malorum uoluit eſſe diſtantiam:ut qualitatem boni ex malo ſciamus.Item mali ex bono:nec alterius rō
intelligi ſublato altero poteſt.Deus ergo non excluſit malum:ut rō uirtutis conſtare poſſet. Quomodo enī
patientia uim ſuam nomenq̃ retineret:ſi nihil eſſet quod pati cogeremur? Quomodo laudem mereretur
deuota deo ſuo fides:niſi eſſet aliquis qui a deo uellet auertere? Nā & ideo potiores eē iniuſtos ꝑmiſit:ut co-
gere ad malū poſſent:iō plures:ut uirtus eſſet p̄cioſa ꝙ rara ē.Qđ q̄dē ipm Quinti.egregie ac breuiter oſten
dit ī capite obuoluto.Nā q̄ inq̄t uirtus eſſet inocentia:niſi laudē raritas dediſſet? Veꝝ q̄a natura ſic compara
tum eſt:ut odium:cupiditas:ira:in id quod īcubuerint:agant cæcos:ſupra hominē uidet̃ culpa uacare.Alio-
quin ſi natura pares omnibus effectus dediſſet:pietas nihil erat.Hoc q̃ uerum ſit:doceat neceſſitas ipa rōnis.
Si.n.uirtus eſt malis ac uitiis fortiter repugnare : apparet ſine malo ac uitio nullam eſſe uirtutem : quam de
us ut abſolutam ꝑfectamq̃ redderet retinuit illud quod erat ei cōtrarium:cum quo depugnare poſſet.Agi-
tata.n.multis quatientibus ſtabilitatē capit:& quanto frequēter īpellit̃:tanto firmiter roborat̃.Hæc nimirū
cauſa effecit:ut quanuis ſit hominibus miſſa iuſtitia:tamē aureum ſæculū non eē dicat̃:quia malum non ſu
ſtulit ut retineret diuerſitatem:quæ ſacramentum diuinæ religionis continet ſola.

Quare iuſtitia quæ improbatio ē non uideat̃ ab hoībus:& ꝙ homo dei tēplum ē nō auꝝ nec lapides. Et
ꝙ deus uirtutibus colēdus eſt:non corruptibilibus donis.Et ꝙ omnia mala ex eo proueniunt : ꝙ plures dii
colunt̃:q̄a ſi unus ſolus uere coleret̃:oēs iura fraternitatis agnoſcerēt & exercerēt. Cap. VIII.

QVi ergo putant iuſtum eē neminem:ante oculos habēt iuſticiam:ſed eam nolunt cernere.Quid
eſt.n.cur illā uel in carminibus uel ī omni ſermone deſcribāt:conquerētes eius abſentiā cū ſit fa-
cillimū bonos eē ſi uelint? Quid uobis inanē iuſticiā depingitis:& optatis cadere de cælo tanq̃ in
aliquo ſimulacro figuratā? Ecce in conſpectu ueſtro ē:ſuſcipite(ſi poteſtis) eamq̃ ī domicilio ur̄i
pectoris cōſtituite.Nec difficile nec alienū a tēporibus exiſtimetis. Eſtote æqui ac boni:& ſequet̃
uos ſua ſponte iuſtitia:quā q̄ritis:Deponite omnē malā cogitationē de cordibus ueſtris:& ſtatim uobis illud
tempus aureū reuertet̃:qđ aliter conſeq nō poteſtis:q̃ ſi ueꝝ deum colere cœpitis.Vos aūt manēte cultu deo
rum:iuſtitiā deſideratis ī terra:qđ fieri nullo pacto pōt:ſed ne tum quidē potuit:cū putatis : quia nōdū natis
diis iſtis:quos ipie colitis:neceſſe ē unius dei cultum fuiſſe ꝑ terrā : eius.ſ.q execrat̃ malitiā exigitq̃ bonitatē
cuius tēplum ē:nō lapides aut lutū:ſed homo ipſe q figurā dei geſtat.Quod tēplū non auro & gēmaꝝ donis
corruptibilibus:ſed æternis uirtutū muneribus ornat̃.Diſcite igit̃(ſiq̄d uobis reliquæ mētis ē)hoīes iō ma-
los & iniuſtos eē:q̄a dii colunt̃:& iō mala oīa rebus humanis quotidie īgraueſcere:q̄a deus huius mūdi effe-
ctor:& gubernator derelictus ē:q̄a ſuſcæptæ ſunt cōtra q̃ fas ē impiæ religiones.Poſtremo q̄a ne coli q̄dē uel
a paucis deū ſinitis.Qđ ſi ſolus deus coleret̃ non eēnt diſſenſiōes & bella.cū ſcirēt hoīes ſe unius dei filios eē:
ideoq̃ diuinæ neceſſitudinis ſacro & īuiolabili uīculo copulatos nullæ fierēt īſidiæ:cum ſcirēt cuiuſmōi pœ
nas deus animaꝝ īterfectoribus prępararet:q clandeſtina ſcelera & ipſas ēt cogitatōes p̄uidet: non eēnt frau
des neq̃ rapiæ: ſi deo p̄cipiēte didiciſſent & ſuo & ꝑuo eē cōtēti:ut fragilibus & caducis ſolida & æterna p̄fer
rēt.Non eſſent adulteria:& mulieꝝ proſtitutōes:& ſtupra:ſi eēt notū omnibus dānari a deo quicq̄d appetit̃
ultra generandi cupiditatē.Nec fœminam neceſſitas cogeret pudorē ſuū ꝓfanare ut uictum ſibi obſcœniſſi
mū quærat:cum & mares libidinē contēnerēt:& habētium pia & religioſa collatio non habētibus ſubueni
ret.Non eēnt igit̃(ut dixi)hæc oīa ī terris mala:ſi ab hominibus in legē dei coniuraret̃ ſi ab uniuerſis fierēt:
quæ unus noſter populus opat̃:q̃ beatus eēt:quāq̃ aureus humanaꝝ reꝝ ſtatus ſi ꝑ totū orbē manſuetudo
& pietas & pax:& īnocētia:& æq̄tas:& temperantia:& fides moraret̃.Deniq̃ ad regēdos homines : nō opus
eēt tam multis & tam uariis legibus:cum ad ꝑfectā innocētiā dei lex una ſufficeret:neq̃ carceribus: neq̃ gla
diis præſidum: neq̃ terrore pœnaꝝ:cum præceptoꝝ cæleſtiū ſalubritas humanis pectoribus īfuſa ultro ad
iuſtitiæ opa hoīes erudiret.Nunc autem mali hoīes ſunt ignoratiōe: recti ac boni quod q̄dem Cicero uidit.
Diſputans.n.de legibus:ſicut una īquit eadēq̃ natura mūdus oībus partibus īter ſe congruētibus cohæret:
ac nitit̃:ſic oēs hoīes īter ſe natura confuſi prauitate diſſentiūt:nec ſe ītelligunt eē cōſanguineos & ſubiectos
omnes ſub unā eandēq̃ tutelā:qđ ſi teneret̃:deoꝝ ꝑfecto uita hoīes uiuerēt.Vniuerſa igit̃ mala q̄bus huma
num genus ſeipſum īuicē conficit:iniuſtus atq̃ īpius deoꝝ cultus īduxit:nec.n.poterat retinere pietatē: qui
communē omnium patrem deum tanquam prodigi ac rebelles liberi abnegaſſent.

Quod iniqui iuſtitiam quā ſibi abeſſe ſentiūt omnibus abeſſe putāt:& in eos q iuſtiores & īnocentiſſimi

ſunt: atrocius ſæuiunt. i. in ſeruos Chriſti. menſuram patrum implētes: qui caput omnium iuſtorum Chriſtum occiderunt: eo ꝗ diſſimilitudo uitæ criminoſæ ſitiat ſanguinē inocentium. Cap. IX.

Non nunq̃ tamē ſentiunt ſe malos eſſe: & ueterꝝ ſæculorꝝ ſtatum laudant: & de moribus ſuis meritiſq; cōiectāt abeſſe iuſtitiā: quam obſeruātes oculis ſuis non tantū non ſuſcipiunt nec agnoſcūt: uerum etiam uiolēter oderūt & pſequunt̃: & exterminare contēdunt: Fingamus hanc iterim nō ē iuſtitiam: quā nos ſeqmur quomodo ſi illa uenerit: quā uerā putant: eā recipiēt: q laniant: & occidunt eos: quos & ipſi fatēt̃ imitatores eē iuſtorꝝ: qa bona opant̃ & iuſta: cum ſi tantūmodo malos occiderēt: digni eēnt ad quos iuſtitia nō ueniret: cui nulla fuit alia cauſa linquēdi terram: q̃ humani cruoris effuſio. Quanto magis cū pios īterficiant: & ipſos iuſtitiæ ſectatores ꝓ hoſtibus ducāt: imo uero plus q̃ ꝓ hoſtibus: qbus utiq; cū aīas eorꝝ & opes & liberos ferro & igni appetant: tamē parcit̃ uictis: & ē locus īter arma clemētiæ. At ſi adeo ſæuiri placuit nihil plus ī eos fit: q̃ ut occidant̃: uel in ſeruitutē abducant̃. Hoc uero inenarrabile ē: quod fit aduerſus eos q malefacere neſciunt. Et nulli nocētiores habent̃: q̃ q ſunt ex oībus innocētes. Audent igit̃ hoīes īprobiſſimi iuſtitiæ facere mentionē: qui feras īmanitate uincunt. q placidiſſimū dei gregē uaſtant: ceu lupi rapaces atra ī nebula: quos īproba uētris Exegit cæcos rabies. Verum hos nō uentris: ſed cordis rabies efferauit. nec atra ī nebula: ſed apta ꝑdatōe craſſant̃: nec eos unq̃ conſciētia ſcelerꝝ reuocat: ne ſanctū ac piū nomē iuſtitiæ ore illo uiolēt: q cruore īnocētium tanq̃ rictus beſtiarum madent. Huius tanti & tam ꝑtinacis odii quā potiſſimū cauſam eē dicamus? Vtrū ne ueritas odium pariat: ut ait poeta q̃ſi diuino ſpū īſtructus? An erubeſcūt coram iuſtis & bonis eē nequā: an potius utrūq;? nam & ueritas iō ſemꝑ īuiſa ē: q; is q peccat: uult hr̃e liberꝝ peccandi locū: nec aliter ſe putat malefactorꝝ uoluptatibus ſecurius ꝑfrui poſſe q̃ſi nemo ſit cui delicta non placeant. Ergo tanquam ſcelerꝝ & malitiæ ſuæ teſtes extirpare funditus nitunt̃ & tollere: graueſq; ſibi putāt tāquā uita eorꝝ coarguat̃. Cur enim ſint aliq intēpeſtiue boni: q corruptis moribus publicis conuitiū bene uiuēdo faciant? Cur nō omnes ſint æq; mali: rapaces: īpudici: adulteri: piuri: cupidi: fraudulēti? quin potius auferant̃: qbus corā male uiuere pudet: q peccantium fontē & ſi nō uerbis qa tacēt: tamē ipſo genere uitæ diſſimili feriūt & uerberāt. caſtigare. n. uidet̃ qcūq; diſſentit. Nec ē magnopꝭ mirandum ſi aduerſus homines iſta fiunt: cum aduerſus ipm deū pp eandē cauſam īſurrexerit ēt populus ī ſpe conſtitutus: nec dei neſcius: ſeqturq; iuſtos eadē neceſſitas: quæ ipm iuſtitiæ uiolauit auctorē. Vexāt ergo & exqſitis pœnarum generibus excruciāt: parumq; habēt īterficere quos oderunt: niſi ēt crudelitas corporibus illudat. Siqui autē doloris uel mortis metu: uel ſuapte ꝑfidia cæleſte ſacramētum deſeruerit: & ad funeſta ſacrificia cōſenſerit: eos laudāt: & honoribus mactant: ut eorꝝ exēplo cæteros illiciāt. Qui autē magni exiſtimauerit fidē: cultoreſq; ſe dei non abnegauerit: ī eos uero totis carnificinæ ſuæ uiribus ueluti ſanguinē ſitiāt īcumbūt: & deſpatos uocāt: qa corpori ſuo minime parcūt: q̃ſi qcq̃ deſpatius eē poſſit q̃ torquere ac dilaniare eū: quē ſcias īnocētē. Adeo uero nec pudor ullus apud eos ſupeſt: a qbus abeſt oīs humanitas: & detorquēt ī hoīes iuſtos cōuitia ſibi cōgruētia. Impios. n. uocāt ipſi. ſ. pii & ab hūano ſanguīe abhorrētes: cum ſi & actus ſuos cōſiderēt: & illorꝝ quos tanq̃ īpios dānant: iam ītelligāt q̃ mēdaces ſint: & his oībus q̃ aduerſus bonos aut dicūt aut faciūt digniores. Nō. n. de nr̃o ſed de illorꝝ nūero ſemꝑ exiſtunt: q uias obſideāt armati: maria prædent̃ uel ſi palā craſſari nō licuit: uenena clam tēperēt: q uxores necēt: ut dotes earꝝ lucrent̃: aut maritos ut adulteris nubāt: q natos ex ſe pueros: aut ſtrāgulēt: aut ſi minimū pii fuerīt: exponāt: q libidīes īcæſtas nec a filia: nec a ſorore: nec a mr̃e: nec a ſacerdote cōtineāt: q aduerſus ciues ſuos ꝑriāq; cōiurēt: q neq; eculeū timeant: qui deniq; ſacrilegia cōmittāt: & deorꝝ (quos colūt) tēpla diſpoliēt: & ut q̃ leuia ſunt atq; īuſitata dicamus: q hæreditates captent: teſtamenta ſupponant iuſtos hæredes uel auferant: uel excludant: qui corpora ſua libidinibus proſtituāt: qui deniq; īmemores qđ nati ſunt: cum fœminis patiētia certent: qui ſanctiſſimā quoq; corporis ſui partem contra fas omne polluant & prophanent: qui uirilia ſua ferro metant: & quod eſt ſceleratius ut ſint religionis antiſtites: qui nec uitæ quidem ſuæ parcant: ſed extinguendas publice animas uendant: qui ſi iudices ſedeāt: aut īmeritos ꝑdant mercede corrupti: aut noxios īpune dimittant. qui cælū quoq; ipm ueneficiis appetant: tanq̃ eorꝝ malitiā terra nō capiat. Hæc inquā & his plura ſcelera utiq; ab his fiunt: qui deos colunt. Quis inter hæc tot & tanta iuſtitiæ locus ē? Et ego de multis pauca collegi: non ut arguerē: ſed ut oſtenderem. Qui uolent ſcire oīa: Senecæ libros in manu ſumant: qui morꝝ uitiorūq; publicorū & deſcriptor ueriſſimus: & accuſator acerrimus fuit. Sed & Lucillius tenebroſam iſtā uitā circunſcripte breuiterq; depinxit his uerſibus. Nunc uero a mane ad noctem feſto atq; ꝓfeſto Totus item pariterq; dies populuſq;: ꝓceſq; Iactare: īde foro & oēs decedere nuſq̃ Verba dare: ut caute poſſit pugnare doloſe. Vni ſe atq; eidem ſtudio omnes dedere & arti. Blāditia certare bonū ſimulare uirū ſe: Inſidias facere ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes. Noſtro aūt populo quid horꝝ poteſt obiici: cuius omnis religio ē ſine ſcelere ac ſine macula uiuere? Cū igit̃ uideāt ſe ac ſuos ea q̃ diximus gerere: nr̃os aūt nihil aliud opari niſi æquū & bonū: poterāt (ſiquid ſapent) ex hoc intelligere: & illos qui bonū faciunt: pios eſſe: & ſe impios q nefanda cōmittūt neq;. n. fieri pōt: ut qui in oībus uitæ ſuæ actibus non errāt in ipa ſumma errent. Hoc ē in religione quæ rerꝝ oīum caput ē. Impietas. n. ſuſcepta in eo qđ ē ſummū bonū: ꝑ cætera uniuerſa frequētat̃: eoq; fieri nō poteſt ut ipſi qui errant in omni uita: nō & ī religione fallant̃: quoniā pietas in ſummo regulā tenēs: tenorē ſuū ſeruat & in cæteris. Ita fit ut in utraq; parte de cōditōe rerꝝ quæ gerunt̃: qualis ſit ſūma ipſa noſcat̃.

De impia iniquorum qui deum neſciunt pietate. Et quid & ubi ſit uera pietas: quam deorum cultores aſſequi nequeunt propter ſubiectas cauſas. Cap. X.

Operæprecium eſt cognoſcere illorꝝ īpietatem: ut ex his quæ clementer ac pie faciunt: poſſint intelligi qualia ſint quæ ab his contra iura pietatis gerunt̃. At ne quem uidear inclementer inceſſere: aliquam mihi perſonam poeticam ſummam quæ ſit uel maximum pietatis exemplum. Apud

Maronem. Rex ille:quo iuſtior alter Nec pietate fuit:nec bello maior & armis. Quid nobis documen
ta iuſtitiæ protulit? Vinxerat & poſt terga manus:quos mitteret umbris Inferias cæſo ſparſuros ſangui
ne flãmas. Quid poteſt eſſe hac pietate dementius:q̃ mortuis humanas uictimas ĩmolare:& ignem cruo/
re hoĩum tanq̃ oleo paſcere? Sed fortaſſe hoc nõ ipſius uitium fuerit:ſed poetæ:q inſignẽ pietate uirũ ĩſigni
ſcelere fœdauit. Vbi ẽ ergo poeta illa pietas quam ſæpiſſime laudas? Ecce pius æneas Sulmone creatos.
Quattuor hic iuuenes totidem quos educat Vphens Viuentes rapit ĩferias:quos immolet umbris: Ca/
ptiuoq; rogi ꝑfundat ſanguine flãmas. Cur ergo docebat eodẽ ipſo tẽpore quo uinctos ipſos hoĩes ad ĩmo
lationẽ mittebat? Eqdem & uiuis concedere uellem:cũ quos uiuos habeat ĩ poteſtate:uice pecudũ iuberet
occidi. Sed hæc:ut dixi culpa non illius fuit:qui lr̃as fortaſſe nõ didicerat:ſed tua qui cũ eſſes eruditus:igno/
raſti tamen quid eſſet pietas:& illud ipſum quod nefarie:quod deteſtabiliter fecit:pietatis eſſe officium cre/
didiſti:uidelicet ob hoc unũ pius uocat̃:quia pr̃em dilexit. Quid ꝙ bonus Aeneas haud aſpernanda precan
tes trucidauit? Adiuratus.n.ꝑ eundem pr̃em:& ſpẽ ſurgentis Iuli:nequaq̃ pepcit furiis accẽſus & ira. Quiſ/
quam ne igit̃ putet hunc aliquid in ſe uirtutis habuiſſe: qui & furore tanquam ſtipula exarſerit: & mani/
um pr̃is per quem rogabat̃ oblitus:iram frenare nõ quiuerit? Nullo igit̃ modo pius:qui non tãtum nõ re
pugnantes: ſed ẽt precantes ĩteremit. Dicet hic aliquis. Quæ igit̃:aut ubi:aut q̃lis ẽ pietas? Nimiꝝ apud eos
qui bella neſciũt:q cõcordiã cũ oĩ ui ſeruant:q amici ſunt ẽt inimicis:q oẽs hoĩes ꝓ fratribus diligũt:q cohi/
bere irã ſciũt:oẽmq; aĩ furorẽ tranqlla moderatõe lænire. Quãta igit̃ caligo:q̃nta tenebraꝝ & erroꝝ nubes
hoĩum pectora obduxit:qui cũ ſe maxime pios putant:tam maxime fiunt ĩpii. Quãto.n.religioſius terrenis
iſtis ſimulachris ſeruiunt:tanto magis ſcelerati aduerſum nomen diuinitatis ueræ exiſtunt. Itaq; pro meri/
to impietatis ſuæ grauioribus malis ſæpe uexant̃:quorum cãm quia neſciunt:fortũæ culpa omnis aſcribit̃
& locum ĩuenit Epicuri philoſophia nihil ad deos ꝑtinere cẽſentis:nec gr̃a eos tãgi:nec ira moueri:qa & cõ/
tẽptores eoꝝ ſæpe uideãt bonos:& cultores ſæpe miſeros. Q d'eo fit qa cum religioſi uideant̃ & natura bõi:
nihil tale credunt̃ mereri:quale ſæpe patiunt̃. Conſolant̃ ſe tamẽ accuſatione fortunæ:nec cõſentiũt:ꝙ ſi eẽt
ulla:cultoribus ſuis nunquam noceret. Merito igit̃ huiuſmodi pietatem pœna conſequit̃: & offenſa diuini/
tas ſcelere hominum praue religioſorum graui eos infortunio mactat. Qui licet ſanctis moribus uiuant in
ſumma fide atq; innocẽtia:tamen qa deos colunt:quorum ritus impios ac ꝓphanos deus uerus odio habet:
a iuſtitia & a numine ueræ pietatis alieni ſunt. Nec ẽ difficile docere cur deoꝝ cultores boni & iuſti eſſe non
poſſint. Qũo.n.ſanguine abſtinebũt q colunt cruẽtos deos Martem atq; Bellonã? qũo aut parẽtibus parcẽt:
qui expulſorem pr̃is ſui Iouẽ? aut natis ex ſe ĩfantibus:qui colunt Saturnũ? qũo pudicitiã tuebunt̃:qui colũt
deã nudam & adulterã:& quaſi apud deos ꝓſtitutam? qũo ſe a rapinis & fraudibus abſtinebunt:q Mercurii
furta nouerũt docentis nõ fraudis eſſe decipe ſed aſtutiæ? qũo libidines coercebunt:q Iouẽ:Herculẽ:liberũ:
Apollinem:cæteroſq; uenerant̃:quorum adulteria & ſtupra ĩ mares & fœminas nõ tantũ doctis nota ſunt:
ſed exprimunt̃ etiam in theatris atq; cantant̃:ut ſint omnibus notiora? Poſſunt ne inter hæc iuſti eſſe homi
nes:q etiam ſi natura ſint boni:ab ĩpis tamẽ diis erudiant̃ ad iniuſtitiam? Ad placandum.n.deum quem co
las:his rebus opus eſt quibus illum gaudere ac delectari ſcias. Sic fit ut uitam colentium deus pro qualitate
numinis ſui formet:quoniam religioſiſſimum eſt cultus imitari.

Quod perſecutores chriſtianorum non modo beſtiæ fuerint:ſed ipſis beſtiis brutiores & truciores. Qui
bus & quare tormentis martyres afficiant. Cap. XI.

HIs igit̃ hoĩbus q deoꝝ ſuoꝝ moribus cõgruũt:qa grauis ẽ & acerba iuſtitia: eandẽ ĩpietatẽ ſuã q̃ ĩ
cæteris rebus utũt̃:aduerſus iuſtos uiolẽter exercẽt. Nec ĩmerito a prophetis beſtiæ noĩant̃. Præ/
clare itaq;. M.T. Eteni ſi nemo ẽ inqt q mori malit:q̃ cõuerti in aliquã figurã beſtiæ:q̃uis mẽtem
hoĩs habiturus:q̃to ẽ miſerius ĩ hoĩs figura aĩo eẽ efferato? Mihi qdem tãto uidet̃:quãto ẽ præſta
bilior aĩus corpore. Aſpnant̃ itaq; corpora bæluarũ:qbus ſunt ipſi ſæuiores:ſibiq; adeo placẽt: ꝙ
hoĩes ſint nati:quoꝝ nihil niſi liniamenta & ſummã figurã gerũt. nã qs Caucaſus quæ India:quæ Hircãia tã
ĩmanes tam ſanguinarias beſtias unq̃ aluit? Quoniã feraꝝ oĩum rabies uſq; ad uẽtris ſatietatẽ furit: fameq;
ſedata ꝓtius cõqeſcit. Illa ẽ uera beſtia:cuius una iuſſiõe fundit̃ ater ubiq; cruor. Crudelis ubiq; luctus:ubiq;
pauor: & plurima mortis imago. nemo huius tãtæ bæluæ ĩmanitatẽ põt ꝓ merito deſcribere q uno loco re
cubãs tamẽ ꝑ totũ orbẽ dentibus ferreis ſæuit:& nõ tantũ actus hoĩum diſſipat:ſed & oſſa ĩpa cõminuit:& ĩ
cineres fundit:ne qs extet ſepulturæ locus:quaſi uero id affectẽt:q deũ cõfitent̃:ut ad eoꝝ ſepulchra ueniat̃:
ac nõ ut ipſi ad deũ ꝑueniãt. Quænã illa feritas:q̃ rabies: q̃ ĩſania ẽ:lucẽ uiuis:terrã mortuis denegaſſe? Dico
igit̃ nihil eſſe miſerius his hoĩbus:quos miniſtros furoris alieni:quos ſatellites impiæ iuſſiõis neceſſitas aut
ĩuenit:aut fecit. nõ.n.honor ille aut ꝓuectio dignitatis fuit:ſed hoĩs dãnatio ad carnificinã:dei uero ad pœnã
ſempiternã. Quæ ãt ꝑ totũ orbẽ ſinguli geſſerit enarrare ĩpoſſibile ẽ: Quis.n.uoluminũ nũerus capiet tã ĩfi/
nita tã uaria genera crudelitatis? Accepta.n.ꝑtãte ꝓ ſuis moribus qſq; ſæuit. Alii ꝑ nimia tumiditate plus au
ſi ſunt:q̃ iubebant̃. Alii ſuo ꝓprio aduerſum iuſtos odio:qdã naturali mẽtis feritate:nõnulli ut placerent: &
hoc officio uiã ſibi ad altiora munirẽt. Alii ad occidẽdũ præcipites extiterũt:ſicut unus ĩ Phrigia:qui uniuer
ſum populũ cũ ipſo pariter cõuẽticulo cõcremauit. Sed hic q̃to ſæuior:tãto clemẽtior ĩuenit̃. Illud uero peſ/
ſimũ genus ẽ:cui clementiæ ſpẽs falſa blandit̃:ille ſæuior:ille grauior ẽ carnifex:q neminem ſtatuit occidere.
Itaq; dici nõ põt:huiuſmodi iudices q̃ta & q̃ grauia tormentoꝝ genera excogitauerint:ut ad effectũ ꝓpoſiti
ſui ꝑuenirẽt. Hæc ãt non tantũ ideo faciunt:ut gloriari poſſint:nullũ ſe ĩnocẽtiũ ꝑemiſſe:nã & ipſe audiui ali
quos gloriãtes:qa adminiſtratio ſua ĩ hac ꝑte fuerit ĩcruẽta:ſed & ĩuidiæ cauſa:ne aut ipſi uincant̃:aut illi uir
tutis ſuæ gloriam conſequant̃. Itaq; ĩ excogitãdis pœnaꝝ generibus nihil aliud q̃ uictoriã excogitãt. Sciũt.n.
certamẽ illud eſſe & pugnam. Vidi ego ĩ Bythinia præſidem gaudio mirabiliter elatum: tanq̃ barbarorum

gentem aliquam ſubægiſſet:ꝙ unus qui per bienniū magna uirtute reſtiterat:poſtremo cedere uiſus ē. Contendūt igit̃:ut uincant:& exquiſitos dolores corporibus īmittunt:& nihil aliud euitant:q̄ ut ne toti moriãt̃. Quaſi uero mors tantum nec beatos faciat:ac etiā non tormēta quanto fuerint grauiora tāto maiorem uirtutis gloriam pariant.Illi aūt pertiaci ſtultitia iubēt curam tortis diligēter adhiberi:ut ad alios cruciatus mēbra renouent̃:& paret̃ nouus ſanguis ad pœnā.Quid tam piū:tam beneficū:tam hūanū fieri pōt̃:non curaſſent tam ſollicite quos amarēt.Hæc ē deoꝝ diſciplina.Ad hæc opa cultores ſuos erudiunt:hæc ſacra deſiderant.Quin etiam ſceleratiſſimi homicidæ contra pios impia iura condiderunt.nam & conſtitutiones ſacrilegæ:& diſputationes iuriſperitoꝝ legunt̃ iniuſtæ.Domitius de officio proconſulis libro ſeptimo reſcripta principum nefaria collegit:ut doceret q̄bus pœnis affici oporteret eos q ſe cultores dei confiterent̃.

Quomodo ipſi carnificibus grati facti ſunt:qui diligunt inimicos.Et ꝙ expetibilius eſt eſſe bonum & malum putari:q̄ malum eſſe & uideri bonum. Cap. XII.

QVid his faciant:q ius uocant carnificinas ueteꝝ tyrannoꝝ:aduerſus īnocētes rabide ſæuientium? Et cū ſint iniuſtitiæ crudelitatiſq; doctores:iuſtos eſſe ſe tamē ac prudentes uideri uolunt:cæci & hebetes:ac reꝝ & ueritatis ignari.Adeo ne uobis o ꝑditæ mētes inuiſa iuſtitia ē: ut eā ſummis ſceleribus adæquetis.Adeo ne apud uos perit innocētia:ut ne morte quidem ſimplici dignā iudicetis? Sed ſupra oīa facinora habeat̃ nullū facinus admittere:pectuſq; puꝝ ab omni ſceleris cōtagiōe præſtare?Et quoniā cōmuniter cū deoꝝ cultoribus loq̄mur:liceat ꝑ uos benefacere nobiſcū. Hæc eſt.n.lex nr̄a:hoc opus:hæc religio.Si uobis ſapientes uidemur:imitamini.Si ſtulti:cōtēnite:aut ēt ridete ſi libet.Nobis.n.ſtultitia nr̄a ꝓdeſt.Quid latratis?q̄d affligitis?nō īuidemus ſapiētiæ ueſtræ.Hanc ſtultitiā maluimus: hāc amplectimur.Hoc nobis credimus expedire:ut uos diligamus:& ī uos ipos q odiſtis oīa cōferamus.Eſt apud Ciceronē nō abhorrēs a uero locus ī ea diſputatiōe:quæ habet̃ a Furio cōtra iuſtitiā. Quæro īq̄t ſi duo ſint quoꝝ alter optimus uir:æq̄ſſimus:ſumma iuſtitia:ſingulari fide:alter īſignis ſcelere & audacia.Et ſi ī eo ſit errore ciuitas:ut bonū illū uiꝝ ſceleratū:facinoroſū nephariū putet.Cōtra āt q ſit īprobiſſimus exiſtimet̃ eē ſūma ꝓbitate ac fide:proq; hac opinione oīum ciuiū bonus ille uir uexet̃:rapiat̃:manus ei dēiq; auferãt̃: effodiant̃ oculi:dānet̃:uinciat̃:urat̃: extermınet̃:egeat.Poſtremo iure etiā optimo oībus miſerrimus eſſe uideat̃.contra aūt ille īprobus laudet̃:colat̃:ab oībus diligat̃. Omnes ad eū honores:oīa imperia: omnes opes oēs deniq; copiæ cōferant̃.Vir deniq; optimus oīum exiſtimatiōe:& digniſſimus oī fortuna iudicet̃. Quis tandem erit tam demēs:q dubitet utꝝ ſe eē malit?Profecto quaſi diuinaret quæ nobis mala: & quomō euētura eēnt pp iuſtitiā:hoc poſuit exemplū.Hæc.n.populus noſter patit̃ oīa errantiū prauitate.Ecce ī eo eſt errore ciuitas:uel potius orbis ipſe totus:ut bonos & iuſtos uiros tanquā malos & īpios perſequat̃: excruciet: damnet occidat.Nam ꝙ ait neminē eſſe tam demētem:q dubitet utrum ſe eſſe malit: Ille q̄dem ut is q contra iuſtitiam diſſerebat hoc ſenſit malle ſapiētem malū eſſe cum bona æſtimatōe:q̄ bonum cum mala.A nobis autē abſit hæc amentia:ut falſum uero anteponamus.An boni noſtri qualitas ex populi potius pependit erroribus q̄ ex cōſciētia nr̄a:& iudicio dei? Aut aliqua nos fœlicitas illiciet unquā:ut nō potius uerā bonitatē cum omni malo:q̄ falſam cū omni proſperitate malimus.Sua ſibi habeant regna reges:ſuas diuitias diuites (ut loquit̃ Plautus)ſuam uero prudentiam prudētes.reliquant nobis ſtultitiā noſtram:quā uel ex hoc apparet eſſe ſapientiā:q̄a eā nobis īuident.Quis iā ſtulto īuideat:niſi q ipſe ſit ſtultiſſimus?Illi autē non ſunt adeo ſtulti:ut ſtultis inuideant:ſed ex eo ꝙ accurate:ꝙ ſollicite perſequunt̃:ſtultos non eſſe concedunt. cur enim tam crudeliter ſæuiunt:niſi quia metuunt ne ī dies inualeſcente iuſtitia cum diis ſuis uarioſis relinquant̃? ſi ergo cultores deorum ſepientes ſunt:nos ſtulti: q̄d metuunt ne ſapientes illiciant̃ a ſtultis?

Quod ex eo patet iuſticia chriſtiāæ religiōis: & ueritas fidei:ꝙ de cultoribus deorū creſcit eccleſia: ſed de eccleſia nec minis nec tormētis compelli poſſint ad cultum deorum.licet quidam ſacrificaſſe ex infirmitate legant̃ inuiti:qui tamen poſtea per pœnitentiam: in quo nouatiani confutant̃:ſurrexerūt fortiores.Et ꝙ patientia martyrum ſolidiſſimum eſt chriſtianæ religionis fundamentum. Cap. XIII.

CVm aūt noſter numerus ſemꝑ de deorum cultoribus augeat̃:nunq̄ uero ne in ipſa quidē ꝑſecutione minuat̃:quoniā peccare hoīes & īgnari ſacrificio poſſunt:auerti aūt a deo nō poſſunt.Valet .n. ui ſua ueritas.Quis ē tam excors:tāq; cæcus: qui nō uideat q̄a ī utraq; ſit ꝑte ſapiā?Sed illi malitia & furore cæcant̃:ne uideant:ſtultoſq; arbitrãt̃ eē:q cū hēant in ſua ꝑtāte ſupplicia uitare:cruciari tamen & mori malūt:cū poſſint ex eo ipſo ꝓuidere non eſſe ſtultitiam: in quā tanta hoīum milia ꝑ orbē totum una & pari mente conſentiunt.Si enim fœminæ ſexus infirmitate labunt̃: nam īterdū iſti muliebrem:& anilē ſupſtitionem uocant:uiri certe ſapiunt:ſi pueri:ſi adoleſcētes īprouidi ſunt ꝑ ætatē: maturi certe ac ſenes habēt ſtabile iudiciū.Si una ciuitas deſipit:cæteræ utiq; īnumerabiles ſtultæ eſſe non poſſunt:ſi una ꝓuincia:una natio ꝓuidentia caret:cæteras omnes habere intelligentiā recti neceſſe ē.Cū uero ab ortu ſolis uſq; ad occaſū lex diuina ſuſcepta ſit:& oīs ſexus:& oīs ætas:& gens:& regio unis ac paribus animis deo ſeruiant:eadem ſit ubiq; patientia:idē cōtemptus mortis:ītelligere debuerant aliquid in ea re eſſe rōnis:q̄d nō ſine cā uſq; ad mortē defendat̃ aliquid fundamenti ac ſoliditatis:q̄d eā religionē non tātum iniuriis ac uexatiōe ſoluat: ſed augeat ſemꝑ & faciat firmiorem.Nam & in hoc quoq; illoꝝ malitia conuincit̃:qui euertiſſe ſe funditus religionē dei opinant̃:ſi hoīes inquinanerīt cū & deo ſacrificare liceat: & nullus ſit tam malus dei cultor:quin data facultate ad placādū deū reuertat̃:& q̄dem deuotōe maiori.Peccati.n.cōſciētia:& metus pœnæ religioſiorē facit:& ſemꝑ multo firmior eſt fides quā reponit pœnitentia.Si ergo ipī cū deos arbitrant̃ ſibi iratos:tamen donis:& ſactificiis:& odoribus placare eos credunt: quid eſt tandem ꝙ deum noſtrum tam immitem:tam implacabilem putent:ut uideat̃ is iam chriſtianus eſſe nō poſſe:qui diis eorum coactus inuituſq; libauerit: niſi forte contaminatos ſemel putant animum tranſlaturos ut ſua ſpon/

te iam facere incipiat: qđ p̄ tormenta fecerunt? Quis id officium libẽs ſubeat qđ ab iniuria cœpit? Quis cũ uideat larēꝶ ſuoꝶ cicatrices: nonmagis oderit deos, ꝓpter quos æterna pœnaꝶ inſignia: & ipſas uiſceribus ſuis notas geſtet. Ita fit ut data diuinitus pace: & q̄ fuerunt uniuerſi redeant: & alius ꝓpter miraculũ uirtutis nouus populus accedat. Nã cũ uideat uulgus dilacerari hoĩes uariis tormentoꝶ generibus: & īter fatigatos carnifices īuictam tenere patientiã exiſtimãt: id qđ res ẽ: nec cõſenſum tã multoꝶ: nec ꝑſeuerantiã morientiũ uanã eẽ: nec ipſam patientiam ſine deo cruciatus tãtos poſſe ſupare: latrones & robuſti corporis uiri eiuſmodi lacerationes ꝑferre nequeunt: exclamant: & gemitus edũt. Vincunt̃.n. dolore: qa deeſt illis īſpirata patientia. Noſtri aũt: ut de uiris taceam: pueri & mulierculæ tortores ſuos tacite uincunt: & exprimere illis gemitum nec ignis põt. Eant Romani & Mutio glorient̃: & Regulo. Quoꝶ alter necãdũ ſe hoſtibus tradidit q꜡ captiuum puduit uiuere. Alter ab hoſtibus depræhenſus cũ uideret ſe mortẽ uitare nõ poſſe: manũ foco iniecit: ut ꝓ facinore ſuo ſatiſfaceret hoſti: quem uoluit occidere: eaq; pœna ueniam quam nõ meruerat accepit. Ecce ſexus fœmineus: & fragilis ætas dilacerari ſe toto corpore uriq; ꝑpetit̃ nõ neceſſitate: quia licet uitare: ſi uelint: ſed uoluntate quia confidunt in deo.

De uera uirtute chriſtianoꝶ q̄ in culmine patiẽtiæ cõſtituti philoſophos laudatores patientiæ antecedũt uirtute patiendi. Et q꜡ uanũ: & ſtultum eſt imaginatã terram ut deũ colere. Cap. XIIII.

SEd hæc ẽ uera uirtus: quã philoſophi quoq; gloriabũdi nõ re: ſed uerbis īanibus iactãt diſſerẽtes nihil eẽ tã cõgruẽs uiri ſapiẽtis grauitati atq; cõſtãtiæ: q̄ nullis terroribus de ſñia & ꝓpoſito poſſe depelli: ſed tãti eẽ cruciari & mori. ne fidẽ ꝑdat: ne ab officio diſcedat: ne metu mortis aut dolore acerbo ſubactus aliqđ faciat iiuſtũ: niſi forte d̃lirat̃ illis ut̃ flaccus ī lyricis: cũ dicit. Iuſtũ & tenacẽ eẽ ꝓpoſiti uiꝶ. Nõ ciuiũ ardor praua iubẽtiũ. Nõ uultus īſtãtis tyrãni mẽte Quatit ſolida. Quo nihil uerius dici põt: ſi hoc ad eos referat̃: q̄ nullos cruciatus: nullã mortẽ recuſãt: ne a fide iuſtitiaq; declinẽt: q̄ nõ tyrãnicas iuſſiões: nõ ꝑſidũ gladios tremũt: quo minus uerã & ſolidã libertatẽ cõſtãti mẽte defẽdãt: q̄ ī hoc ſolo tuẽda ſapiã ẽ. Quis.n. tam īſolẽs: tam elatus ẽ: q̄ me uetet oculos ī cælũ tollere: q̄ īponat mihi neceſſitatẽ uel colẽdi quod nolī: uel qđ uelim nõ colendi? Quid nobis iam ulterius reliquit̃: ſi ẽt hoc qđ uoluntate fieri oportet: libido extorquet aliẽa? nemo iſtud efficiet: ſiqđ ẽ nobis ad contẽnẽdam mortem doloreq; uirtutis eſt. Quã conſtantiã ſi tenemus: cur ſtulti iudicamur: faciẽtes ea q̄ philoſophi laudant? Recte igit̃ Seneca īcongruẽtiã hoĩbus obiectãs ait: Sũma uirtus illis uidet̃ magnus aĩus. Et iidẽ eum q̄ cõtẽnit mortẽ: ꝓ furioſo habẽt: qđ ẽ utiq; ſummæ ꝑuerſitatis. Sed hĩ uanaꝶ religionũ cultores eadẽ ſtultitia id obiiciũt: qa ueꝶ deũ nõ ītelligũt: quos Sibylla Erythræa κοφουσ: και ανοητουσ uocat: ſurdos.ſ.& excordes: q̄ nec audiant diuĩa: nec ſentiãt. Sed terrã digitis ſuis imaginatã metuãt & adorẽt: q꜡ nec cã ſit ut eos q̄ ſapiẽtes ſunt ſtultos putẽt: magna rõ ẽ: nec.n. fruſtra fallũt̃. Quæ nobis diligẽter ẽ explicãda: ut errores ſuos tandẽ (ſi fieri põt) agnoſcant.

Quaſi ſapientes habent̃ pro ſtultis: & quomodo ī duabus præcipue uirtutibus: pietate.ſ.& æqtate iuſtitia conſtet: & qđ pietas ſecundum Trimegiſtum: & qđ æquitas ſecundum Cicero. quarum neutram aſſeq potuerunt Romani uel græci: nec aliqui niſi chriſtiani. Cap. XV.

IVſtitia ſuapte natura ſpeciẽ q̃dã ſtultitiæ habet: qđ ego & diuinis & humanis teſtimõiis cõfirmare poſſum. Sed nihil fortaſſe apud iſtos agemus: niſi eos de ſuis doceamus auctoribus nõ poſſe iuſtũ queq̃ eſſe. qđ ẽ cõiũctũ cũ uera religiõe aut ſapiẽtia: niſi idẽ ſtultus eẽ uideat̃. Carneades acadæmicæ ſectæ philoſophus: cuius ī diſſerẽdo q̃ uis fuerit: q̃ eloquẽtia: qđ acumẽ: q̄ neſcit ipm̃ ex ꝑdicatõe Cice. ītelliget aut Lucilii: apud quẽ diſſerẽs neptunus de re difficillima oſtẽdit nõ poſſe id explicare: nec ſi carneadẽ ipſum Orcus remittat. Is cũ legatus ab atheniẽſibus Romã miſſus eſſet diſputauit de iuſtitia copioſe: audiẽte Galba & Catõe cẽſoribus: maximis tũc oratoribus. Sed diſputationẽ ſuam poſtridie cõtraria diſputatiõe ſubuertit: & iuſtitiã quã pridie laudauerat: ſuſtulit: nõ q̃dã phõphi grauitate: cuius prudẽtia firma & ſtabilis debet eẽ ſentẽtia. Sed q̃ſi oratorio exercitii genere in utrãq; ꝑtẽ diſſerẽdi. Quod ille faciebat: ut alios quodlibet aſſerẽtes poſſet refutare. Eam diſputationẽ qua iuſtitia ſubuertit̃ Apud Cice. L. Furius recordat̃: credo quoniã de repu. diſſerebat: ut defenſionẽ laudationeq; īduceret: ſine q̃ putabat regi non poſſe rempu. Carneades aũt ut Ariſtotelẽ refelleret ac Platonẽ iuſtitiæ ꝑronos prima illa diſputatõe collegit ea oĩa: q̄ pro iuſtitia dicebãt̃: ut poſſet illa ſicut fecit euertere. Erat.n. facillimũ iuſtitiã radices nõ habẽtẽ labefactare: ut diceret anelantẽ laborare: qa tũ nulla ī terra fuit: ut qđ eſſet aut q̃lis a philoſophis diceret̃. atq; utinã tot ac tales uiri q̃tũ eloquẽtiæ: q̃tũ animi: tãtũ ẽt ſciẽtiæ ad īplẽdã defenſionẽ ſummæ uirtutis hũiſſent cuius origo ī religiõe: rõ ī æqtate ẽ. Sed hi q̄ primã illã ꝑtẽ neſcierũt: ne ſecũdã qdẽ tenere potuerũt. Volo ãt prius circũſcripte ac breuiter q̃d ſit oſtẽdere: ut ītelligat̃ philoſophos ignoraſſe iuſtitiã: nec id qđ minime nouerãt potuiſſe defendere. Iuſtitia q̃uis oẽs ſimul uirtutes amplectat̃: tamẽ duæ ſunt oĩum prĩcipales: q̄ ab illa diuelli ſeparariq; nõ poſſunt: pietas & æqtas: nã fides: tẽperãtia: ꝓbitas: ĩnocẽtia: ĩtegritas: & cæteræ huiuſmõi uel natura: uel īſtitutis parentum poſſunt ĩeſſe iiſdẽ hoĩbus: q̄ iuſtitiam neſciunt: ſicuti ſemper fuerunt: nam Romani ueteres: q̄ iuſtitia gloriari ſolebant: his utiq; uirtutibus gloriabantur: quæ (ut dixi) proficiſci a iuſtitia poſſũt: & ab ipſo fõte ſecerni. Pietas uero & æqtas q̃ſi uenæ ſũt eius. His.n. duobus fontibus cõſtat tota iuſticia. Sed caput eius & origo ī illo prio ẽ: ī ſecũdo uis oĩs ac rõ. Pietas aũt nihil aliud ẽ q̄ dei notio: ſicut Trimegiſtus ueriſſime diffiniuit (ut alio loco dixĩus) Si ergo pietas ẽ cognoſcer̃ deũ: cuius cognitõis hæc ſũma ẽ ut eũ colas: ignorat utiq; iuſtitiã q̄ religionẽ dei non tenet. Quõ.n. põt ipſam noſſe: q̄ unde oriat̃ ignorat? Plato qdem multa de uno deo locutus eſt: a quo ait conſtitutum eſſe mũdum. ſed nihil de religione: ſomniauerat enim deum: nõ cognouerat: q꜡ ſi iuſtitiæ defenſionẽ uelipſe uel q̃libet alius īplere uoluiſſet: ī primis religiones deorum euertere debuit: qa contrariæ ſunt pietati. Quod qdem Socrates qa facere tentauit in carcerẽ cõiectus eſt: ut iam tũcappareret qđ eẽt futuꝶ his hoĩbus q̄ iuſtitiam ueram defendere: deoq; ſingulari ſeruire

cœpiſſent.Altera igit̃ iuſtitiæ ꝑs eſt æqtas:æquitatē nō dico utiqꝫ bene iudicādi:qđ & ipm laudabile ē ī hoīe
iuſto.Sed ſe cū cæteris coæquādi:quā Cice.æq̃litatē uocat.Deus.n.q hoīes generat & īſpirat:oēs æquos.i.pa
res eē uoluit.Eandē conditionē uiuēdi oībus poſuit:oēs ad ſapiam genuit:oībus īmortalitatē ſpopōdit.Ne
mo.n.a beneficiis eius cæleſtibus ſegregat̃.Nā ſicut oībus unicū ſuū lumē æq̃liter diuidit:emittit oībus fon
tes: uictum ſubminiſtrat:qetem ſomni dulciſſimam tribuit:ſic oībus æqtatem uirtuteqꝫ largit̃:nemo apđ
eū ſeruus ē:nemo dominus.Si.n.cunctis idē pr̃ ē:æquo iure oēs liberi ſumus.Nemo deo paup ē:niſi q iuſti/
tia īdiget:nemo diues:niſi q uirtutibus plenus:nemo dēiqꝫ egregius:niſi q bonus & īnocēs fuerit:nemo cla/
riſſimus:niſi q opa miſericordiæ largiter fecerit:nēo ꝑfectiſſimus:niſi q oēs gradus uirtutis īpleuerit. Qua/
re neqꝫ Rōani:neqꝫ græci iuſtitiā tenere potuer̃t:qa diſpes multis gradibus hoīes hūerunt a paupibus ad di/
uites:ab hūilibus ad potētes:a priuatis dēiqꝫ uſqꝫ ad regū ſublimiſſimas ptātes.Vbi.n.nō ſūt uniuerſi pes:æq
tas nō ē:& excludit īæq̃litas ipa iuſtitiā:cuius uis oīs ī eo ē:ut pes faciat eos:q ad huius uitæ cōditōeꝫ pi ſorte
uenerūt.

De æqtate chriſtianoꝝ:quā philoſophi nō habētes nec īuenire nec defendere potuerūt. Ca.XVI.

DVobus igit̃ illis iuſtitiæ fontibus īmutatis:oīs uirtus & oīs ueritas tollit̃:& ipa iuſtitia remigrat ī
cælū.Ideo nō ē uerum illud bonū a phīs repertū:qa ignorabāt uel unde oriret̃:uel qd efficeret:qđ
nullis aliis præterq̃ nr̃o populo reuelatū ē.Dicet aliqs.Nōne ſunt apđ uos alii paupes:alii diuites
alii ſerui:alii domini?nōne aliquid īter ſingulos ītereſt?Nihil.nec alia cā ē cur nobis īuicē fratrū
factū nomen imptiamus:niſi quia pares eē nō credimus.nā cū omnia humana non corpore ſed
ſpiritu metiamur tametſi corporū ſit diuerſa conditio:nobis tamen ſerui non ſunt:ſed eos:& habemus:&
dicimus ſpū fratres: religione conſeruos. Diuitiæ quoqꝫ non faciunt inſignes:niſi quos poſſunt bonis ope/
ribus facere clariores. Diuites ſunt.n.non qui diuitias habent:ſed qui utuntur illis ad opera iuſtitiæ. Et qui
pauperes uidentur: eo tamen diuites ſunt: quia & egent & concupiſcunt nihil. Cum igitur & liberi ſer/
uis:& diuites paupib us:humilitate animi pares ſumus:apud deū tamen uirtute diſcernimur.Tāto qſqꝫ ſub
limior ē quāto iuſtior.Si enī iuſtitia q̃ parē ſe ēt minoribns facere:q̃q̃ hoc ipſo ꝓcellat:ꝙ ſe īferioribus coæq̃/
uit:tamē ſi nō tātū q̃ſi parē:ſed etiā q̃ſi minorē ſe geſſerit:utiqꝫ multo altiorē dignitatis gradū deo iudice cō
ſequet̃. Nā ꝓfecto in hac ſæculari uita ſingulari(quoniā breuia & caduca ſunt oīa)& ꝑferūt ſe al teris hoīes:
& de dignitate cōtēdūt:quo nihil fœdius:nihil arrogātius:nihil a ſapientis rōne ſemotius.Rebus.n. cæleſti/
bus cōtraria ſūt iſta uniuerſa terrena.Sicut.n.ſapiētia hoīum ſūma ſtultitia ē apud deū.Stultitia(ut docui)ſū
ma ſapiētia eſt:ſic deo humilis & abiectus eſt:q fuerit cōſpicuus & ſublimis in terra.nā ut taceā ꝙ hæc ꝓſen/
tia terræ bona:qbus magnus honor tribuit̃:uirtuti cōtraria ſūt:& uigorē mētis eneruāt: q̃ tandē pōt firma
eē nobilitas:q̃ opes:q̃ potētia:cū poſſit deus reges quoqꝫ ipos īferiores ēt īfimis facere.Et iō cōſulēs nobis de/
us:īter diuina ꝓcepta:illud ꝓcipue poſuit.Qui ſe extollit humiliabit̃:& q ſe humiliat exaltabit̃.Cuius ꝓcepti
ſalubritas docet:ꝙ q ſe apud hoīes planū fecerit:humileqꝫ ꝓbuerit:hic apud deū præcellēs & īſignis habeat̃.
nec enī falſa eſt illa ſentētia:q̃ apud Euripidē fert̃ in hūc modū.Quæ hic mala putant̃:hæc ſūt in cælo bona.

Quomodo Carneades & iura pro utilitate ſancita:& uerā in hoībus iuſtitiā:niſi forte ſtultis collegerit in/
ueniri nō poſſe: & ciuilis iuſtitia ſapientiam quidem habeat:ſed iniuſtam.naturalis autem iuſta ſit utiqꝫ: ſed
ſapientiam omnino non habent. Cap.XVII.

EXpoſui cauſam cur philoſophi nec īuenire iuſtitiā:nec defēdere potuerūt.Nūc redeo ad illud qđ
ītenderā.Carneades ergo quoniā erāt īfirma:q̃ a philoſophis diſſerebant̃:ſūpſit audaciā refellēdi
qa refelli poſſe ītellexit.Eius diſputatiōis ſūma hæc fuit.Iura ſibi hoīes ꝓ utilitate ſanxiſſe.ſ.uaria
pro moribus: & apud eos ꝓ tpibus ſæpe mutata:ius āt naturale ē nullū. Oēs & hoīes & animātes
alias ad utilitates ſuas natura ducēte ferri.Proinde aut nullā eē iuſtitiā: aut ſi ſit aliq̃:ſūmā eē ſtulti
tiā quoniā ſibi noceret alienis cōmodis conſulēs: & īferebat hæc argumēta oībus populis:q florerēt ipio:&
Romanis quoqꝫ ipſis:q totius orbis potirent̃ dominio ſi iuſti uelīt eē:hoc ē ſi aliena reſtituāt ad cās eē redeū
dū: & ī neceſſitate ac miſeriis iacēdū:tū omiſſis oībus ad ꝓpria uēiebāt.Bonus uir iqt ſi hēat ſeruū fugitiuū:
uel domū īſalubrē ac peſtilētē:q̃ uitia ſolus ſciat:& iō ꝓſcribat:ut uēdat:utrū ne ꝓfitebit̃ fugitiuū ſeruū ac pe
ſtilētē domū ſe uēdere:an cælabit ēptorē? Si ꝓfitebit̃ ēptori fugitiuū eē:bonus qdē:qa nō fallit.Sed tamē ſtul
tus iudicabit̃:qa uel paruo uēdet:uel oīno nō uēdet.Si cælauerit:erit qdē ſapiēs:qa rei cōſulet. Sed idē malus
qa fallet.Rurſus ſi repiat aliquē:q aurichalchū ſe putet uēdere:cū ſit illud aurū:aut plūbū cū ſit argētū: tace/
bit ne:ut id ꝑuo emat:an id indicabit ut magno? Stultū plane uidet̃ emere malle magno.Vnde ītelligi uole
bat:& eū q ſit iuſtus ac bonus ſtultū eē:& eū q ſapiēs malū.Et tamē ſine ꝑnicie fieri poſſe:ut ſint hoīes paup/
tate cōtēti.Trāſibit ergo ad maiora ī qbus nemo pōt ſine ꝑiculo uitæ iuſtus eē.Dicebat.n.nēpe iuſtitia ē ho/
minē nō occidere:alienū ꝓrſus nō attigere.Quid ergo iuſtus faciet: ſi forte naufragiū fecerit:& aliqs ībecilli
or uiribus tabulā cœpit:nōne illū a tabula deturbabit:ut ipſe cōſcēdat: eaqꝫ nixus euadat? Cū maxīe ſit nul/
lus medio mari teſtis.Si ſapiēs ē faciet.Ipſi.n.ꝑeundū ē niſi fecerit.Si āt mori maluerit. q̃ manus īferre alteri
iā nō iuſtus ē:ſed ſtultus ē:q uitæ ſuæ nō ꝑcat:dū ꝑcit alienæ.Itē ſi acie ſuoꝝ fuſa hoſtes īſequi cœpint:& iu/
ſtus ille nactus fuerit aliquē ſauciū equo īſidētē: ei ne parcet ut ipſe occidat̃:an deiiciet ex equo:ut ipſe poſſit
hoſtē effugere? Qđ ſi fecerit ſapiēs: ſed idē malus.Si nō fecerit:iuſtus:ſed idē ſtultus ſit neceſſe ē. Ita ergo iu/
ſtitiā:cū ī duas partes diuiſiſſet:alterā ciuilē eē dicēs alterā naturalē:utrāqꝫ ſubuertit: ꝙ illa ciuilis ſapia ſit q/
dē: ſed iuſtitia nō ſit.Naturalis aūt illa iuſtitia ſit qdē:ſed nō ſit ſapia.Arguta hæc plane & uenenata ſūt: & q̃
M.Tullius nō potuerit refellere.nā cū faciat Læliū Furio reſpōdētē:proqꝫ iuſtitia dicētē:irrefutata hæc tanq̃
foueā eſt prætergreſſus:ut uideat̃ idē Lælius nō naturalē q̃ in ſtultitiæ crimen uenerat: ſed illā ciuilē defen/
diſſe iuſtitiam:quam Furius ſapientiam quidem eſſe conceſſerat:ſed iniuſtam.

Contra Carneadem: ꝙ nec ſtultus poteſt eſſe iuſtus neç ſapiens iniuſtus:& ꝙ innocentibus & iuſtis deus

ſemper optime conſulit: & neceſſaria prouidet: quæ patent ex diffinitione ſtultitiæ & ſapientiæ: & quæ ſit cognatio hominis & dei. Cap.XVIII.

QVod ad p̄ſenté diſputationé ꝑtinebat: oſtédit quō iuſtitia ſimilitudiné ſtultitiæ gerat: ut appareat nō ſine cauſa decipi eos: qui putāt noſtræ religionis hoíes ſtultos eé: q talia uideant̄ facere: q̄lia ille ꝓpoſuit. Nūc maius a me exigi ſentio: ut oſtendá q̄re iuſtitiá deus ſtultitiæ ſpecie cōuolutá ex oculis hominū uoluerit auferre. Si prius Furio reſpōdero: qa parū plene reſpōdit. Lælius qui ꝑfecto licet ſapiés fuerit (ut uocabat̄) patrocinari tamé ueræ iuſtitiæ nullo mō poterat: qa caput ipſū fontéq; iuſtitiæ nō tenebat: nobis āt facilior eſt ipſa defenſio. Quibus cæleſti beneficio familiaris: ac penitus nota iuſtitia eſt: quiq; illá nō noíe: ſed re nouimus. Ná Plato & Ariſtoteles honeſta qdé uolūtate iuſtitiá defendere cupierūt: effeciſſentq; aliqd: ſi conatus eorū bonus: ſi eloquentia: ſi uirtuté igenii diuinarūq; rerū doctría iuuiſſet. Itaq; opus illoꝝ iane atq; inutile iacuit: nec cuiq̄ hoíum ꝑſuadere potuerūt: ut eorū ꝓſcriptio uiueret: qa fundamētū a cælo diſciplina illa nō habuit noſtrū opus certius ſit: neceſſe eſt: qd' deus docuit. Illi ení depígebāt uerbis: & imaginabant̄ iuſtitiá: q in cōſpectu nō erat: nec p̄ſentibus exéplis cōfirmare poterāt q̄ diſſerebāt. Reſpōderi ení poſſet ab audiētibus nō poſſe ita uiui ſicut illi ſua diſputatione ꝓſcripſerunt adeo ut nulli adhuc extiterít: q id genus uitæ ſequerent̄. nos aūt nō uerbis modo ſed etiá exemplis ex uero petitis uera eé: q̄ a nobis dicunt̄: oſtédamus. Senſit igit̄ Carneades q̄ ſit natura iuſtitiæ: niſi q; parū alte ꝑſpexit ſtultitiá nō eé: quāq̄ intelligere mihi uidear q̄ mēte id fecerit. Nō ení uere exiſtimauit eū ſtultū eé: qa iuſtus eſt. Sed cū ſciret nō eé & rōné tamé cur ita uideret̄ nō cōprehēderet uoluit oſtédere latere in abdito ueritaté ut decretū diſciplinæ ſuæ tueret̄: cuius ſūma ſentétia é nihil ꝑcipi poſſe. Videamus ergo utrū ne iuſtitia fœdus aliqđ hr̄e cū ſtultitia poſſit. Iuſtus igt ſi aut equū ſaucio: aut tabulá naufrago nō ademerit: ut ipſe aíam ſuá liberet: ſtultus é. Primū oíum nego ullo mō fieri poſſe: ut hoí q qdé uere iuſtus ſit eiuſmōi caſus eueniat: qa iuſtus neq; cuiq̄ noto inimicus: nec qcq̄ omnino appetit alienum. Cur enim nauiget: aut quid petat ex aliena terra: cui ſufficit ſua? Cur aūt belligeret: aut ſe alienis furoribus miſceat: in cuius animo pax cū hominibus perpetua uerſetur? Scilicet peregrinis mercibus: aut humano ſanguine delectabit̄: qui neq; lucrū ſciat appetere: cui ſufficit uictus & nō modo ipſe cædé facere: ſed intereſſe faciétibus: ac ſpectare ducat nefas. Sed omitto iſta: quoniá fieri poteſt: ut uel inuitus ad hæc ſubeunda cogat̄. Adeo ne iuſtitiam o Furi: uel potius o Carneadæ: cuius eſt illa omnis ratio: tam íanem: tam ſuperuacuá: tamq; contemptam deo putas: ut nihil poſſit: nihilq; habeat in ſeſe: quod ad cuſtodiá ſui ualeat? Sed uidelicet q ſacramētū hoís ignorant: iōq; ad hác uitá téporalé referūt oía quāta ſit uis iuſtitiæ ſcire nō poſſunt. Nam &.n. de uirtute diſputant: q̄uis ītelligāt ærūnis ac miſeri s eſſe pleniſſimá: tamé expetédá eſſe aiunt ſua cá. Eius cū præmia: q̄ ſunt æterna & immortalia nullo mō uident: ſic rebus oíbus ad hanc præſenté uitá relatis: uirtuté plane ad ſtultitiá redigūt. Siquidé tantos huius uitæ labores fruſtra & íaniter ſuſcipit. Sed hæc alio loco plenius. Interim de iuſtitia: ut cœpimus: cuius tāta uis é: ut cū oculos í cælū ſuſtulerit: a deo mereat̄ oía. Recte igit̄ Flaccus tantá eſſe dixit īnocētiæ uí ut ad tutelá ſui non egeat nec armis: nec uiribus: quacūq; iter fecerit. Integer uitæ ſceleriſq; purus Nō eget mauris iaculis: nec arcu: Nec uenenatis grauida ſagittis Faſce faretra Siue ꝑ ſyrtes iter æſtuoſas: Siue facturus ꝑ inhoſpitalé Caucaſum: uel quæ loca fabuloſus Ambit Hydaſpes. Nō pōt ergo fieri: qn hoíem iuſtū inter diſcrimina tépeſtatū: atq; belloꝝ cæleſtis tutela cuſtodiat: ac nō ét ſi cū parricidis & nocétibus nauiget aut malis ꝑcat̄ quoq; ut una iuſta & īnocés aía liberet̄: aut certe ꝑeūtibus cæteris ſola ſeruet̄: ſed cōcedamus poſſe fieri qd' ꝓponit philoſophus. qd ergo iuſtus faciet: ſi nactus fuerit aut í equo ſauciū: aut in tabula naufragū? nō íuitus cōfiteor: moriet̄ potius q̄ occidet. nec ideo tamé iuſtitia qd' eſt ſingulare hominis bonum ſtultitiæ nomé accipiet. qd.n. melius: qd clarius hoí eé debet: q innocétia: q̄ utiq; tāto ꝑfectior ſit neceſſe eſt: q̄to illá ꝓduxeris ad extremū: moriq; malueris: ne qd de īnocétiæ rōne minuat̄: ſtultia é igt alienæ aíæ ꝑcere cū ꝑnicie ſuæ. Nū ét ꝓ amicitia ꝑire ſtultū iudicabit̄? qd ergo familiares illi pythagorici laudāt̄ a nobis: quorū alter ſe tyráno uadé mortis ꝓ altero dedit: alter ad p̄ſtitutū tépus: cū iá ſpōſor eius duceret̄: p̄ſentiá ſui fecit: eūq; interuentu ſuo liberauit? quoꝝ uirtus in tanta gloria non haberet̄: cū alter ꝓ amico: alter etiá ꝓ fide mori uoluit: ſed ſtulti putarent̄. Deniq; ob hanc ipſam uirtutem tyránus his gratiá rettulit utrūq; ſeruádo: & hominis crudeliſſimi natura mutata eſt. quinetiam deprecatus eſſe dicit̄: ut ſe tertium in amicitiam reciperent non utiq; tanquam ſtultos: ſed tanq̄ bonos & ſapiētes uiros. Itaq; non uideo quare cū ꝓ amicitia & fide mori ſūma gloria cōputet̄: nō etiá pro īnocétia ꝑire ſit hoí glorioſum. Ergo ſtultiſſimi ſunt qui nobis crimini dāt mori uelle pro deo: cū ipſi eū: q pro hoíe uoluit mori: in cælū ſūmis laudibus tollāt. Deniq; ut concludá diſputationé: nō poſſe eundé ſtultū eé ac iuſtū: & eundé ſapiété: & iniuſtū docet ipſa rō. Qui enim ſtultus é: qd ſit bonū ac iuſtū neſcit: & ideo ſemꝑ peccat. Ducit̄.n. q̄ſi captiuus a uitiis: nec reſciſcere ullo mō pōt: qa caret uirtute: quá neſcit. Iuſtus āt ab oí peccato ſe abſtíet: qđ aliter facer̄ nō pōt: q̄ ſi héat recti prauiq; notitiá. Rectū āt diſcerner̄ a prauo qs p̄t: niſi ſapiés? Itaq; fit: ut nunq̄ poſſit iuſtus eé q ſtultus é: neq; ſapiés q fuerit iniuſtus. Qđ ſi é ueriſſimū: máifeſtū é eū: q aut naufragio tabulá: aut equū ſaucio nō ademerit ſtultū nō eé: qa hoc facer̄ peccatū é: a quo ſe ſapiés abſtíet. Videri tñ & ipe ꝓfiteor ꝑ hoíum erroré ignorātiū cuiuſq; rei ꝓprietaté. Itaq; oís hæc qō: nō tá argumētis q̄ definitiōe diſſoluit̄. Stultitia igit̄ é í factis dictiſq; ꝑ ignorátiá recti ac boni erratio. Ergo ſtultus nō é: q ne ſibi qdé parcit: dūmodo alteri nō noceat: qđ é malū. Qđ qdé nobis & rō: & ueritas ipa p̄ſcribit. In oíbus ení uideus aíalibus: q ſapiá carét: cōciliatricé eé naturá. nocét.n. aliis ut ſibi ꝓſint: neſciūt ení qa malū é nocere. Hō uero q ſciētiá boni ac mali hét ſe abſtíet a nocédo: ét cū ícōmodo ſuo: qđ aíal irrōnale facere nō pōt. Et iō íter ſūmas hoíum uirtutes īnocétia numerat̄: qbus rebus apparet ſapiétiſſimū eé: q maluit ꝑire ne noceat: ut id officiū quo a mutis diſcernit̄: ſeruet. Ná q uédétis errorem nō r̄darguit: ut aurū ꝑuo emat: aut q nō ꝓfitet̄ ſeruū fugitiuū: uel peſtiléte ſe domū uéder̄: lucro & cōmodo

ſuo cõſules:nõ ē ille ſapiēs:ut Carneades uideri uolebat:ſed callidus & aſtutus.Calliditas & aſtutia ĩ multis quoq; aĩalibus ſũt:uel cũ ĩſidiãt᷑ aliis & capiũt ut deuorẽt:uel cũ ĩſidias alioꝝ uario gen̄ deludũt.Sapiã uero ĩ hoĩem ſolũ cadit.Sapiã.n.ē ĩtelligẽtia uel ad bonũ rc̄tũq; faciẽdũ:uel abſtinẽtia delictoꝝ factorũq; ĩproboꝝ. Lucro ãt nũq̄ ſapiẽs ſtudet.qa bõa hæc terrēa cõtẽnit:nec queq̄ falli patit᷑:qa bõi uiri officiũ ē errores hoĩum corrigere: eoſq; ĩ uiã reducere.Siqdem ſocialis hoĩs ē ac benefica natura:qua ſola cognationẽ cũ deo habet.

Qd' ignoratio ĩmortalitatis & dei ueri ꝓdictoꝝ cã erroꝝ ē:& mortem meret᷑ æternã. Et ꝙ homo nõ ſit hoĩs genitor:ſed miſter generatoĩs.Et q̄re deus uerã ſapiam uoluit ſub ſpē ſtultitiæ occultari. Cap. XIX.

SEd nimiꝝ hæc cauſa efficit:ut ſtultus eſſe uideat᷑ qui egere aut mori malit: q̄ noceat uel eripiat aliquid alteri:ꝙ hoĩem morte deleri putãt.Ex eaq; ꝑſuaſione oẽs tũ uulgi:tum etiã philoſophorũ naſcunt᷑ errores.Si.n.poſt mortem nihil ſumus:ꝑfecto ſtultiſſimi eſt hoĩs non huic uitæ cõſulere: ut ſit q̄diutina & cõmodis oĩbus plena.Qd' qui faciet:a iuſtitiæ regula diſcedat neceſſe eſt Si aũt ſupeſt homini uita melior & longior:qd' & philoſophoꝝ magnoꝝ argumẽtis: & uatum reſponſis: & ꝓphetaꝝ diuinis uocibus diſcimus: hanc præſentem cũ ſuis bonis contẽnere ſapiẽtis eſt:cuius oĩs iactura ĩmortalitate penſat᷑.apud Cice.idẽ ipſe iuſtitiæ defenſor Lælius uult inqt plane uirtus honorẽ: nec ē uirtutis ulla alia merces.Eſt plane & qdẽ uirtute digniſſima:quã tu Læli nequaq̄ poteras ſuſpicari. nihil.n.diuinaꝝ noueras lraꝝ:quã tamẽ illa ĩqt accipit facile exigit nõ acerbe.Erras uehemẽter :ſi putas ab homine ꝑmiũ ſolui poſſe uirtutis.Cũ ipſe alio loco ueriſſime diſſeras.huic uiro q̄s diuitias obiicies? q̄ impia? q̄ regna? qs iſta putat hũana:ſua bona diuina iudicat.Quis ergo te ſapiẽtẽ Læli putet:cũ ipſe tibi loq̄ris cõtraria? Et paulopoſt adimis uirtuti q̄ dediſti.Sed uidelicet ignorãtia ueri facit ĩcertã labentẽq; ſn̄iam.Deĩde qđ adiungis.Sed ſi aut ingrati uniuerſi:aut inuidi multi:aut inimici potentes ſuis uirtutem præmiis ſpoliant. O q̄ fragilem quam inanem uirtutem induxiſti: ſi ſpoliari poteſt ſuo præmio. Quæ ſi bona ſua diuina iudicas(ut aiebas)qui poſſunt exiſtere tam ingrati:tam inuidi:tam potẽtes:qui uirtutem ſpoliare ualeãt his bonis:quæ fuerint in eã collocata diuinitus? Ne illa ſe inqt multis ſolatiis oblectat:maxieq; ſuo decore ſeipſã ſuſtẽtat? Quibus ſolatiis:quo decore:cũ in crimen ſæpe ueniat:& in pœnã decor ille uertat᷑? Quid.n.ſi(ut ſurius dicebat)rapiat᷑:uexet᷑:extermĩnet᷑:egeat:auferant᷑ ei manus:effodiant᷑ ei oculi:dãnet᷑:uĩciat᷑:urat᷑.miſeris etiã modis necet᷑:ꝑdet ſuũ præmiũ uirtus? An potius ꝑibit ipſa? Minime.Sed & mercedẽ ſuã deo iudice accipiet:& uiuet:& ſemꝑ uigebit.Quæ ſi tollas:nihil põt in uita hoĩum tã ĩutile:tã ſtultũ uideri eſſe: q̄ uirtus: cuius naturalis bonitas & honeſtas docere nos põt:aĩam nõ eſſe mortalẽ:diuinũq; illi a deo ꝑmiũ cõſtitutũ. Sed iccirco uirtutẽ ipſã deus ſub ꝑſona ſtultitiæ uoluit eẽ cælatã:ut myſteriũ ueritatis ac religiõis ſuæ eẽt arcanũ:ut has religiões: ſapiẽtiãq; terrenã extollentẽ ſe altius:ſibiq; multũ placentẽ:uanitatis erroriſq; dãnaret ut ꝓpoſita deniq; difficultate:ꝑ anguſtiſſimos tramites ad ĩmortalitatis ꝑmiũ ſublime ꝑduceret. Docui(ut opinor)cur populus noſter apud ſtultos ſtultus haberet᷑.Nã cruciari atq; ĩterfici malle: q̄ thura tribus digitis cõprehẽſa in focũ iactare:tã ineptũ uidet᷑ q̄ in ꝑiculo uitæ alterius aĩam magis curare q̄ ſuã. Neſciũt.n.q̄tũ ſit nefas adorare aliđ ꝑterq̄ deũ:q cõdidit cælũ: atq; terrã:q hũanũ genus finxit:ĩſpirauit: luce donauit.Qđ ſi ſeruorũ neq̄ſſimus habet᷑:qui dominũ ſuũ fuga deſerit:iſq; uerberibus:uinculis:ergaſtulo & cruce:& oĩ malo digniſſimus iudicat᷑.Et ſi filius eodẽ mõ ꝑditus atq; ĩpius exiſtiat᷑: q patrẽ ſuũ dereliq̄rit:ne illo obſeq̄tur: ob eãq; cãm dignus putat᷑:q ſit exhæres:& cuius nomẽ de familia in ꝑpetuũ deleat᷑.Quãto magis q deũ deſerit:in quẽ duo uocabula domini & p̄ris æque uenerãda cõueniũt? nã ille q ſeruũ ꝑcio cõparat: qd ĩ eũ beneficii cõfert:præter q̄ alimẽta:q̄ illi utilitatis ſuæ gratia ſubminiſtrat? Et qui filiũ generat nõ habet ꝑtãtẽ ut cõcipiat᷑:ut naſcat᷑:ut uiuat.Vnde apparet nõ eſſe illũ patrẽ:ſed tãtũmõ generãdi miniſtrũ. Quibus ergo ſuppliciis dignus eſt deſertor eius:q & dominus uerus & pater ē:niſi his quæ deus ipſe cõſtituit? qui ſpiritibus iniuſtis æternum parauit ignẽ:quod ipſe per uates ſuos impiis ac rebellibus cõminatur.

De inſania eorũ:qui deos colũt: & nõ audẽt rõne cõtendere cũ fidelibus: & quare ſacramẽtorũ ſuoꝝ ſilentiũ indicant:& ꝙ religio per patientiã defendenda eſt:& rõne potius q̄ ſæuitia:ferro uel igne: & quantũ & in quibus differunt religionis ueræ cultus & falſæ. Cap.XX.

DIſcãt igit᷑ & ſuarũ & alienarũ ĩterfectores aĩarũ q̄ inexpiabile facinus admittãt.Primũ ꝙ ſeipſos iugulãt ꝑditiſſimis dæmõĩbus ſeruiẽdo:quos deus ĩ æterna ſupplicia dãnauit.deĩde ꝙ nec ab aliis deũ coli patiũt᷑.Sed auertere hoĩes ad mortifera ſacra cõtẽdũt:nitũturq; ſũma diligẽtia:neq̄ ſit aĩa ĩcolumis ĩ terra:q ſaluo ſtatu ſuo ſpectet in cælũ.Quid aliud dicã q̄ miſeros:q ꝑdonũ ſuoꝝ ĩſtigatiõibus parẽt:quos deos eẽ opinant᷑:quoꝝ neq; cõditionẽ:neq; originẽ:neq; noĩa:neq; rõnẽ ſciũt? Sed hic hærẽtes ꝑſuaſiõi uulgari libẽter errãt:& ſtultitiæ ſuæ fauẽt. A qbus ſi ꝑſuaſiõis eius rõne requiras : nullã poſſũt reddere:ſed ad maioꝝ iudicia cõfugiũt.Quod illi ſapiẽtes fuerĩt:illi ꝓbauerĩt:illi ſciuerint:qd eſſet optimũ: ſeq; ipſos ſenſibus ſpoliãt:rõne abdicãt:dũ alienis erroribus credũt.Sic ĩplicĩti rerũ oĩum ignorantia: nec ſe: nec deos ſuos norũt.Atq; utinã ſoli errare:ſoli deſiꝑe uellẽt.Alios etiã in cõſortiũ mali ſui rapiũt:q̄ſi habituri ſolatiũ de ꝑditiõe multoꝝ.Sed hæc ipã ignorãtia effecit:ut ĩ ꝑſequẽdis ſapiẽtibus tã mali ſint:fingũt ſe illis cõſulere:illos ad bonã mẽtẽ uelle reuocare:nũ igit᷑ hoc ſermõe:aut aliq̄ rõne reddita facere nitunt᷑? Minime. Sed uĩ atq; tormẽtis.O mira & cæca demẽtia:ĩ his putat᷑ mala mẽs eẽ:q fidẽ ſeruare conãt᷑.In carnificibus ãt bona. In his ne mala mẽs ē:q cõtra ius hũanitatis:cõtra fas oẽ lacerant᷑ ? An potius ĩ his q ea faciũt ĩ corꝑibus ĩnocẽtiũ:q nec ſæuiſſimi latrões:nec iratiſſimi hoſtes:nec ĩaniſſimi barbari aliquãdo fecerunt. Adeo ne etiã ſibi mentiunt᷑:ut uiciſſim boni ac mali nomina trãſſerãt:& ĩmutent? Quid ergo? Num diẽ noctem uocãt? ſolẽ tenebras? Alioquin eadẽ ĩprudẽtia eſt bonis maloꝝ nomẽ ĩponere : ſapientibus ſtultorũ : iuſtis ĩpiorũ: qnimo ſiqua illis fiducia eſt:uel in philoſophia : uel in eloq̄tia armẽt ſe:ac refellant hæc noſtra. Si poſſunt congrediantur cominus & ſingula quæq; diſcutiant.Decet eos ſuſcipere defenſionẽ deorum ſuorũ:ne ſi no-

ſtra iualuerint(ut quotidie inualeſcũt)cũ delubris ſuis & ludibriis deſerant.Et quoniã nihil poſſunt. Auge
tur.n.illis religio dei quãto magis ꝑmit:rõne potius & hortamẽtis agãt.Procedũt in mediũ põtifices:ſeu mi
nores:ſeu maximi flamines:augures.Itẽ reges ſacrificoli: qꝫ ſũt ſacerdotes : & antiſtites religionũ. Cõuocẽt
nos ad cõtẽtionẽ:cohortẽt nos ad ſuſcipiẽdos cultus deoꝝ:pſuadeãt multos eſſe:quoꝝ numine ac ꝓuiden
tia regant oĩa:oſtẽdãt origines & initia ſacrorũ ac deorũ:quõ ſint mortalibus tradita:qui fons:q̃ rõ ſit expli
cent:ꝓferãt quæ merces in cultu:quæ pœna in cõtẽptu maneat:quare ab hoĩbus ſe coli uelint:qd illis ſi bea
ti ſũt hũana pietas cõferat.Quæ oĩa nõ aſſeueratiõe ꝓpria:nec.n.ualet qcq̃ mortalis hoĩs auctoritas:ſed diui
nis aliqbus teſtiõniis cõfirmẽt:ſicuti nos facius.Nõ ẽ opus ui & iniuria:qa religio cogi nõ põt: uerbis potius
q̃ uerberibus res agẽda ẽ:ut ſit uolũtas.diſtrigãt aciẽ ĩgenioꝝ ſuoꝝ.Si rõ eoꝝ uera ẽ:aſſerat:pati ſumus audi
re:ſi doceant:tacentibus certe nihil credimus:ſicut nec ſeuiẽtibus quidẽ credimus.Imitentur nos:ut rationẽ
totius rei exponãt.Nos enim nõ illicimus(ut ipſi obiectant)ſed docemus probamus: oſtendimus. Itaqꝫ ne
mo a nobis retinetur iuitus.Inutilis eſt.n.deo:qui fide ac deuotione caret.Et tamẽ nemo diſcedit ipſa uerita
te retinẽte.Doceãt iſti hoc modo ſiqua illis fiducia ueritatis eſt:loquantur:diſcãt:audeãt inq̃ diſputare nobi
ſcũ aliqd eiuſmodi.Iã ꝑfecto ab aniculis:quas cõtẽnũt:& a pueris noſtratibus error illorũ ac ſtultitia ridebi
tur.Cũ enĩ ſint pitiſſimi:deorũqꝫ ꝓgeniẽ & res geſtas:& imperia:& ĩteritus:& ſepulchra de libris nouerint:
ipſoſqꝫ ritus qbus ſũt initiati uel ex rebus geſtis hoĩum:uel ex caſibus:uel etiã ex moribus natos ſciãt:ĩcredi
bilis dementia ẽ deos putare:quos fuiſſe mortales negare nõ audeãt:uel ſi tã ĩprudẽtes fuerit ut negẽt : ſuæ il
los:ac illoꝝ lĩæ coarguẽt:ipa deniqꝫ illos ſacroꝝ initia cõuincẽt.Sciãt igit ex hoc ipſo quãtũ ĩterſit ĩter uerũ &
falſũ:qdo ipſi q ſũt eloquẽtes pſuadere nõ poſſũt ĩpiti & rudes:qa res ipſa & ueritas loquit.Quid ergo? Sæui
unt:ut ſtultitiã ſuã dũ minuere uolũt augeãt:lõge diuerſa ſũt carnificia & pietas . nec põt aut pietas cũ ui:aut
iuſtitia cũ crudelitate cõiũgi : ſed merito nõ audẽt de rebus qcq̃ docere diuinis:ne & a nr̃is derideãt: & a ſuis
deſerant.Nã forte uulgus:cui ſimplex ĩcorruptũqꝫ iudiciũ eſt ſi myſteria illa cognoſcat:in memoria mortu
orũ cõſtituta dãnabit:aliudqꝫ uerius qd' colat quæret. Hic fida ſilẽtia ſacris cõſtituta ſũt ab hoĩbus callidis:
ut neſciat populus qd colat.Cũ aũt nos in eoꝝ doctrinis uerſemur:cur nobis aut noſtris nõ credũt:q utrũqꝫ
nouimus:aut ĩuidẽt: qa falſis uera ꝓtulimus:ſed defẽdẽda ſũt ĩqũt publice ſuſcepta ſacra.O q̃ ĩhõeſta uolũ
tate miſeri errãt.Sentiũt.n.nihil eẽ in rebus humanis religione pſtãtius:eãqꝫ ſũma ui ꝯportere defendi. Sed
ut in ipſa religiõe:ſic in defenſiõis genere fallunt.Defendẽda.n.religio eſt nõ occidẽdo:ſed moriẽdo:nõ ſeui
tia:ſed patiẽtia:nõ ſcelere:ſed fide.Illa enĩ malorũ ſunt:hæc bonoꝝ. Et neceſſe eſt bonũ in religione uerſari:
nõ malũ.Nã ſi ſanguine:ſi tormẽtis.ſi malo religionẽ defendere uelis:iã nõ defendet illa:ſed polluet & uio
labit. Nihil eſt enim tam uolũtariũ q̃ religio : in qua ſi animus ſacrificãtis auerſus eſt:iam ſublata: iam nul
la eſt.Recta igit rõ ẽ:ut religionẽ patiẽtia uel morte defendas:ĩ qua fides cõſecrata:& ipſi deo grata ẽ & reli
giõi addit auctoritatẽ.Nã ſi is q ĩ hac terreſti militia regi ſuo fidẽ ſeruat ĩ aliquo egregio facinore:ſi poſtea ui
xerit acceptior fit & carior.Si pierit:ſũmã cõſeqt gloriã:qꝛ ꝓ duce ſuo morte occubuerit.Quãto magis ĩpato
ri oĩum deo fides ſeruãda ẽ:q nõ tãtũ uiuẽtibus:ſed & mortuis ꝑmiũ põt uirtutis exoluere.Igitur dei cultus
quoniã militiæ cæleſtis ẽ:deuotionẽ maximã fidẽqꝫ deſiderat.Quõ.n.deus aut amabit colẽtẽ ſi ipe nõ amet
ab eo? Aut pſtabit pcãti qcqd orauerit : cũ ad pcãdũ nẽo neqꝫ ex aĩo:neqꝫ obſecrãter accedat? Iſti ãt cũ ad ſacri
ficãdũ ueniũt:nihil ĩtimũ:nihil ꝓpriũ diis ſuis offerũt:nõ ĩtegritatẽ mẽtis:nõ reuerẽtiã : nõ timorẽ. Peractis
itaqꝫ ſacrificiis ianibus oẽm religionẽ:in tẽplo:& cũ tẽplo: ſicut ĩuenerãt relinquũt:nihilqꝫ ſecũ ex ea neqꝫ affe
runt:neqꝫ referũt.Inde eſt qꝛ eiuſmodi religiões:nec bonos facere poſſũt:neqꝫ firmæ atqꝫ ĩmutabiles eẽ.Tra
ducunt itaqꝫ ab his hoĩes facile:qa nihil ibi ad uitã:nihil ad ſapiẽtiã:nihil ad fidẽ diſcit.Quæ eſt enim ſuper
ſtitio illorũ deorũ? quæ uis? quæ diſciplina? quæ origo? quæ rõ? qd' fundamẽtũ? q̃ ſubſtãtia? quo tẽdit: aut
qd pollicet: ut ab hoĩe poſſit fideliter ſeruari fortiterqꝫ defẽdi? In q̃ nihil aliud uideo : q̃ ritũ ad ſolos digitos
pertinentẽ.Noſtra uero religio eo firma eſt:& ſolida & ĩmutabilis:qa iuſticiã docet:quia nobiſcũ ſemp ẽ: qa
tota ĩ aĩo colẽtis ẽ:qa mẽtẽ ipſam ꝓ ſacrificio hẽt.Illic nihil exigit aliud q̃ ſanguis pecudũ : & fumus & ĩepta
libatio.Hic bona mẽs hic puꝝ pectus:ĩnocẽs uita.Illuc ueniũt ſine delectu adulteræ ĩpudicæ lenæ:ꝓcaces &
obſcœnæ meretrices. Veniũt gladiatores latrones:fures:uenefici:& precant nihil aliud q̃ ut ſcelera ĩpune cõ
mittãt.Quid enim latro ſacrificãs:aut gladiator roget:niſi ut occidat? Quid fœnerarius:niſi ut fallat? Quid
meretrix:niſi ut plurimũ peccet? Quid adultera:niſi ut mortẽ uiri optet:aut ut ſua ĩpudicitia celet? Quid le
na:niſi ut multos bonis exuat? Quid fur:niſi ut plura rapiat? Hic uero etiã leui cõicqꝫ peccato locus nullus ẽ.
Et ſi qs ad ſacrificiũ non ĩtegra conſcia uenerit:audit q̃ illi deus cõminet:ille q latebras cordis uidet: q pecca
tis ſemp ĩfeſtus ẽ & exigit iuſtitiã:q fidem poſcit.Quis huic malæ mẽti aut malæ pci locus ẽ? At illi ĩfœlices
nec ex ſceleribus ſuis intelligunt q̃ malũ ſit qd' colũt:quãdo quidẽ flagitiis oĩbus ĩqnati ueniũt ad precãdũ
& ſe pie ſacrificare opinant.Si cutẽ lauerint:tanq̃ libidinẽ ĩtra pectus ĩcluſam ulli amnes abluãt:aut ulla ma
ria purificent.Quãto ſatius ẽ mentẽ potius eluere : quæ malis cupiditatibus ſordidat:& uno uirtutis ac fi
dei lauacro uniuerſa uitia depellere? Q d' q fecerit:quodlibet ĩgnatũ ac ſordidũ corpus gerat:ſatis purus eſt.

Quod hoſtes ſuos adorat ſtulta gentilitas:quorum cultus non modo chriſtiani:ſed & philoſophi & do
meſtici cultores deorum deſtruunt. Cap. XXI.

ISti ãt q neſciũt qd uel quo mõ ſit colẽdũ cæci & ĩprudẽtes ĩ cõtrariũ cadũt.Adorãt itaqꝫ hoſtes ſu
os:latrões & ĩterfectores ſuos uictimis placãt.Et aĩas ſuas cũ thure ĩpo cremãdas aris deteſtabili
bus ĩponũt.Iraſcũt ẽt miſeri qꝛ nõ ſimiles alii peant ĩcredibili mẽtiũ cæcitate.Quid.n.uideãt:q ſo
lẽ nõ uidẽt? q̃ſi uero ſi dii eẽnt:ĩdigerẽt hoĩum auxilio aduerſus cõtẽptores ſuos ? qd ergo nobis
iraſcunt:ſi illi nihil poſſũt:niſi qꝛ ipi deos ſuos deſtruũt:de quoꝝ ꝑtãte diffidũt magis irreligioſi: q̃ q oĩo nõ
colũt? Cic.ĩ ſuis legibus cũ caſte ad ſacrificia pcipet accedere pietatẽ iqt adhibito:opes amoueto. O q̃ ſecus ſa

xit.Deus ipſe uides erit. Recte hoc qdē.Neq.n.fas ē deſpare de deo:quē iō colas:qa potētē putas.Nā quō mō
uidicare colentis iniuriā pōt:q ſua non poteſt.Libet igit ex his quærere:cui potiſſimū pſtare ſe putent cogē/
do inuitos ad ſacrificiū.His ne quos cogūt? at non eſt beneficium qđ īgerit recuſanti.ſed conſulendū eſt etiā
nolentibus:quando quid bonū ſcit neſciunt:Cur ergo tam crudeliter uexant:debilitant:cruciāt: ſi ſaluos eē
uolūt.Aut unde pietas tam impia:ut eos miſeris modis aut pdant: aut inutiles faciant:quibus uelint eē cō/
ſultum? An uero diis præſtant? at non eſt ſacrificium:quod exprimit ab inuito:niſi enī ſponte atq ex anīo
fiat:execratio eſt:cum hoies pſcriptione:iniuriis:carcere:tormētis adacti faciunt.ſi dii ſunt iſti:qui ſic colunt
uel ppter hoc ſolū colendi non ſunt:q ſic coli uolunt:digni.ſ.deteſtatione hominum quibus cū lachrymis
cū gemitu:cū ſanguine de mēbris oībus fluente libat.at nos contra non expetimus ut deum noſtrū :qui eſt
omnium creator:uelit:nolit:colat aliquis inuitus:nec ſi non coluerit iraſcimur. Cōfidimus enim maieſtati
eius:qui tam contemptū ſui poſſit ulciſci:q̄ ſeruoꝝ ſuoꝝ labores & iniurias.Et ideo cū tam nefanda perpe/
timur:ne uerbo quidē reluctamur:ſed deo remittimus ultionem:nō ut hi faciunt:qui defenſores ſe eſſe deo
rum ſuoꝝ uideri uolunt: & ſæuiunt efferate aduerſus non colentes.Ex quo ītelligi dat:q non ſit bonū deos
colere:quoniā bono potius adducendi homines ad bonū fuerant:non malo.Sed quia illud malum eſt : etiā
officiū eius bono caret.At.n.puniēdi ſunt q deſtruunt religiones.Num peius nos deſtruimus q̄ natio Aegy
ptioꝝ:q turpiſſimas beſtiaꝝ ac pecudū figuras colūt:quædā ēt pudenda dictu tanq̄ deos adorāt. Nū peius q̄
idē ipſi:q cū deos ſe colere dicāt:tamē eos publice turpiterq derident:de qbus ēt p mimos agi cū riſu & uo/
luptate patiunt? Qualis hæc religio aut quāta maieſtas putāda ē:quæ adorat ī templis:illudit in theatris: &
qui hæc fecerit:nō pœnas uiolati numinis pendunt:ſed honorati etiam laudatiq diſcedūt? Num peius nos
deſtruimus q̄ quidam philoſophi:qui omnino nullos deos eſſe aiunt.Sed omnia ſua ſponte eſſe nata : om/
nia fortuitu fieri quæ geruntur ? Num peius q̄ epicurei : qui eſſe quidem deos : ſed curare quicquam ne
gāt:neq iraſci eos:neq grā cōmoueri? Quibus dictis utiq pſuadēt colēdos oīno nō eē.Siqdē nec colētes re
ſpiciūt:neq nō colētibus iraſcunt.Præterea cū cōtra metus diſſerūt:nihil aliud efficere conantur:q̄ ut nemo
deos timeat.Et hæc tamē ab hoībus & audiuntur libenter & diſſeruntur impune.

Quare maligni ſpūs īſtigēt cultores ſuos ī pſecutionē fideliū: & q̄re uera religio uideat ianis. Ca.XXII.

NOn ergo ideo aduerſus nos inſaniūt:qa dii nō colunt a nobis.A multis enī nō colunt:ſed qa ueri/
tas penes nos ē:quæ(ut eſt ueriſſime dictū)odiū parit.qd igit exiſtimabimus niſi neſcire illos qd
patiant? Pergit ergo cæco & irrōnabili furore:quē nos uidemus:illi neſciūt:nō enī ipſi hoies pſe/
quunt:qui cauſam cur iraſcant:innocētibus nō habent: ſed illi ſpūs cōtaminati ac pditi:qbus ue
ritas & nota eſt & inuiſa:inſinuāt ſe mētibus eoꝝ:& inſtigāt neſcios in furorē.Hi enī q̄diu pax eſt
in populo dei:iuſtos fugitāt & pauēt.Et cum corpora hoīum occupāt:aīaſq diu uexāt:adiurant ab his:& in
noīe ueri dei fugant.Quo audito tremūt & exclamāt:& uri uerberariq ſe teſtant:& īterrogati:q ſint quan/
do uenerint:quō in hominē irrepſerint:cōfitent:ſic extorti:& excruciati uirtute diuini noīs exulant:pp hæc
uerbera & minas:ſanctos & iuſtos uiros ſemp oderūt.Et qa p ſe nocere his nihil poſſunt : publicis eos odiis
pſequunt:quos ſibi graues ſentiūt:exercētq ſæuitiā q uiolētiſſime poſſūt:ut aut eorū fidē minuāt p dolorē:
aut ſi id efficere nō quierīt:auferāt oīno de terra: ne ſint q poſſint eoꝝ neqtiā coercere.Nō me fugit qd reſpō/
deri e cōtrario poſſit.Cur ergo deus ſingularis:ille magnus:quē rerū potentē : quē dominū oīum cōfiteris.
hæc fieri patit : nec cultores ſuos aut uindicat:aut tuet ? Cur deniq q eū nō colunt opulēti:& potētes:& bea
ti ſunt:& honoribus regnoq potiunt:eoſq ipſos ditioni ſuæ ac poteſtati ſubiectos habēt? Reddenda & hu/
ius rō eſt rei:neqd remaneat erroris.Nā in primis hæc cā eſt cur exiſtimet religio dei uiui nō hre : qđ indu/
cant hoies ſpe terrenoꝝ ac præſentiū bonoꝝ: quæ ad curā mentis nullo mō ptinēt:qbus qa carere iuſtos ui/
dent:& affluere iniuſtos:& dei cultū inanē arbitrant:in quo ineſſe illa nō cernunt:& deorū ritus exiſtimant
ueros:quoniā cultores eorū & diuitiis:& honoribus:& regnis fruant.Verū hi qui ſunt in hac exiſtimatione
nō pſpiciūt alterius uim rōneq hoīs:quæ tota nō in corpore:ſed ī mēte eſt.Nihil enī uidēt amplius: q̄ uide/
tur:corpus.ſ.qđ quia oculis manuq tractabile eſt:ībecillū:fragile:mortale eſt:cui ſunt illa oīa bona quæ cu/
piditati ac miraculo ſunt:opes:honores:īperia:quoniā corpori afferūt uoluptates:& ideo tam caduca ſunt q̄
corpus ipſum.Animus uero in quo ſolo eſt hō:quoniā ſubiectus oculis nō eſt:nec bona eius inſpici poſſunt
quæ in ſola uirtute ſūt poſita:& iō tā ſtabilis ē & cōſtās & ppetuus ſit neceſſe ē ſicut ipſa uirtus: ī q̄ eſt animi
bonum.

Quare deus electos ſuos tradita īpiis ptāte uexari patiatur. Cap. XXIII.

LOngū eſt uniuerſas uirtutū ſpēs pmere:ut de ſingulis doceā q̄ neceſſe ſit ſapientē ac iuſtū uirū lō
ge ab illis bonis abhorrere:qbus qa fruunt miniſtri deoꝝ cultus ueri:& efficaces eē credunt : qđ
ad pſentē ptinet q̄ſtionē ſatis ē ſi ex una uirtute id pbemus qđ intēdimus.Nēpe magna & præci
pua uirtus ē patiētia : quā pariter & uulgi publicæ uoces:& philoſophi : & oratores ſūmis laudi/
bus cōcelebrāt.Qđ ſi negari nō pōt:qn ſūma ſit uirtus:neceſſe eſt iuſtū & ſapiētē uirū in ptāte eē
hoīs iniuſti:ut capiat patiētiā.Patiētia ē.n.maloꝝ:q aut īferunt:aut accidūt cū æqnimitate platio. Ergo iu/
ſtus ac ſapiēs:qa uirtutē capit:hēt in ſe patiētiā:q carebit oīno : ſi nihil patiet aduerſi. Cōtra q in rebus pſpis
agit īpatiēs ē & uirtute maxīa caret.Impatiētē dico:qa nihil patit :inocētiā quoq ſeruare pōt : q̄ & ipſa iuſto:
& ſapiēti uiro ppria ē uirtus:ſed & nocet ſæpe & cōcupiſcit aliena:& rapit q̄ cupierit p iniuriā:qa uirtutis ex/
ps uitio peccatoq ſubiectus ē:& fragilitatis oblitus aīo īſolēter elato tumet.īde iniuſti ac deū neſciētes:& di
uitiis:& potētia:& honoribus florēt.Hæc.n.cūcta iniuſtitiæ pmia ſūt:qa & ppetua eē nō poſſūt:& p cupidi/
tatē uiolētiāq q̄runt.Iuſtus uero ac ſapiēs:qa illa oīa hūana ſūt (ut ē a Lælio dictū) ſua bona iudicat:nec alie/
nū qcq cocupiſcit:ne quē contra ius humanitatis lædat oīno:nec ullā potētiā honorēue deſiderat:necui faci/
at iniuriā. Scit enī cūctos ab eodē deo & ab eodē conditore generatos iure fraternitatis eſſe coniūctos.Sed

& ſuo cōtētus & paruo:qa fragilitatis ſuæ memor nō amplius q̄rit q̄ unde uitā ſuſtētet:& ex eoipſo: qd' ha/
buerit īpartit̄ etiā nō habenti:qa pius eſt:pietas etiā ſūma uirtus eſt:& accidit ex eo ꝙ uoluptates caducas ui
tioſaſq; cōtēnit:quarū cauſa opes appetunt̄:quoniā cōtinēs eſt ac libidinū uictor:& nihil timoris ac īſolētiæ
gerēs nō extollit ſe altius:nec erigit ſupbū caput. Sed placidus & cōcors:& planus:& comis eſt : qa cōditionē
ſuā nouit. Cū ergo iniuriā nulli faciat nec aliena rapiat:nec ſua quoq;:ſi auferant̄ defēdat:cū ſciat ēt illatā iniu
riā moderate ferre : qa uirtute p̄ditus ē:neceſſe ē iuſtū hominē ſubiectū eē iniuſto:& cōtumeliis ab inſipiēte
affici ſapiētē:ut & ille peccet:qa iniuſtus ē:& hic in ſe uirtutē hēat:qa iuſtus ē. Siqs aūt uolet ſcire plenius cur
malos & iniuſtos deus potētes beatos & diuites fieri ſinat:pios cōtra humiles:miſeros:inopes eſſe patiat̄: ſu
Seneca mat eū Senecæ librū:cui titulus eſt. Quare bonis uiris multa mala accidāt:cū ſit ꝓuidētia:in quo ille multa
nō plane īperitia ſæculari:ſed ſapiēter ac pene diuinitus locutus ē. Deus inqt hoīes ꝓ liberis habet:ſed corru
ptos & uitioſos luxurioſe ac delicate patit̄ uiuere:quia nō putat emendatione ſua dignos. Bonos autē quos
diligit:caſtigat ſæpius:& aſſiduis laboribus ad uſū uirtutis exercet:nec eos caducis ac mortalibus bonis cor/
rumpi ac deprauari ſinit. Vnde nemini debet mirū uideri:ſi pro noſtris ſæpe delictis caſtigamur a deo. Im/
mo uero cū uexamur ac p̄mimur:tū maxime gr̄as agimus īdulgētiſſimo patri:ꝙ corruptelā noſtrā nō patit̄
lōgius ꝓcedere:ſed plagis ac uerberibus emēdat. Ex quo intelligimus nos eē deo curæ:quoniā cū peccamus
iraſcit̄. Nā cū poſſet populo ſuo & opes:& regna largiri:ſicut dederat ante Iudæis : quorū nos ſucceſſores ac
poſteri ſumus:iccirco ēt uoluit ſub aliena ditione atq; impio degere:ne rerū ꝓſperarū fœlicitate corruptus
in luxuriā laberet̄: ac dei præcepta contēneret. Sicut illi maiores noſtri:q ſæpe terrenis ac fragilibus his bo/
nis eneruati:aberrauerūt a diſciplina legis:uinculaq; ruperūt. ꝓuidit ergo quatenus cultoribus p̄ſtaret qetē
ſi mādata ſeruaſſēt:& tamē eos emēdaret:ſi p̄ceptis nō obtēperaſſēt. Itaq; ne tam corrūperent̄ ocio : q̄ patres
eorū licētia:p̄mi eos ab his uoluit:in quoꝝ manibus eos collocauit:ut & labantes cōfirmet:& corruptos ad
fortitudinē reparet:& fidos experiat̄ ac temptet. Quō enī pōt īperator militū ſuoꝝ probare uirtutē : niſi ha
buerit hoſtē? Et illi tamē aduerſarius urgit inuito:quia mortalis eſt & uinci pōt. Deo aūt qa repugnari non
pōt:ipſe aduerſarios nomini ſuo excitat:nō qui cōtra ipſum deū pugnent:ſed cōtra milites eius : ut deuotio
nem ac fidē ſuorū uel ꝓbet:uel corroboret : donec preſſuræ uerberibus defluentē corrigat diſciplinā. Eſt &
alia cā cur aduerſus nos ꝑſecutiones fieri ſinat: ut dei populus augeat̄. Nec eſt difficile mōſtrare cur aut quō
illud fiat. Primū fugant̄ a deoꝝ cultoribus plurimi odio crudelitatis. Cur ēt talia ſacrificia nō horreāt? Dein
de placet qbuſdā uirtus ac fides ipſa. nōnulli ſuſpicant̄ deoꝝ cultū nō ſine cauſa malū putari a tā multis hoī/
bus:ut emori malīt q̄ id facere:qd' alii faciūt ut uiuāt. Aliqui cupiunt ſcire qdnā ſit illud bonū:qd' ad mortē
uſq; defendit̄:qd' oībus q̄ in hac uita iocūda & cara ſūt p̄fert̄:a quo nec bonoꝝ:nec lucis amiſſio: nec dolor
corporis:nec uiſcerū cruciamēta deterrēt. Valēt hæc plurimū:ſed illæ maximæ noſtrorū numerū ſemp au/
xerunt. Audit circūſtās populus īter ipſa tormēta dicētes nō ſacrificare ſe lapidibus manufactis:ſed deo uiuo
qui ſit in cælo. Multi hoc uerū eſſe ītelligūt:& in pectus admittūt. Deīde (ut fieri ſolet in rebus īcertis) dū in/
ter ſe uicē quærūt:quæ ſit huius præſtātiæ cauſa multa quæ ad religionē ꝑtinēt diuulgata:ac ꝑ rumorē uiciſ
ſim aucupata diſcunt̄:quæ quia bona ſunt:placeāt neceſſe eſt. Præterea ultio ſecuta:ſicut ſemp accidit ad cre
dēdū uehemēter īpellit. Nec quidē leuis cauſa eſt:ꝙ īmūdi dæmonū ſpiritus accepta licētia multorū ſe cor/
poribus īmergūt:qbus poſtea reiectis: oēs qui reſanati fuerint:adhæreāt religioni : cuius potētiam ſenſerūt.
Nā tot cauſæ in unū collatæ magnā deo multitudinē mirabiliter acquirunt.

Quod bonoꝝ tortores torquebunt̄:& malas beſtias de terra auferet deus. Cap. XXIIII.

QVicqd ergo aduerſum nos mali prīcipes moliunt̄ fieri ipſe p̄mittit. Et tamē iniuſtiſſimi ꝑſecuto
res:quibus dei nomen contumeliæ:ac ludibrio fuit:nō ſe putent īpune laturos : quia indignatio/
nis aduerſus nos eius q̄ſi miniſtri fuerūt. Punient̄.n.iudicio dei:qui accepta p̄tāte ſupra humanū
modum fuerint abuſi:& inſultauerit ēt deo ſuperbius:eiuſq; nomē æternū ueſtigiis ſuis ſubiece
rit īpie nefarieq; calcādū. Propterea uīdicatuꝝ ſe eos celeriter pollicet̄ & extermīatuꝝ beſtias ma
las de terra. Sed idē q̄uis populi ſui uexatōes:& hic ī p̄ſenti ſoleat uīdicare:tamē iubet nos expectare patiēter
illum cæleſtis iudicii diem:quo ipſe ꝓ ſuis quēq; meritis:aut honoret aut puniat. Quapropter non ſperent
ſacrilegæ aīæ contēptos:& inultos fore quos ſic obterunt. Veniet rabioſis & uoracibus lupis merces ſua : q
iuſtas & ſimplices animas nullis facinoribus admiſſis excruciauerunt:Nos tantummodo laboremus:ut ab
hominibus nihil aliud in nobis niſi ſola iuſtitia puniat̄. Demus operam totis uiribus : ut mereamur a deo
ſimul & ultionem paſſionis: & præmium.

Lactātii Firmiani diuinaꝝ īſtitutionū aduerſus gētes de uero cultu ad Cōſtātinū īmpatorē. Liber ſextus.

Qd' īnocētia ueriſſimus dei cultus ē:quā rē carnalis hō corpori deditus neſcit. Cap. I.

QVOD erat officium ſuſcepti muneris diuino ſpiritu inſtruente : ac ſuffragante ipſa ueritate
compleuimus. Cuius aſſerendæ atq; illuſtrandæ cauſa mihi & ſcientiam & fidem ipſe domi
nus noſter impoſuit:ſine quo nec ſciri quicquam poteſt nec explicari. Venio nunc ad ipſum
quod eſt ſummum operis huius:& maximum:ut doceam quo ritu quoue ſacrificio deum
coli oporteat. Id enī eſt hoīs officiū: in eoq; ſolo ſūma reꝝ:& oīs beatæ uitæ rō conſiſtit quā/
Anaxago/ras do quidem propterea facti & inſpirati ab eo ſumus:nō ut cælū uideremus & ſolem:qd' Ana
xagoras putauit: ſed ut artificē ſolis & cæli deum pura & integra mente coleremus. Quanuis aūt præcedē/
tibus libris ꝓ ingenii mediocritate defenderim ueritatem. tamē ex ritu quoq; ipſo elucere uel maxime pōt.
Nihil.n.ſancta & ſingularis illa maieſtas aliud ab hoīe deſiderat:q̄ ſolā īnocētiā:quā ſiqs obtulerit deo : ſatis
pie religioſeq; litauit. Hoīes aūt neglecta iuſtitia:cū ſint oībus flagitiis ac ſceleribus inqnati:religioſos ſe pu/
tant : ſi templa ac aras hoſtiarum ſanguine cruentauerint : ſi focos adorauerint: ac ueteris uini perfuſione

madefecerint. Quinetiam ſacras dapes apparant: & exquiſitas epulas quaſi aliquid inde libaturi offerunt. Quicquid aſpectu carum: quicquid ope aut odore precioſum eſt: & hæc grata eẽ diis ſuis non ex aliqua diuinitatis rõne: quam neſciunt: ſed ex ſuis cupiditatibus iudicant: nec intelligunt terrenis opibus deum non indigere. Nihil.n. ſapiũt niſi terrã: bonaq́ꝫ & mala ſolius corpis ſenſu & uoluptate ꝑpẽdũt. Huius arbitrio ut religionem ponderant ſic totius uitæ ſuæ acta diſponũt. Et quoniam ſe ſemel a cæli cõtemplatione auerterũt: ſenſumq́ꝫ illũ cæleſtem corpori mancipauerunt: libidinibus frena ꝑmittũt: tanq̃ ſecum ablaturi uoluptatẽ: quã momentis oĩbus cape feſtinant: cũ animus miniſterio corporis: nõ corpus miniſterio animi uti debeat. Idem maximũ iudicãt opes: q̃s ſi bonis artibus aſſequi nõ poſſint: malis aſſequunt: fraudãt: rapiũt: ſpoliãt: inſidiant: abiurãt. Nihil deniq́ꝫ moderati aut penſi hẽnt: dũmodo auro corruſcẽt: argento: gẽmis: ueſtibus: fulgeant: auidiſſimo uentri opes ĩgerant: ſtipati familiaꝝ regibus ꝑ domitũ populũ ſemper ĩcedant. Sic addicti & ſeruientes uoluptatibus: uim uigoremq́ꝫ mentis extingunt: & cũ uiuere ſe maxime putant: ad mortẽ concitatiſſime ꝓperant. Nã ſicut in ſecũdo libro docuimus: cæli rõ in aĩo: terræ aũt in corpore eſt: q̃a bona negligunt animi: corporis appetunt: in tenebris ac morte uerſant: quæ ſunt terræ atq́ꝫ corporis: q̃a uita & lumen de cælo ẽ: cuius quoniã exptes ſũt corpori ſeruiẽdo: lõge abſunt ab ĩtellectu reꝝ diuinaꝝ. Eadẽ miſeros ubiq́ꝫ cæcitas premit ſicut qui ſit uerus deus: ita qui ſit uerus cultor ignorant.

Q d' deus nec eſurit: nec ſitit: nec ĩ tenebris ẽ: ut ei oporteat hoſtias ĩmolari: aut uina offerri: uel lumĩa. Et q̃re hæc offerant diis gẽtiũ q̃ fidẽ rectã & uerã ĩocẽtiã offerre neſciũt: ĩ q̃bus cõſiſtit dei cultus. Et q̃ ĩtra oĩa q̃ ad cultũ dei ꝑtinẽt: ꝑſtãtiſſimũ ẽ hoĩes ad ueritatẽ & iuſtitiã erudire. Et q̃re nolit ab elemẽtis ĩcipe. Ca. II.

MActant igit opimas & pingues hoſtias deo: quaſi eſuriẽti: ꝓfundunt uina tanq̃ ſitiẽti: accendũt lumina uelut in tenebris agenti. Q d' ſi ſuſpicari aut percipere animo poſſent q̃ ſint bona illa cæleſtia: quoꝝ magnitudinẽ terrẽo adhuc corpe obuoluti ſenſu cape nõ poſſumus: iã ſecũ his officiis inanibus ſtultiſſimos eẽ cognoſcãt: uel ſi cæleſte lumẽ q̃d' dicimus ſolẽ cõtẽplari uelĩt: iã ſentiẽt q̃ nõ ĩdigeat lucernis eoꝝ deus: q̃ ipſe ĩ uſum hoĩs tã clarã tã cãdidã lucẽ dedit: & tamẽ cũ ĩ tã paruo circulo: q̃ ꝑp lõginq̃tatẽ nõ ãplius q̃ humani capitis uidet hr̃e mẽſurã: tãtũ ſit fulgoris: ut eũ mortaliũ luminũ acies nõ quæat cõtueri: & ſi pauliſp ĩtẽderis hebetatos oculos: caligo ac tenebræ cõſequãtur. Quid tandẽ luminis: q̃d claritatis apud ipſũ deũ: penes quẽ nulla nox eſt: eẽ arbitremur: q̃ hãc ipſam lucẽ ſic moderatus eſt: utneq́ꝫ nimio fulgore: neq́ꝫ calore uehemẽti noceret animãtibus: tãtũq́ꝫ iſtaꝝ rerũ dedit ei: quãtũ mortalia corpora pati poſſũt: aut frugũ maturitas poſtularet. Nũ igit mẽtis ſuæ cõpos putãdus eſt q̃ auctori & datori luminis: cãdelarũ ac cærarũ lumẽ offert pro munere? Aliud uero ille a nobis exigit lumẽ: & quidẽ non fumidũ: ſed (ut ait poeta) liq̃dum atq́ꝫ clarũ: mẽtis ſcilicet. Propter q̃d' a poetis phanetes nuncupat: q̃d' exhibere nõ põt: niſi q̃ deũ agnouerit. Illorũ autẽ dii q̃a terreni ſunt: egẽt luminibus: ne in tenebris ſint: quoꝝ cultores: q̃a cæleſte nihil ſapiũt: etiã religiones: q̃bus deſeruiũt ad terrã reuocãt. In ea enĩ lumine opus eſt: q̃a ratio eius & natura tenebroſa eſt. Itaq́ꝫ diis nõ cæleſtẽ ſenſum: ſed humanũ potius attribuũt. Ideoq́ꝫ illis neceſſaria & grata credũt eſſe: quæ nobis: q̃bus aut eſuriẽtibus opus eſt cibo: aut ſitientibus potu: aut ueſte algentibus: aut cũ ſol deceſſerit: lumine: ut uidere poſſimus. Nullis igit ex rebus tã probari & intelligi poteſt deos ipſos: cũ aliquãdo uixerint: mortuos eſſe q̃ ex ipſo ritu: qui eſt totus e terra. Quid enĩ cæleſtis ĩ ſe boni poteſt habere pecudũ ſanguis effuſus: quo aras inquinãt: niſi forte deos exiſtimãt eo ueſci: q̃d' hoĩes aſpernant attingere? Et q̃ſquis illis hãc ſaginã præſtiterit: q̃uis ille graſſator: adulter: ueneficus: parricida ſit: beatus ac fœlix erit. Hunc diligũt: hũc tuent: huic oĩa q̃ optauerit: ꝑſtãt. Merito ergo Perſius huiuſcemodi ſuꝑſtitiones ſuo more deridet. Qua tu inq̃t mercede deorũ: Emeris auriculas pulmone & lactibus unctis? Sẽtiebat: uidelicet nõ carne opus eſſe ad placandã cæleſtẽ maieſtatẽ: ſed mẽte ſancta: & iuſto animo: & pectore (ut ipſe ait) q̃d' naturali ſit honeſtate generoſum. Hæc eſt religio cæleſtis: nõ quæ cõſtat ex rebus corruptis: ſed uirtutibus animi: qui orit e cælo. Hic uerus cultus eſt: in quo mẽs colẽtis ſeipſam deo ĩmaculatã uictimã ſiſtit. Id ãt ipſum quõ cõſequendũ: quõ præſtandũ ſit: docebit huius libri diſputatio. nihil enĩ tam præclarũ: hoĩq́ꝫ conueniẽs poteſt eſſe: q̃ erudire hoĩes ad iuſtitiã. Apud Ciceronẽ Catulus in hortenſio philoſophiã rebus oĩbus præferens: male ſe dicit: uel unũ paruũ de officio libellũ: q̃ longã orationẽ ꝓ ſeditioſo hoĩe Cornelio. Quæ ſententia nõ utiq́ꝫ Catuli: q̃ fortaſſe illud nõ dixit: ſed Cicerõis eſt putãda: q̃ ſcripſit credo ut libellos: quos de officiis erat ſcripturus commẽdaret: in q̃bus ipſis nihil eſſe teſtat in oĩ philoſophia melius & fructuoſius: q̃ ꝑcepta uitæ dare: Quod ſi hoc illi faciũt: q̃bus nõ eſt ueritas cognita: quãto magis nos facere debemus: q̃a deo eruditi & illuminati: poſſumus uera ꝑcipere: nec tamẽ ſic docebimus: ut q̃ſi prima uirtutis elementa tradamus: q̃d' eſt infimũ. Sed tanq̃ docẽdũ ſuſcepimus eũ: q̃ apud illos iã ꝓuectus uideat. Manentibus enĩ ꝑceptis eorũ: quæ ſolent ad ꝓbitatẽ recte dare ignota illis ſuꝑſtruemus ad ꝑficiundã cõſumandãq́ꝫ iuſtitiã: quã non tenẽt. Ea uero q̃ poſſũt cũ illis eẽ cõia: ꝑtermittã: ne q̃d ab his uidear mutuari: quoꝝ errores coarguere: atq́ꝫ apire decreuerim.

De duabus uiis: q̃rũ altera uirtutũ: altera uitioꝝ eſt: q̃ in lr̃a pythagorica figurantur & fidelius tractant a chriſtianis q̃ a philoſophis: & de duobus ducibus uiarum. Cap. III.

DVæ ſunt uiæ per quas humanã uitã ꝓgredi neceſſe eſt. ſ. una quæ in cælũ ferat. Altera q̃ ad ĩferos deprimat: quas & poetæ in carminibus: & phĩ in diſputationibus ſuis induxerũt. Et q̃dẽ phĩ alterã uirtutum eſſe uoluerũt. alterã uitioꝝ: eãq́ꝫ quæ ſit aſſignata uirtutibus. primo aditu eſſe arduam & cõfragoſam: in qua ſiq̃s difficultate ſuꝑata in ſũmũ eius euaſerit: habere eum de cætero planũ iter: amœnũq́ꝫ cãpũ: & oẽs laborũ ſuorũ capere fructus uberes atq́ꝫ iucundos. Quos autem primi aditus difficultas deterruerit: eos in eã uitiorũ uiam labi atq́ꝫ deflectere: quæ primo ingreſſu ſit quaſi amœna: multoq́ꝫ triſtior. Deĩde cũ in eã paulo ulterius ꝓceſſerint: amœnitatis eius ſpem repẽte ſubduci. Exoriri aũt uiã ꝑcipitẽ: nũc ſaxis aſperã: nũc obductã ſentibus: nũc gurgitibus interciſam: uel torrẽtibus rapidã:

ut laborare:hærere:labi:cadere ſit neceſſe.Quæ oīa eo ꝓferunt:ut appareat in uirtutibus capiendis labores eſſe maximos:in p̄ceptis autē maximos fructus:& ſolidas atq̧ īcorruptas uoluptates.Vitia uero q̄bus delinimentis naturalibus allicere aīos hoīum:& inaniū iucunditatū ſpecie captos:ad acerbas amaritudines miſeriaſq̧ ꝑducere ſapiēs prorſus diſputatio:ſi uirtutū ipſarū formas atq̧ terminos ſcirēt.Nō enī didicerant uel quæ ſint:uel quid eas mercedis a deo maneat:quod nos his duobus libris docebimus.Hi uero quia ignorabant aut dubitabāt aīas hoīum īmortales eē:& uirtutes:& uitia terrenis honoribus aut pœnis æſtiauerūt. Omnis ergo hæc de duabus uiis diſputatio ad frugalitatē ac luxuriā ſpectat.Dicunt.n.humanæ uitæ curſū. y.eſſe lr̄æ ſimilē:ꝙ unuſqſq̧ hoīum cū primū adoleſcentiæ limē attigerit:& in eū locū uenerit:ubi ſe uia ſcindit in ambas:hæreat nutabundus:ac neſciat in quā ſe partē potius inclinet.Si ducē nactus fuerit:qui dirigat ad meliora titubātē:hoc eſt ſi aut philoſophiā didicerit:aut eloquentiā:aut aliqd honeſtæ artis:quo euadat ad bonā frugē:qd' fieri ſine labore maximo nō pōt honeſtā ac copioſam uitā diſputāt peracturū.Si uero doctorē frugalitatis nō inuenerit:ad ſiniſtrā uiā quæ melioris ſpeciē mentiat̄ īcedere.i.deſidiæ luxuriæ:iertiæque ſe tradere:quæ ſuauia quidē uident̄ ad tēpus uera bona ignoranti.Poſt autē amiſſa omni dignitate ac re familiari in oībus miſeriis ignominiaq̧ uicturū.Ad corpus ergo:& ad hāc uitam:quā ī terra ducimus:fines earū uiarū rettulerūt poetæ fortaſſe melius:q̄ biuiū apud īferos eē uoluerūt.Sed ī eo fallunt̄:qa eas uias mortuis ꝓpoſuerūt.Vtriq̧ ergo uere:ſed tamē utriq̧ nō recte:qa oportuit uias ipſas ad uitā:fines earū ad mortē referri.Nos igit̄ melius & uerius:qa duas iſtas uias cæli & īferoꝝ eſſe dicimus:qa iuſtis īmortalitas:iniuſtis pœna æterna ꝓpoſita eſt.Quō aūt uiæ iſtæ uel in cælū tollāt:uel ad inferna præcipitēt explicabo & aperiam quæ ſint uirtutes:quas philoſophi neſcierūt:tum etiā quæ ſint præmia earū:ſimul etiā quæ ſint uitia:quæue eoꝝ ſupplicia mōſtrabo.Nā fortaſſe aliqs expectet:ut ſeparatim de uitiis:ac uirtutibus dicā:cum de bono ac malo diſſerētibus nobis etiā quod eſt cōtrariū poſſit intelligi.Siue enī uirtutes inferas uitia ſua ſpōte decedēt:ſiue uitia eximas:uirtutes ultro ſubibunt:ſic bonorū ac malorū cōſtituta natura eſt:ut ſe inuicē ſemp̄ oppugnēt:ſemp expellāt:ita fit ut neq̧ uitia retrahi ſine uirtutibus poſſint:nec uirtutes inſeri ſine detractione uitiorū.Has igit̄ uias lōge aliter īducimus:q̄ a philoſophis induci ſoleāt.Primū ꝙ utriq̧ propoſitū eſſe dicimus ducē utrūq̧ īmortalē.Sed alterū honoratū:qui uirtutibus ac bonis ſit præditus.Alterū damnatū:q̄ uitiis ac malis.Illi autē in deteriore tantū uiā ducē ponunt:neq̧ unū:neq̧ perpetuū.Siquidē quēlibet doctorem bonæ artis inducunt:q a deſidia reuocet hoīes:& frugi eſſe doceat.Sed neq̧ ingredi faciunt in eā uiā:niſi pueros & adoleſcētes:uidelicet ꝙ artes diſcantur in his ætatibus.Nos autē oīs ſexus:& generis & ætatis in hoc cæleſte iter īducimus:qa deus qui eius uiæ dux eſt:īmortalitatē nulli hoī nato negat.Forma quoq̧ uiarum ipſarū nō ita eſt ut illi putauerūt.Quid enī opus eſt.y.in rebus cōtrariis atq̧ diuerſis?Sed altera illa melior cōuerſa eſt ad ſolis ortū.Altera illa deterior ad occaſum:quoniā qui ueritatē ac iuſtitiā ſequit̄:is accepto īmortalitatis p̄mio perēni luce potiet̄:q aūt ab illo malo duce illectus p̄tulerit uitia uirtutibus:mēdaciū ueritati:neceſſe eſt ad occaſum & tenebras deferat̄.Deſcribā igit̄ utrāq̧:& earū ꝓprietates habituſq̧ mōſtrabo.

De uia uirtutis:quæ in Elyſios campos deducere dicitur:& uitiorum:quæ ad impia tartara & ducibus utriuſq̧. Cap.IIII.

VNa eſt igit̄ uirtutis ac bonorū uia:q̄ fert nos in Elyſios campos (ut poetæ loquunt̄) Sed ad ipſam mundi arcē.At leua malorū Exercet pœnas:& ad impia tartara mittit.Eſt enī criminatoris illius:qui prauis religionibus inſtitutis:auertit hoīes ab itinere cæleſti:& in uiā ꝑditionis inducit Cuius uiæ ſpecies & figura ſic eſt compoſita in aſpectu:ut plana & patens omni genere florum atq̧ fructuū delectabilis eſſe uideatur.In ea.n.poſuit deus oīa:quæ pro bonis habent̄ in terra:opulētiā dico honorē:qetē:uoluptatē:illecebras oēs:ſed cū his pariter iniuſtitiā:crudelitatem:ſuperbiā:ꝑfidiā:libidinem cupiditatem:diſcordiā:ignorantiā:mendaciū:ſtultitiā:cæteraq̧ uitia:exitus autē huius talis eſt.uix cū uētū fuerit ad extremū:unde iam regredi non licet:cum oī ſua pulchritudine tam ſubito præcidit̄:ut nō ante qs fraudem ꝓſpicere poſſit:q̄ præcipitatus in altitudinem ꝓfundam cadat. Quiſquis enim p̄ſentium bonorū ſpecie captus:& in his conſequendis ac fruendis occupatus:nō præuiderit ea quæ poſt mortē ſecutura ſunt ſeq̧ a deo auerterit.Is uero qui ad inferos adiectus:in æternam damnabit̄ pœnam.Via ergo illa cæleſtis difficilis & cliuoſa ꝓpoſita ē:uel ſpinis horrentibus aſpera:uel ſaxis extantibus īpedita:ut cū ſummo labore ac pedū tritu:cūq̧ magna cadēdi ſollicitudine ſit cuiq̧ gradiendū.In hac poſuit iuſtitiā:temperantiā:patientiā:fidem:caſtitatem:abſtinentiam:concordiam:ſciām:ueritatem:ſapiam:cæteraſq̧ uirtutes:ſed ſimul cum his paupertatem:ignominiam:laborē:dolorē:amaritudines omnes.Quiſquis.n.ſpem ſuam porrexerit longius:& maiora maluerit:carebit his terræ bonis:ut expeditus ac leuis difficultatē uiæ ſuperet.Nec.n.pōt q ſe apparatu regio circundederit:aut diuitiis onerauerit:anguſtias illas uel ingredi:uel tenere.Vnde intelligit̄ iccirco malis & iniuſtis facilius prouenire quæ cupiāt:quia ꝓna & decliuis eſt eorum uia.Bonis autem quæ optent:difficile ꝓcedere:quia difficili & arduo itinere gradiunt̄.Iuſtus ergo quoniam durum aſperūq̧ iter ingreſſus ē:contemptui:deriſui:odio ſit neceſſe ē.Omnes.n.quos cupiditas aut uoluptas præcipites trahit:inuident ei:qui uirtutem cape potuit:& inique ferunt id habere aliquem:quod ipſi non habent.Erit itaq̧ paup:humilis:ignobilis:ſubiectus iniuriæ:& tamen oīa quæ amara ſunt:ꝑferens.Et ſi patiētiā iugem ad ſummū illum gradū finemq̧ perduxerit:dabit̄ ei corona uirtutis:& a deo ꝓ laboribus quos in uita pp iuſtitiam ꝑtulit:immortalitate donabit̄.Hæ ſunt uiæ:quas deus humanæ uitæ aſſignauit:in quibus ſingulis & bona oſtendit:& mala:ſed ordine præpoſtero atq̧ conuerſo.In una.n.mōſtrauit temporalia prius mala cum æternis bonis:qui eſt ordo melior.In altera temporalia prius bona cum æternis malis:qui eſt ordo deterior:ut quicunq̧ præſentia mala cum iuſtitia delegerit:maiora & certiora bona cōſequatur:q̄ fuerint illa q̄ ſpreuit.Quiſquis autem p̄ſentia bona ꝓpoſuerit iuſtitiæ in maiora & longiora īcidet mala:q̄ fuerint illa

quæ fugit.Hæc.n.uita tpalis:qa breuis eſt:iccirco & bona eius & mala breuia ſint neceſſe:ē illa uero ſpūalis:
quæ huic terrenæ cōtraria ē:qa ſempiterna ē:iccirco & bona eius & mala ſempiterna ſunt.ita fit:ut & bonis
breuibus mala æterna:& malis breuibus bōa æterna ſuccedāt.Itaqꝫ cū ſimul ꝓpoſita ſint hoi.bona & mala:
cōſiderare unūquēqꝫ ſecū decet:q̃to ſatius ſit pro perpetuis bonis mala breuia penſare:q̃ ꝓ breuibus & cadu/
cis bonis mala ꝑpetua ſuſtiere.Nā ſicut ī hoc ſæculo cū ē ꝓpoſitū cū hoſte certamē:prius laborandū ē:ut ſis
poſtmodū ī ocio:eſuriendū:ſitiēdū:æſtus:frigora ꝑferenda:humi qeſcendū:uigilandū ꝑiclitandū ē: ut ſaluis
pignoribus:& domo:& re familiari:& oībus pacis ac uictoriæ bonis ꝑfrui poſſis.Sin āt præſens ociū malue
ris q̃ laborē: malū tibi maximū facias neceſſe ē.Præoccupabit.n.aduerſarius nō reſiſtentē:uaſtabunt agri:di
ripiet domus:ī prædā uxor ac liberi uenīēt:ipſe interficere ac rapiere.Quæ oīa ne accidāt:pſens cōmodū dif
ferēdum ē:ut maius longiuſqꝫ pariat.Sic ī omni hac uita:qa nobis aduerſariū deus reſeruauit: ut poſſemus
carpere uirtutē:omittēda ē præſens uoluptas:ne hoſtis opprimat:uigilandū:ſtatōes agendæ:militares expe/
ditōes obeūdæ:fundēdus ad ultimū cruor.Oīa deniqꝫ amara & grauia patiēter ferēda eo qdē ꝓmptius:quo
nobis īperator noſter deus præmia ꝓ laboribus æterna conſtituit.Et cū ī hac terrena militia tātū hoies labo
ris exhauriāt: ut ea ſibi pariāt: q̃ poſſunt eodē modo ꝑire quo ꝑta ſunt:certe nobis nullus labor ē recuſādus:
quo id acqrat:qđ nullo mō poſſit amitti.Voluit.n.deus q hoies ad hāc militiā gēuit:expeditos ī acie ſtare: &
ītētis acriter aīs ad unius uel īuiſibilis hoſtis īſidias:uel aptos īpetꝰ uigilar:q nos (ſicut ꝑiti & exercitati duces
ſolēt) uariis artibus captat:ꝓ cuiuſqꝫ natura & moribus ſæuiēs.Aliis.n.cupiditatē īſatiabilē īmittit ut opibus
ſuis tanq̃ cōpedibus alligatos a uia ueritatis excutiat.Alios īflāmat iræ ſtimulis:ut ad nocēdū potius ītētos a
dei cōtemplatōe detorqueat:Alios īmoderatis libidinibus īmergit:ut uoluptati & corpori ſeruientes ad uir
tutē reſpicere nō poſſint.Aliis uero īſpirat īuidiā:ut ſuis ipis tormentis occupati:nihil aliud cogitēt:niſi eoꝝ
quos oderit fœlicitatē.Alios inflāmat ambitōibus.Hi ſunt q ad gerendos magiſtratus oēm uitæ ſuæ operā
curāqꝫ cōuertūt:ut faſtos ſignēt:& annis nomē imponāt.Quorūdā cupiditas tendit altius:nō ut ꝓuincias tē
porali gladio regant:ſed ut infinita:& ꝑpetua p̃tāte dominos ſe dici uelint uniuerſi generis humāi.Quos āt
pios uiderit.anibus īplicat religiōibus:ut īpios faciat.His uero q ſapiētiā quærūt:philoſophiā in oculos im
pingit:ut ſpecie lucis execret: neqs cōprehendat aut teneat ueritatē.Sic hominibus obſtruxit aditus omnes
& obſepſit oēs uias publicis latas erroribus:quos ut diſcutere poſſemus:ipſumqꝫ auctorem maloꝝ uincere:
illuminauit nos deus & armauit uera cæleſtiqꝫ uirtute:de qua mihi nūc diſſerēdum eſt.

De falſa diffinitiōe philoſophiæ:quam auctore Lucillio poſuerunt philoſophi:& uera differentia ſcientiæ
& uirtutis. Cap. V.

SEd prius q̃ ſingulas uirtutes exponere īcipiā determināda ē ipſa uirtus: quā philoſophi non recte
definierūt qd eſſet:aut ī cæteris qbus rebus qd opis qd hēat offici.Nomē itaqꝫ ſolū retinuerūt: uī
uero:& effectū:& rōnem ꝑdiderūt.Quæcūqꝫ āt in definitōe uirtutis ſolēt dicere: paucis uerſibus
colligit & enumerat Lucillius:quos malo equidē ponere:ne dum multoꝝ ſententias refello: ſim Lucillius
longior q̃ neceſſe ē. Virtus Albine eſt preciū ꝑſoluere uerum. Quis inuerſamur:qs uiuimus rebus adeſſe.
Virtus eſt homini ſcire id quod quæqꝫ habeat res. Virtus ſcire homini rectum:utile:quid ſit honeſtum.
Quæ bona quæ mala.Item quid inutile turpe inhoneſtum. Virtus quærendæ rei finem ſcire modum/
que: Virtus diuitiis:præmium perſoluere poſſe. Virtus id dare:quod re ipſa debet honori. Hoſtē eē:atqꝫ
inimicū hominum morūqꝫ bonoꝝ. Contra deſēſorē hominum:morūqꝫ bonorum. Hos magnificare:
his bene uelle:his uiuere amicū. Cōmoda præterea p̃riæ ſibi prima putare. Deīde parētum:tertia iam po/ M.Tulli.
ſtremaqꝫ nr̃a.Ab his diffinitōibus quas poeta breuiter cōprehēdit.M.Tul.traxit officia uiuēdi: Panætiū ſtoi Panætius
cū ſecutus:eaqꝫ tribus uoluminibus īcluſit.Hæc āt q̃ falſa ſint:mox uidebimus ut appeat q̃tū nobis dignatio phūs
diuīa contulerit:q̃ nobis appuit ueritatē.Virtutē eſſe dixit ſcire qd ſit bonum & malū:qd turpe:qd honeſtū:
qd utile: quid minus:breuiuſqꝫ facere potuit: ſi tātum bonum ac malum diceret: quia nihil poteſt eſſe utile
uel honeſtum:quod non idem bonum ſit.Nihil inutile ac turpe:quod non idem malum ſit. Quod & phi
loſophis uidet:& idem Cicero in tertio ſupradicti operis libro oſtendit.Veꝝ ſcīa non poteſt eē uirtus.quia
non eſt intus in nobis.ſed ad nos extrinſecus uenit.Quod aūt tranſire ab altero ad alteꝝ poteſt: uirtus non
eſt:quia ſua cuiqꝫ eſt.Scīa igit alieni beneficii eſt:quia poſita eſt in audiendo.Virtus tota noſtra eſt: quia poſi
ta eſt in uoluntate faciendi bona.Sicut ergo in itinere celebrādo nihil prodeſt uiam noſſe:niſi conatus ac ui/
res ſuppeditent ambulandi:ita ueri ſcīa nihil prodeſt:ſi uirtus ꝓpria deficiat.nam fere etiam hi qui peccant
etſi nō perfecte:tamen quid ſit bonum & malum ſentiunt.Et quotiens aliquid improbe faciunt:peccare ſe
ſciunt: & ideo cælare nitunt.Sed cum eos boni & mali natura non fallat:cupiditate mala uincuntur ut pec
cent:qa deeſt illis uirtus.i.cupiditas recta & honeſtas faciendi.Ex hoc igit apparet aliud eſſe ſcīam boni mali
qꝫ:aliud uirtutem:quia poteſt eſſe ſcīa ſine uirtute:ſicut in plurimis philoſophoꝝ fuit.In quo quoniam re/
cte ad culpam pertinet:non feciſſe quæ ſcieris:recte uoluntas praua & uitioſus animus:quem excuſare igno
ratio non poteſt:puniet.Ergo ſicut uirtus non eſt bonum ac malum ſcire:ita uirtus eſt bonum facere: ma/
lum non facere.Et tamen ſcīa ſic cū uirtute cōiuncta eſt:ut ſcīa præcedat uirtutem:uirtus ſubſequat ſcīam:
quia nihil prodeſt cognitio niſi & actio ſubſequat.Hora.ergo paulo melius diffiniuit. Virtus ē uitium fu/
gere:& ſapīa prima. Sed inepte:qa eam contrario terminauit:ut ſi diceret:Bonum eſt quod malū nō ē. Cū
enim quid ſit uirtus neſcio:ne uitium quidem quid ſit ſcio.Vtrunqꝫ igit indiget diffinitiōe:quia natura rei
talis eſt: ut utrunqꝫ aut ītelligi:aut non intelligi ſit neceſſe.Verum nos faciamus quod ille debuit.Virtus eſt
iram cohibere:cupiditatem compeſcere:libidinem refrenare:id eſt enim uitiū fugere.nam fere omnia quæ
fiunt iniuſte atqꝫ improbe ab his oriunt affectibus.Si enim commotionis huius:quæ ira dicit: impetus re/
tundat:omnes hominum contentiones malæ ſopient:nemo inſidiabit:nemo proſiliet ad nocendum.Itē

ſi cupiditas temperet̃ nemo terra maricꝫ graſſabit̃:nemo exercitum ducet ut rapiat & uaſtet aliena.Itẽ ſi ardor libidinum comprimat̃:oĩs ætas & ſexus retinebit ſuã ſanctitatẽ.nemo qcquã pudẽdum aut patiet̃ : aut faciet.Ergo uniuerſa ſcelera & flagitia his cõmotionibus uirtute ſedatis: ex hoĩum uita moribuſcꝫ tollent̃. Quæ ſedatio cõmotionum & affectuum hanc habet rõnem: ut oĩa recta faciamus .Omne igit̃ uirtutis officium eſt nõ peccare:quo ꝑfecto fungi non poteſt q deum neſcit:quoniam ignoratio eius a quo bona oriũtur ĩprudentem impingat ĩ uitia neceſſe eſt.itacꝫ ut breuius & ſignificãtius utriuſcꝫ rei ſumma officia determinẽ:ſcia eſt deum noſſe:uirtus colere:ĩ illo ſapia:in hoc iuſtitia continetur.

Qđ phi neſciuerũt qd eẽt bonũ:aut malũ:qa fontẽ boni lucidũ neſciebãt:nec ĩtellexerũt qs debeat reꝝ & operũ finis eſſe:& quomõ conſtet Lucilliũ falſo diffiniuiſſe uirtutis officia. Cap. VI.

Dixi quod erat primum ſcientiam boni non eſſe uirtutem.Deĩde quid ſit uirtus & in quo ſit. Sequitur ut id quocꝫ ipſum quid ſit bonum & malum neſciſſe philoſophos breuiter oſtendam: quia pene declaratum eſt libro tertio cum de ſummo bono diſputarem . Qui autem quid eſſet ſummum bonum neſcierunt:& in cæteris bonis maliſue quæ ſumma non ſunt : errauerint neceſſe eſt:quod non poteſt uero iudicio examinare qui fontem ipſum nõ tenet: unde illa deſcẽdũt Fons autẽ bonoꝝ deus eſt:maloꝝ uero ille.ſ.diuini noĩs ſemꝑ inimicus:de quo ſæpe diximus. Ab his duobus principiis bona malacꝫ oriunt̃.Quæ ueniunt a deo hanc habent rationem ut immortalitatem parent: quod eſt ſummũ bonum.Quæ autem ab illo altero id habent officiũ ut a cæleſtibus auocatũ:terreniſcꝫ demerſum ad pœnã ĩterficiãt ſempiternã: qđ eſt ſummũ malũ.Nõ igit̃ dubiũ eſt:qn omnes illi qd eſſet bonũ & malũ ignorauerint:q nec deũ:nec aduerſariũ eius ſcierint.itacꝫ finẽ bonoꝝ ad corpus:& ad hanc breuem uitam rettulerunt:qđ.ſ.ſolui & occidere neceſſe eſt:non ſunt ꝓgreſſi lõgius.Sed oĩa eorũ p̃cepta:ut oĩa quæ inducunt bona terræ inhærent:& humi iacent:quoniã ſimul cũ corpore qđ eſt terra moriunt̃.Pertinet .n. non ad uitam homini comparandam.ſed ad quærendas uel augendas opes: honores: gloriam: potentiam: quæ ſunt uniuerſa mortalia:tam.ſ.q̃ ille q ut ea ſibi cõtingerẽt:laborauit. Hic eſt illud:Virtus quærẽdæ rei: finem ſcire modũcꝫ.Præcipiũt.n.qbus modis & qbus artibus res familiaris quærẽda ſit:qa uidẽt male quæri ſolere:ſed huiuſmodi uirtus nõ eſt ꝓpoſita ſapiẽti.Nec.n.eſt uirtus opes quærere:quaꝝ necꝫ ĩuentio: necꝫ poſſeſſio in noſtra ꝑtãte ẽ.Itacꝫ & quæſtu:& obtentu faciliores ſunt malis q̃ bonis .Nõ põt ergo uirtus eſſe ĩ his rebus quærendis:in quaꝝ contemptu uis ac rõ uirtutis apparet:nec ad ea ipſa traſfugiet: quæ magno ac excelſo aĩo calcare ac ꝓterere geſtit.necꝫ fas eſt aĩam cæleſtibus intentam bonis:ut hæc fragilia ſibi cõparet: ab ĩmortalibus ſuis opibus auocari.Sed potiſſimũ in his rebus cõparãdis:uirtutis rõ cõſiſtit:quas nobis nec hõ ullus:nec mors ipſa põt auferre cũ hæc ita ſe habeãt. Illud qđ ſequit̃ ueꝝ ẽ.Virtus diuitiis preciũ ꝑſoluere poſſe.Qui uerſus idẽ fere ſignificat:qđ primi duo ſed necꝫ ipſe necꝫ qſquã philoſophoꝝ ſcire potuit preciũ ipſum:uel q̃le uel qđ ſit. idẽ.n.poetæ & illi oẽs quos ſecutus:ẽ putauerunt recte opibus uti hoc ẽ frugi eẽ non ĩſtruere cõuiuia ſumptuoſe:nec largiri temere:nõ effundere in res ſupuacuas aut turpes rẽ familiarem. Dicet aliqs fortaſſe.Quid tu? negas ne hãc eẽ ueritatẽ? non qdẽ nego:Contraria.n.uideor probare ſi negem. Sed uerã nego:qa nõ ſit illa cæleſtis:ſed tota terrẽa:quãdo qdẽ nihil efficit niſi qđ remãeat ĩ terra.Quid ſit ãt recte opibus uti & qs ſit ex diuitiis fructus petẽdus declarabo aptius cũ de pietatis officio loq cœꝑo:iã cætera quæ ſequunt̃ nullo mõ uera ſunt.nã ĩprobis inimicitias ĩdicere:aut bonoꝝ defenſionẽ ſuſcipe põt cũ malis eſſe cõe:qdã.n.ꝓbitate ficta uiã ſibi ad potẽtiã muniũt:faciũtcꝫ multa:q̃ boni ſolent: eo qdem ꝓmptius q̃ fallẽdi gr̃a faciũt.Vtinãcꝫ tam facile eſſet præſtare:q̃ facile ẽ ſimulare bonitatẽ.Sed hi cũ eſſe cœpint p̃poſiti ac uoti ſui cõpotes:& ſummũ potentie gradum cœperint:tũ uero ſimulatiõe depoſita:mores ſuos detegũt: rapiũt oĩa uiolãt & uexãt:eoſcꝫ ipſos bonos:quoꝝ cauſam ſuſcepant : ĩſequũt̃:& gradus ꝑ quos aſcenderũt: amputant:neqs illos cõtra ipſos poſſit imitari.Verũtamen putemus hoc officium nõ niſi boni eẽ : ut bonos defendat.At id ſuſcipere facile eſt:implere difficile:qa cũ te certamini congreſſionicꝫ cõmiſeris:ĩ arbitrio dei: non tuo uictoria poſita eſt.Et plerũcꝫ ĩprobi & numero:& conſpiratõe ſunt potentiores q̃ boni:ut ad eos ſuperãdos nõ tã uirtus ſit q̃ fœlicitas neceſſaria.An aliqs ignorat quotiens melior iuſtiorcꝫ pars uicta ſit? Hinc ſemper dominatões acerbæ in ciues extiterunt.Plena eſt exemplis oĩs hiſtoria:ſed nos contenti erimus uno.

Cn·Pompeius Cn.n. Põpeius bonorum uoluit eſſe defenſor:ſiquidem pro republica: pro ſenatu:pro libertate arma ſuſcæpit.Idem tamen uictus cum ipſa libertate occidit̃:& a ſpadonibus Aegyptiis detruncatus: inſepultus abiectus eſt.Non eſt igit̃ uirtus aut hoſtẽ malorum:aut defenſorem bonorum eſſe:qa uirtus ĩcertis caſibus nõ poteſt eſſe ſubiecta. Commoda præterea p̃riæ prima putare. Sublata hominum cõcordia uirtus nulla eſt omnino.Quæ ſunt enim p̃riæ cõmoda:niſi alterius ciuitatis aut gentis ĩcõmoda? Id eſt fines ꝓpagare alios uiolenter ereptos:augere imperium:uectigalia facere meliora.Quæ omnia nõ uticꝫ uirtutes: ſed uirtutum ſunt euerſiones.In primis enim tollit̃ humanæ ſocietatis coniunctio:tollit̃ innocentia: tollit̃ alieni abſtinentia:tollit̃ denicꝫ ipſa iuſtitia:quæ diſſidium generis humani ferre non poteſt : & ubicunque arma fulſerint: hinc eam fugari:& exterminari neceſſe eſt.Verum eſt Ciceronis illud: Qui autem ciuium rationem dicunt habendam externoꝝ negant dirimunt:hi cõmunem generis humani ſocietatẽ:qua ſublata: beneficentia: liberalitas: bonitas:iuſtitia funditus tollit̃.Nã quomodo põt iuſtus eſſe:q nocet:qui odit:q ſpoliat: q occidit? Quæ omnia faciunt:qui p̃riæ prodeſſe nitunt̃.Id.n.ipſum prodeſſe quid ſit ignorant:qui nihil putant utile: nihil commodum niſi quod teneri manu poteſt:quod ſolum teneri non poteſt:quia eripi poteſt.Hæc itacꝫ (ut ipſi appellant)bona:quiſquis p̃riæ acquiſierit:hoc eſt q euerſis ciuitatibus gentibuſcꝫ deletis:ærariũ pecunia referſerit:agros cœperit:ciues ſuos locupletiores fecerit:hic laudibus fert̃ ĩ cælum:hæc putat̃ ſumma & perfecta eſſe uirtus.Qui error nõ modo populi & imperitoꝝ:ſed etiam philoſophoꝝ eſt: q præcepta quocꝫ dãt ad iuſticiam ne ſtultitiæ ac malitiæ diſciplinæcꝫ auctoritas deſit.Itacꝫ cum de officiis ad rem militarem

pertinentibus diſputent:neqꝫ ad iuſticiam:neqꝫ ad ueram uirtutem cõmodat̃,illa omnis orõ:ſed ad hanc uitam mortéqꝫ ciuilé:quam non eſſe iuſticiam:& res ĩdicat & ipſe Cicero teſtatus eſt. Sed nos ĩquit ueri iuris germanæqꝫ iuſticiæ ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenemus. Vmbra & imaginibus utimur: eaſqꝫ ipſas utinam ſequeremur.Ferũt̃ enim ab optimis naturæ ac ueritatis exemplis.Vmbra eſt igit̃ & imago iuſticiæ:quam illi iuſticiam putauerunt.Quid ſapiẽtiã?nõne idem confitent̃ in philoſophis eſſe nullã?Aut cũ Fabritius ĩquit:Aut Ariſtides iuſtus nominet̃:aut ab illis fortitudinis:aut ab hoc iuſticiæ tanquã a ſapiente petit̃ exemplũ.Nemo.n.horum ſic ſapiens:ut ſapiẽtem uolumus ĩtelligi.Nec hi qui ſapiẽtes habiti & nominati.M.Cato:Catulus: Lælius ſapientes fuerunt.Nec illi quidem ſeptem:ſed ex mediorum officiorum frequentia ſimilitudiné quandam gerebant ſpeciemqꝫ ſapientiæ.Si ergo & philoſophis ipſoꝝ cõfeſſione adempta ſapientia eſt:& his qui iuſti habiti ſũt:adempta iuſticia eſt.Omnes igit̃ illæ uirtutis deſcriptões falſæ ſint neceſſe eſt:qa quæ ſit uera uirtus ſcire non poteſt:niſi iuſtus ac ſapiens.Iuſtus auté ac ſapiens nemo é:niſi qué dominus præceptis cæleſtibus erudiuit.

Quod in uia erroris eſt ſpecies ſapientiæ & uirtutis.Et ꝙ uia ueritatis & ſapientiæ eſt ſimplex:& anguſta:& ardua & deum habet ducem. Cap. VII.

IAm illi oés q per alioꝝ cõfeſſam ſtulticiã ſapientes exiſtimant̃:ſpecie uirtutis inducti: umbras & imagines apprehédunt:nihil uerum.Quod ea ſit rõne quoniam uia illa mendax:quæ fert ad occaſum:multos tramites habet ꝑꝑ ſtudioꝝ & diſciplinaꝝ̃ ueritatem:quæ ſunt ĩ uita hoĩum diſſimiles atqꝫ diuerſæ.Nam ſicut illa uia ſapientiæ habet aliquid ſimile ſtultitiæ:qđ libro præcedente monſtrauimus:ita hæc cũ ſit tota ſtultitiæ habet aliquid ſimile ſapientiæ:qđ arripiant hi qui ſtultitiã publicam ĩtelligunt:& ut habet uitia manifeſta:ſic habet aliqđ quod ſimile eſſe uideat̃ uirtuti:ut habet apertũ ſcælus:ſic imaginem quãdam:ſpeciéqꝫ iuſticie.Quomodo.n.præcurſor eius uiæ:cuius uis & poteſtas oĩs in falléđo é:uniuerſos ĩ fraudé poſſet ĩducere:niſi ueriſimilia hoĩbus oſtentaret?Deus.n.ut ĩmortale illud arcanũ eius ĩ apto eét:poſuit ĩ uia ſua quæ hoĩes ꝓ malis & turpibus aſpnarét̃:ut auerſi a ſapía & ueritate: quã ſine duce ullo reqrebãt:ĩ idipm ĩciderent:qđ uitare ac fugere cupiebãt.Itaqꝫ illã perditõis ac mortis uiã multiplicé oſtédit:uel ꝙ multa ſunt genera uitæ:uel ꝙ dii multi q colunt̃. Huius dux præuaricator ac ſubdolus: ut uideat̃ eé diſcrimé aliqđ falſi & ueri mali ac boni.Alia ducit luxurioſos:alia eos q frugi appellant̃: alia ĩperitos:alia doctos:alia ĩertes:alia ſtrenuos:alia ſtultos:alia philoſophos.Et eos qdem nõ uno tramite.Illos.n.q aut uoluptates:aut diuitias nõ refugiũt:ab hac publica & celebri uia modice ſegregat:Eos aũt q aut uirtuté ſeq uolũt:aut cõtemptũ reꝝ cõfitent̃:ꝑ cõfragoſa quædã præcipitia trahit.Sed tamé illa oĩa itinera ꝗ ſpeciem bonoꝝ oſtentãt:nõ ſunt aliæ uiæ:ſed diuerticula & ſemitæ:quæ uidét̃ qdé ab illa cõmuni dextro uerſum ſeparari:ad eandé tamé & ad unum oés exitum ſub ipſo fine referunt̃.Ibi.n.dux ille coniungit omnes: ubi opus fuerat bonos a malis:fortes ab ĩermibus:ſapiẽtes a ſtultis ſeparari:ĩ deoꝝ.ſ.cultu:ĩ quo ille uniuerſos(qa ſine ullo diſcrimĩe ſtulti fuerũt)uno mucrone iugulat:& præcipitat ĩ morté.Hæc ãt uia quæ eſt ueritatis:& ſapientiæ:& uirtutis:& iuſticiæ:quorum oĩum fons unus é:una uis:una ſedes:& ſimplex é:qđ paribus animis ſummaqꝫ cõcordia unũ ſequamur:& colamus deũ:& anguſta : quoniã paucioribus uirtus data é:& ardua:quoniã ad bonũ qđ ſummũ & ſublime é:niſi cũ ſũma difficultate & labore nõ põt ꝑueniri.

Quare a philoſophis ueritas inueniri non poteſt: nec ab his qui terrenis dediti ſunt ſed ab electis inuenit̃ per legem dei:cui poteſt Ciceronis definitio adaptari. Cap. VIII.

HAec eſt uia:quam philoſophi quærunt:ſed ideo non ĩueniunt:qa in terra potius ubi apparere nõ poteſt quærunt.Errant ergo uelut ĩ mari magno:nec quo ferant̃ ĩtelligunt:qa nec uiã cernũt:nec ducem ſequuntur ullum.Eadem nanque ratione hanc uitæ uiam quæri oportet: qua in alto iter nauibus quærit̃.Quæ niſi aliquod cæli lumé obſeruent incertis caſibus uagantur. Quiſquis aũt rectum iter uitæ tenere nitit̃:non terram debet aſpicere ſed cælum: &(ut apertius loquar) nõ hominem ſequi debet:ſed deum:non his terreſtribus ſimulacris:ſed deo ſeruire cæleſti : non ad corpus referri oĩa:ſed ad mentem:non huic uitæ dare operam:ſed æternæ.Itaqꝫ ſi oculos ĩ cælum ſemper intendas:& ſolé qua oritur obſerues:eumqꝫ habeas uitæ quaſi nauigii ducem:ſua ſponte ĩ uiam pedes dirigent̃: & illud cæleſte lumé quod ſanis mẽtibus multo clarius ſole eſt:ꝗ hic quem ĩ carne mortali uidemus: ſic reget: ſic gubernabit:ut ad ſummum ſapientiæ uirtutiſqꝫ portum ſine ullo errore perducat. Suſcipiéda igit̃ dei lex eſt: quæ nos ad hoc iter dirigat:illa ſancta:illa cæleſtis:quam Marcus Tullius ĩ libro de republica tertio pene diuina uoce depinxit:cuius ego ne plura diceré uerba ſubieci. Eſt quidé uera lex:recta ratio naturæ cõgruens diffuſa in omnes:conſtans ſempiterna:quæ uocet ad officium iubendo uetando a fraude deterreat: quæ tamen neqꝫ probos fruſtra iubet:aut uetat:nec improbos iubendo aut uetando mouet. Huic legi nec propagari fas eſt:neqꝫ derogari ex hac aliquid licet:neqꝫ tota abrogari poteſt.Nec uero aut per ſenatum:aut per populum ſolui hac lege poſſumus.Neqꝫ eſt quærẽdus explanator aut interpres eius alius.Nec erit alia lex Romæ:alia Athenis:alia nunc:alia poſt hanc:ſed & omnes gentes & omni tempore una lex : & ſempiterna : & ĩmmutabilis continebit.Vnuſqꝫ erit communis quaſi magiſter & iꝑator oĩum deus:ille legis huius inuẽtor:diſceptator:ſator:cui qui nõ parebit: ipe ſe fugiet:ac naturã hominis aſpernatur:hoc ipſo luet maximas pœnas etiam ſi cætera ſupplicia quæ patitur effugerit.Quis ſacramentum dei ſciẽs tam ſignificanter enarrare legem dei poſſet:quam illam homo longe a ueritatis noticia remotus expreſſit?Ego uero eos qui uera imprudentes loquuntur:ſic habẽdos puto tanꝗ diuino ſpiritu aliquo inſtructi. Quod ſi ut legis ſanctæ uim rõnemqꝫ peruidit ita illud quoqꝫ ſciſſet aut explicaſſet:in quibus præceptis lex ipſa conſiſteret: nõ philoſophi functus eſſet officio ſed prophetæ.Quod quia facere ille non poterat:nobis faciendum eſt : quibus ipſa lex tradita eſt:ab illo uno magiſtro & imperatore omnium deo.

Qđ caput religionis & uia ueritatis ẽ deũ fideliter noſcere & fideliter colere. Et q̃re diuerſæ leges ſint a gẽtibus iſtitutæ. Et q̃s ſenſuũ ĩtegritate uigeat: quã gr̃a largit᷑ potius q̃ natura. Cap. IX.

HVius legis caput eſt primum ipſum deum noſſe: ſoli obtemperare: ſolum colere. Non poteſt enĩ rõnem hoĩs obtinere: qui parentem animæ ſuæ deũ neſcit qđ eſt ſummũ nefas. Quæ ignoratio facit: ut diis alienis ſeruiat: quo nihil ſceleratius cõmitti põt. Hic iã ꝓcliuis eſt ad malitiã gradus ꝑ ignorantiã ueri ac ſingularis boni: q̃a deus quẽ noſſe refugit: fons eſt ipſe bonitatis. Vel ſi iuſtitiã ſequi uolet dei: diuini tamen iuris ignarus: gentis ſuæ leges tanq̃ ueꝝ ius amplectit᷑: quas nõ utiq; iuſtitia ſed utilitas reperit. Cur. n. ꝑ oẽs populos diuerſa & uaria iura ſunt condita: niſi q; unaquæq; gens id ſibi ſanxit: quod putauit rebus ſuis utile? Quantũ aũt a iuſtitia recedat utilitas: populus ipſe Ro. docet: q per feciales bella ĩdicendo: & legitime iniurias faciendo: ſempq; aliena cupiendo atq; rapiendo poſſeſſionẽ ſibi totius orbis cõparauit. Veꝝ hi ſe iuſtos putant: ſi contra leges ſuas nihil faciant quod etiam timori aſcribi poteſt: ſi præſentium pœnaꝝ metu ſceleribus abſtineant. Sed cõcedamus ſane ut id natura: uel (ut ait philoſophus) ſua ſponte faciant: quod legibus facere cogunt᷑. Nũ iccirco iuſti erunt: q parent ĩſtitutis hoĩum: q & ipi aut errare: aut iniuſti eſſe potuerunt. Sicut illi duodecim tabulaꝝ conditores: q publicæ utilitati ꝓ conditione tempoꝝ ſeruierunt. Aliud eſt igit᷑ ciuile ius: qđ ꝓ moribus ubiq; uariat᷑. Aliud eſt uera iuſtitia: quã uniformẽ ac ſimplicẽ ꝓpoſuit oĩbus deus: quẽ q ignorat: & ipſam iuſtitiã ignoret neceſſe ẽ: ſed putemus fieri poſſe: ut aliq̃s naturali & ĩgenito bono ueras uirtutes capiat: qualẽ fuiſſe Timonem Athenis accepimus: q & egentibus ſtipem dedit: & pauperes inuitauit: & nudos induit. Tamen cum illud unum quod eſt maximum: deeſt agnitio dei: iam illa bona omnia ſuperuacua ſunt & inania ut fruſtra in his aſſequendis laborauerit. Oĩs. n. iuſtitia eius ſimilis ẽ humano corpori caput nõ hñti: ĩ quo tã&ſi mẽbra oĩa & locis ſuis conſtent: & figura: & hĩtudĩe: tamẽ quoniã deeſt id: qđ ẽ oĩum prĩcipale: & uita & oĩ ſenſu caret. Itaq; mẽbra illa formã tantũmõ mẽbroꝝ habẽt: uſum nõ habẽt. Tam. ſ. q̃ caput ſine corpore cui ſimilis ẽ q cum deum ĩgnoret: uiuit iniuſte. Id. n. ſolũ habet: qđ eſt ſũmũ: ſed fruſtra quoniã uirtutibus tanq̃ mẽbris caret. Itaq; ut ſit uiuũ ac ſenſibile corpus: & agnitio dei neceſſaria ẽ quaſi caput: & oẽs uirtutes quaſi corpus: ita fiet hõ perfectus ac uiuus: ſed tamẽ ſũma oĩs ĩ capite ẽ: quod q̃uis cõſtare non poſſit ſine oĩbus: ſine q̃buſdã tamen põt. Et erit q̃dem animal uitioſum ac debile: ſed tamen uiuet: ſicut & is q deum nouit. & ĩ aliqua re peccat. Dat. n. peccatis ueniã deus. Itaq; ſine mẽbris aliq̃bus uiui põt ſine capite nullo mõ. Hæc res efficit: ut philoſophi etiã ſi natura boni ſunt tamẽ nihil ſciant: nihil ſapiãt. Omnis doctrĩa & uirtus eoꝝ ſine capite eſt: q̃a deũ neſciũt: q eſt uirtutis ac doctrĩæ caput: quem q non agnoſcit: licet uideat cæcus ẽ: licet audeat ſurdus licet loquat᷑ elinguis eſt. Cũ uero cõditorẽ reꝝ parentẽq; cognouerit: tũc & uidebit & audiet: & loquet᷑. Habere. n. caput cœpit in quo ſunt ſenſus oẽs collocati: hoc ẽ oculi: auris: & lĩgua: nã ꝑfecto is uidet: q ueritatẽ ĩ qua deus ẽ: uel deum in quo ueritas ẽ oculis cordis aſpexerit. Is audit q diuinas uoces ac p̃cepta uitalia pectori ſuo affigit: his loquit᷑ q cæleſtia diſſerens: uirtutẽ ac maieſtatẽ dei ſingularis enarrat. Quare nõ eſt dubiũ: q̃n impius ſit: q̃ſq̃s deũ nõ agnouerit: oẽſq; uirtutes eius q̃s habere aut tenere ſe putat: ĩ illa mortifera uia reperiũt᷑: quæ ẽ tota tenebrarũ. Quapropter nihil ẽ q; aliq̃s ſibi gratulet᷑: ſi has ĩnanes uirtutes adeptus ẽ: q̃a non tantũ miſer q bonis præſentibus careat: ſed ẽt ſtultus ſit neceſſe eſt: q labores ĩ uita ſua maximos ſuſcipiat ĩcaſſum. Nã dẽpta ſpe ĩmortalitatis: quam deus pollicet᷑ ĩ ſua religiõe uerſantibus: cuius aſſequendæ gr̃a uirtus appetenda ẽ: & q̃cq̃d maloꝝ acciderit: ꝑferendũ eſt. Maxima erit profecto uanitas obſeq uelle uirtutibus: quæ fruſtra homini calamitates afferũt & labores. Nã ſi uirtus ẽ: egeſtatẽ: exilium: dolorem: mortẽq; quæ timent᷑ a cæteris: pati fortiter ſubire: q̃d tandẽ boni ĩ ſe habet: cur eam philoſophi ꝑp ſeipſam dicant expetendã? Nimiꝝ ſupuacuis & ianibus pœnis delectant᷑: q̃bus licet agere tranq̃lle. Si. n. mortales ſunt animæ: ſi uirtus diſſoluto corpore nihil futura ẽ: q̃d fugimus attributa nobis bõa: quaſi aut ingrati aut indigni q diuinis muneribus ꝑfruamur? Quæ bona ut habeamus: ſcelerate impieq; uiuendũ eſt: q̃a uirtutem. i. iuſticiam paupertas ſequit᷑. Sanus igit᷑ nõ ẽ: q nulla ſpe maiori propoſita: his bonis q̃bus cæteri utunt᷑ uita labores & cruciatus: & miſerias anteponat. Si autem uirtus (ut ab his rectiſſime dicit᷑) capeſcenda ẽ: q̃a cõſtet ad eam naſci hoĩem: ſubeſſe debet ſpes aliqua maior: quæ maloꝝ & laboꝝ: quos perferre uirtutis eſt: magnũ efferat præclarumq; ſolatium: Nec aliter uirtus cum ꝑ ſe dura ſit: haberi ꝓ bono poteſt: q̃ ſi acerbitatẽ ſuam maximo bono penſet. Aeq; nõ aliter his bonis præſentibus abſtinendum eſt: q̃ ſi ſint aliqua maiora: propter quæ tanti ſit & uoluptates omittere: & mala oĩa ſuſtĩere. Ea uero nulla ſunt bona alia (ut ĩ tertio docui) niſi perpetuæ uitæ. Hanc autem præſtare q̃s poteſt: niſi deus q uirtutem ipſam propoſuit. Ergo ĩ dei agnitione & cultu rerum ſumma uerſat᷑: ĩ hoc eſt ſpes oĩs & ſalus hoĩs hic eſt ſapiẽtiæ gradus primus: ut ſciamus q̃s ſit nobis uerus pater: eumq; ſolũ pietate debita ꝓſeq̃mur: huic pareamus: huic deuotiſſime ſeruiamus ĩ eo ꝓmerẽdo actus oĩs: & cura: & opera colloceť.

Quod religio deo miſericordia homini debet᷑. Et quas cauſas ædificãdi ciuitates & cõuiuendi ſocialiter: & inuentõis uerborum falſo commenti ſunt. Cap. X.

DIxi q̃d debeat᷑ deo: dicam nunc q̃d homini tribuendum ſit: quãquam idipſum quod homini tribueris: deo tribuit᷑: q̃a homo dei ſimulacrum eſt. Sed tamen primum officium iuſticiæ eſt coniũgi cum deo: ſecũdum cum hoĩe. Sed illud primũ religio dicit᷑: hoc ſecundum miſericordia: uel humanitas nominat᷑. Quæ uirtus propria eſt iuſtoꝝ & cultorum dei: q; ea ſola uitæ cõmunis ĩ ſe continet rõnem. Deus. n. q cæteris aĩalibus ſapientiam non dedit. naturalibus ea munimentis ab ĩcurſu & periculo tutiora generauit. Hoĩem uero q̃a nudum fragilemq; formauit: ut eum ſapiẽtia potius inſtrueret: dedit ei præter cætera hunc pietatis affectum: ut homo hĩem tueat᷑: diligat: foueat: cõtraq; oĩa ꝑicula & accipiat: & præſtet auxiliũ. Summũ igit᷑ iter ſe hoĩum uinculũ eſt hũanitas: quod q diſruperit: nefarius & parricida exiſtimãdus ẽ. Nã ſi ab uno hoĩe quẽ deus finxit: oẽs orimur: certe conſanguinei ſumus. & ideo

maximum ſcelus putandum ē odiſſe hoīem uel nocentem.Propterea deus præcepit inimicitias ꝑ nos nunquam faciendas:ſemꝑ eſſe tollendas.ſ.ut eos q ſint nobis inimici:neceſſitudinis admonitos mitigemus.Itē ſi ab uno deo īſpirati ſumus omnes & aīati:qd aliud q̄ fratres ſumus? Et quidem coniunctiores animis: q̄ qui corporibus.Itaq̧ nō errat Lucretius cum dicit. Deniq̧ cæleſti ſumus omnes ſemine oriundi. Omnibus ille idem pater eſt. Ergo ꝓ bæluis īmanibus ſunt habendi:q hominibus nocent:q contra ius humanitatis & fas omne ſpoliant:cruciant:occidunt:exterminant.Ob hanc neceſſitudinē germanitatis docet nos deus mala nunquā facere:bonū aūt ſemꝑ:id aūt ipſum bene facere qd ſit:idē ipſe præſcribit.Præſtare auxiliū depreſſis & laborantibus:īpartiri uictū non habentibus.Deus.n.quoniā pius eſt:animal nos uoluit eſſe ſociale.Itaq̧ ī aliis hominibus nos ipſos cogitare debemus:nō meremur ī ꝑiculo liberari:ſi nō ſuccurrimus:nō meremur auxilium:ſi negamus.Ad hāc partem philoſophoꝝ nulla præcepta ſunt : quippe q falſe uirtutis ſpecie capti: miſericordiam de homine ſuſtulerunt:& dum uolunt ſanare uitia auxerūt.Et cum idem plerūq̧ fateant̃: ſocietatis humanæ cōmunionē eſſe retinendam:ab ea plane ſeipſos inhumanæ uirtutis ſuæ rigore diſſociant. Conuincendus ergo etiam hic error illorum eſt:qui nihil cuiquam impartiēdum putant. Vrbis condendæ originem atq̧ cauſam non unam intulerunt:ſed alii eos homines qui ſint ex terra primitus nati: cum per ſiluas & campos erraticam degerent uitam:nec ullo īter ſe ſermonis aut iuris uinculo cohærerēt: ſed frōdes & herbam pro cubilibus:ſpeluncas & antra pro domibus haberēt:beſtiis & fortioribus aīalibus prædæ fuiſſe cōmemorant:Tum eos q aut laniati effugerant:aut laniari ꝓximos uiderāt admonitos periculi ſui: ad alios homines decurriſſe:præſidium īploraſſe:& primo nutibus uolūtatē ſignificaſſe.Deīde ſermonis initia temperaſſe:ac ſingulis qbuſq̧ rebus noīa imprimendo:paulatim loquendi perfeciſſe rōnem.Cū aūt nec multitudinē ipſam uiderēt contra beſtias eſſe tutā:oppida ēt cœpiſſe munire:uel ut qetem noctis tutā ſibi facerēt:uel ut īcurſiones atq̧ īpetus beſtiaꝝ non pugnādo:ſed obiectis aggeribus arcerent.O īgenia hominibus īdigna: quæ has ieptias ꝓtulerunt:miſeros atq̧ miſerabiles:q ſtultitiam ſuā lrīs memoriæq̧ mādauerunt. Qui cū uiderent mutis quoq̧ animalibus īgenitam eſſe rōnem:uel conueniēdi:uel īuicem appetēdi:uel periculi fugiendi:uel mali cauendi:uel cubicula ſibi & latibula parandi : homines autem ipſos exiſtimauerint non niſi exemplis admoneri ac diſcere potuiſſe :quid metuere ſibi : quid cauere : quid facere deberent: aut nunquam conuenturos inter ſe fuiſſe:nec loquendi rationem reperturos:niſi eos beſtiæ comediſſent. Hæc aliis delira uiſa ſunt: ut fuerūt:dixeruntq̧ nōn feraꝝ laniatus cauſam fuiſſe coeundi:ſed ipſam potius humanitatem. Itaq̧ inter ſe congregatos:q natura hominum ſolitudinis fugiens & communionis ac ſocietatis appetens eſſet non magna inter eos diſceptatio ē. Siqdem cauſæ diſpares ſunt:res eadē eſt:Potuit utrunq̧ igit̃ eē quia non repugnat:ſed tamē utrunq̧ nullo modo uerum ē:qa non per omnem terram nati ſunt homines e terra:tanquā ex draconis alicuius dentibus ſeminati(ut poetæ ferūt)ſed unus homo a deo fictus eſt: ab eoq̧ uno omnis terra humano genere completa eſt:eadem.ſ.rōne:qua rurſus poſt diluuiū:quod certe negare nō poſſunt.Nulla igit̃ in prīcipio facta eſt eiuſmodi congregatio:nec unquam fuiſſe homīes ī terra:qui propter infantiam non loquerent̃.Intelligit cui rō non deeſt.Fingamus tamen illa uera eſſe quæ ocioſi & iepti hoīes ſenes fabulant̃:ut eos potiſſimum ſenſibus & ſuis rationibus refellamus.Si hac de cauſa ſunt homines congregati: ut mutuis auxiliis imbecillitatem ſuam tuerent̃: ſuccurendum eſt igit̃ homini: qui egeat auxilio. Cum.n.præſidii cauſa hoīes ſocietatem cum hominibus inierint & ſanxerint:fœdus illud a principio ſui ortus īter homines initum aut uiolare:aut non conſeruare:ſummum nefas putandū eſt. Nam q ſe a præſtando auxilio remouet:ēt ab accipiendo ſe remoueat neceſſe eſt:qa nullius ope īdigere ſe putat: q alteri ſuā denegat.Huic uero q ſe ipſe diſſociat ac ſecernit a corpore non ritu hominis ſed feraꝝ more uiuendū eſt. Quod ſi fieri nō pōt:retinēdū ē igit̃ omni mō uinculū ſocietatis humanæ:qa homo ſine hoīe nullo mō poteſt uiuere.Retentio autem ſocietatis eſt communitas:ideſt auxilium præſtare:ut poſſimus accipere:Sin uero(ut illi alii diſputant)humanitatis ipſius cā facta ē hoīum cōgregatio:hō certe hoīem debet agnoſcere.Q̃d ſi fecerīt illi rudes & adhuc feri hoīes:& fecerūt nondū cōſtituta loquendi rōne:qd putemus hoībus expolitis: & ſermonibus rerūq̧ oīum cōmercio īter ſe copulatis eē faciēdū:q aſſueti hoībus ſolitudinē ferre nō poſſunt?

In quos præcipue ſit humanitas exercenda:& ī quibus liberalitatibus imaginariis pereant opera : & quæ impenſa præſtantis. Cap. XI.

COnſeruanda eſt igit̃ humanitas:ſi homines recte uelimus dici.Id autem ipm conſeruare humanitatem:quid aliud eſt:q̄ diligere hoīem quia homo ſit:& id quod nos ſumus. Diſcordia igit̃ atq̧ diſſenſio non eſt ſecundū hominis rōnem.Verūq̧ ē illud Ciceronis qđ ait hoīem naturæ obedientem homini nocere non poſſe.Ergo ſi nocere homini contra naturam ē: ꝓdeſſe igit̃ homini ſecundū naturam ſit neceſſe eſt.Q̃d qui non facit:hominis ſe appellatione deſpoliat:quia humanitatis officiū eſt neceſſitati hominis ac ꝑiculo ſubuenire.Quæro igit̃ ab his qui flecti ac miſereri non putant eſſe ſapientis:ſi homo ab aliqua beſtia comprænhenſus auxilium ſibi armati hominis īploret:utrū ne ſuccurrendū putent an minime? Nō ſunt tam imprudētes:ut negēt fieri oportere:qđ flagitat: quod expoſcit humanitas Item ſi aliquis circūueniat̃ igni:ruina opprimat̃:mergat̃ mari:flumine rapiat̃: num putēt hominis eſſe nō auxiliari? non ſunt ipſi homines:ſi putent. Nemo.n.pōt eiuſmodi periculis non eſſe ſubiectus : īmo uero & hoīs & fortis uiri eſſe dicent ſeruare perituꝝ.Si ergo in eiuſmodi caſibus qui periculū uitæ hoī afferūt: ſuccurrere humanitatis eſſe concedunt.quid cauſæ eſt ſi hō eſuriat:ſitiat:algeat ſuccurrēdum eſſe non putent? Quæ cū ſint paria natura cū illis caſibus fortuitis:& unā eandēq̧ humanitatē deſiderent:tamē illa diſcernūt quia non re ipſa uera:ſed utilitate præſenti oīa metiunt̃.Illos.n.quos ꝑiculo ſurripiunt ſperāt ſibi gr̄am relaturos.Egentes autem:qa non ſperant:perire arbitrant̃ quicquid eiuſmodi hoībus impartiant. Hinc eſt illa. Plauti deteſtanda ſnīa. Male meret̃ qui medico dat quod edat. Nam & illud quod dat perit:& illi ꝓducit

uitam ad miſeriam. At.n. poeta fortaſſe pro perſona locutus eſt. Quid. M. Tullius ĩ ſuis officialibus libris?
nõne hoc idem pſuadet nõ eẽ omnino largiendum? Sic enim dixit. Largitio quæ fit ex re familiari: fontem
ipſum benignitatis exhaurit: ita benignitas benignitate tollit. Qua quũ in plures uſus ſis eo minus in mul/
tos uti poſſis. & idem paulo poſt. Quid autem eſt ſtultius: q̃ quod libenter facias: curare ut id diutius facere
non poſſis? Videlicet pfeſſor ſapiæ refrenat homines ab humanitate: monetq́ ut rem familiarem diligen/
ter cuſtodiant: malintq́ arcam q̃ iuſticiam conſeruare. Quod cum intelligeret inhumanum eſſe ac nefariũ:
mox aliquo capite q̃ſi actus pœnitentia ſic ait: nõnunq̃ tamẽ eſt largiendũ: nec hoc benignitatis genus oĩno
repudiandum: & ſæpe idoneis hoĩbus egentibus de re familiari impartiẽdum. Quid eſt idoneis? nempe his
qui reſtituere ac referre grãm poſſint. Si nunc Cicero uiueret exclamarẽ: profecto Hic hic. M. Tulli aberraſti
a uera iuſticia: eamq́ uno uerbo ſuſtuliſti: cum pietatis & humanitatis officia utilitate metitus es. nõ.n. ido/
neis hoĩbus largiendum eſt: ſed quantũ põt nõ idoneis. Id.n. iuſte: id pie: id humane fit: qd' ſine ſpe recipien/
di feceris. Hæc eſt uera illa & germana iuſticia: cuius ſolidam & expreſſam effigiem nullam tenere nos dicis
ipſe pluribus locis clamas mercenariam nõ eſſe uirtutem: friſq́ in libris legum tuarum liberalitatẽ gratui/
tam eſſe his uerbis. Nec eſt dubium: qn is qui liberalis benignuſq́ eẽ dicit: officiũ non fructũ ſequat. Cur er/
go idoneis potius largiris: niſi ut poſtea mercedẽ recipias? Te ergo auctore ac præceptore iuſticiæ quiſquis
idoneus non erit: nuditate: ſiti: fameq́ conficiet: nec homines copioſi & uſq́ ad delitias abundantes ſubue/
niẽt ultimæ neceſſitati. Si uirtus mercedẽ non exigit: ſi pter ſe (ut dicis) expetẽda ẽ: ergo iuſticiã principem
mrẽmq́ uirtutũ ſuo pcio nõ tuo cõmodo eſtima: ei potiſſimũ tribue: a quo nihil ſpes. qd pſonas eligis: qd
mẽbra ĩſpicis? Pro hoĩe tibi habẽdus eſt qſquis precat: iõ qa te hoĩem putet. Abiice umbras illas imagineſq́
iuſticiæ: atq́ ipſam uerã & expreſſam tene: largire cæcis: debilibus: claudis: deſtitutis: qbus niſi largiare: mo/
riendum eſt. Inutiles ſunt hominibus: ſed utiles deo: q eos retinet in uita: qui ſpũ donat: qui luce dignat: fo/
ue quantum ĩ te ẽ: & animas hominum ne extinguant: humanitate ſuſtẽta. Qui ſuccurrere pituro poteſt ſi
non ſuccurrerit: occidit. Veꝝ iſti quia neq́ naturã retinent: neq́ præmiũ ĩ eo quod ſit ſciunt: dum pdere ti/
mẽt: perdunt: & ĩ id quod maxime cauẽt: ĩcidunt: ut qcqd largiunt: aut pereat omnino: aut ad tẽpus breuiſ/
ſimũ proſit. Nam q exiguã ſtipẽ miſeris negant q conſeruare humanitatẽ ſine damno ſuo nolunt pͥmonia
ſua effundunt: ut aut peritura & fragilia ſibi cõparẽt: aut certe ſuis maximis dãnis nihil conſequant: qd.n. di/
cendum ẽ de his q populari leuitate ducti: uel magnis urbibus ſuffecturas opes exhibendis muneribus: ĩpen/
dunt: niſi eos demẽtes atq́ furioſos qui præſtẽt id populo quod & ipſi pdant: & nemo eoꝝ quibus præſtat:
accipiat? Itaq́ ut eſt oĩs uoluptas caduca & breuis: oculoꝝ maxime & auriũ aut obliuiſcãt hoĩes: & alterius
dãna pro ingratis habẽt: aut ẽt offendunt: ſi non eſt libidini uulgi ſatiſfactũ: ut ẽt hoĩes ſtultiſſimi malũ ſibi
malo comparauerint: aut ſi adeo placuerint: nihil amplius q̃ inanẽ fauorẽ: paucorũq́ dieꝝ fabulas aſſequũt.
Sicut quotidie leuiſſimoꝝ hoĩum pͥmonia in res ſuperuacuas prodigunt. Num ergo ſapientius q utiliora
& diuturniora ciuibus ſuis exhibẽt munera? Hi.ſ. q publicis operibus extructis: memoriã nomini ſuo quæ/
runt. næ iſti qdẽ recte bona ſua in terrã ſepeliũt: quia nec memoria qcquã mortuis cõfert: nec opera eoꝝ ſem/
piterna ſunt: ſiquidẽ aut uno tremore terræ diſſipant & corruũt: aut fortuito cõſumunt incẽdio: aut hoſtili
aliquo impetu diruunt: aut certe uetuſtate ipſa diſſoluta labuntur. Nihil eſt.n. (ut ait orator) opere & manu
factum quod nõ conficiat & conſumat uetuſtas. At hæc iuſticia & leuitas floreſcit quotidie magis. illi ergo
melius: qui tribulibus ſuis aut clientibus largiuntur. Aliquid.n. præſtant hominibus & proſunt: ſed non eſt
illa uera & iuſta largitio. Beneficentia.n. nulla eſt ubicunq́ neceſſitas non eſt. Perit ergo quicquid gratiæ cau/
ſa tribuit non indigentibus: aut cum fœnore reddit: & beneficentia non erit. Quod etiam ſi gratum eſt his
quibus datur: iuſtum tamen non eſt: quia ſi non fiat: nihil mali ſequitur. Vnum igit certum & uerum libe/
ralitatis officium ẽ egentes atq́ inutiles alere.

A quo ſit ſeparanda & expetẽda: & quæ & quanta ſit ueræ liberalitatis merces & quam inanis & nulla fal/
ſæ: & qui ſunt gradus humanitatis. Cap. XII.

HAec ẽ illa pfecta iuſticia: quæ cuſtodit humanã de qua philoſophi loquunt ſocietatẽ. Hic diuitiaꝝ
maximus & ueriſſimus fructus ẽ: non uti opibus ad pprĩa unius uoluptatẽ: ſed ad multoꝝ ſalu/
tẽ: non ad præſentẽ ſuum fructũ: ſed ad iuſticiam: quæ ſola non interit. Tenendum ẽ igit oĩno ut
ab officio miſericordiæ ſpes recipiẽdi abſit oĩno. Huius.n. opis & officii merces a deo expetẽda eſt
ſolo: nam ſi ab hoĩe expetes: iam non humanitas erit illa: ſed beneficii fœneratio: nec poteſt uide/
ri bene meruiſſe: q qd' fecit nõ alteri: ſed ſibi præſtat: & tamẽ eo redit: ut quod alteri qſq́ præſtiterit: nihil ab
eo cõmodi ſperãs: uere ſibi præſtet: qa mercedẽ capiet a deo. Itẽ deus præcepit: ut ſi quando cœnam paraueri
mus: eos ĩ cõuictũ adhibeamus: q reuocare nõ poſſint & uicẽ reddere: ut oĩs actus uitæ noſtræ nõ careat mi/
ſericordiæ munere. Nec tamẽ quiſquã ĩterdictã ſibi putet aut cõmunionẽ cum amicis: aut caritatẽ cũ proxi/
mis: ſed notũ nobis deus fecit: quod ſit uerũ & iuſtum dei opus: ita nos oportet cum proximis uiuere: dum/
modo ſciamus illud ad hominẽ: hoc ad deum ptinere. Precipua igr uirtus eſt hoſpitalitas: quod philoſophi
quoq́ aiunt. Sed eam detorquẽt a uera iuſticia: & ad cõmodũ rapiũt. Recte inquit Cicero a Theophraſto eſt
laudata hoſpitalitas. Eſt enim (ut mihi quidẽ uidet) ualde decoꝝ patere domos hominũ illuſtrium hoſpiti
bus illuſtribus. Eodẽ modo rurſus errauit: quo tum cũ idoneis eẽ diceret largiẽdum: non.n. iuſti & ſapiẽtis
uiri domus illuſtribus debet patere: ſed humilibus & abiectis. Nam illuſtres illi ac potẽtes nulla re poſſunt
ĩdigere: quos opulẽtia ſua & munit: & honorat: nihil ãt a uiro iuſto faciẽdũ eſt: niſi quod ſit beneficium. Be/
neficium ãt ſi refert ĩterit: atq́ finit. nec.n. poſſumus id habere ĩtegrum cuius precium nobis perſolutum ẽ.
In his itaq́ beneficiis iuſticiæ rõ uerſat: q̃ ſalua & ĩcorrupta permanſerit. Permanẽt aũt nõ aliter q̃ ſi præſtẽt
his hoĩbus: q prodeſſe nullo nõ poſſunt. At ille ĩ recipiendis illuſtribus nihil ſpectauit aliud: niſi utilitatẽ: nec

diſſimulauit homo ingenioſus:quid ex eo commodi ſperaret. At enim quid faciat potentem apud exteros
futurum per grãm pricipũ : quos ſibi hoſpitii & amicitiæ iure conſtrixerit. O q̃ multis argumẽtis Ciceroĩs
iconſtantia ſi id agerẽ:redargui poſſet:nec tam noſtris quã ſuis uerbis refelleret̃:idẽ quippe ait:ut qſq; maxi/
me ad ſuum cõmodũ referat quæcunq; agit:ita neminẽ eſſe uirum bonũ:idem etiam negat ſimplicis & ap/
ti hoĩs eſſe ambire ſimulare aliqd:& prætẽdere aliud agere uideri:cũ aliud agat:præſtare ſe alteri fingere qđ
ſibi præſtet:ſed malitioſi potius:& aſtuti:& fallacis:& ſubdoli. Quomodo ergo defenderet quo minus am/
bitioſa illa hoſpitalitas malitia eẽt? Tu mihi ꝑ oẽs portas circũcurſes:ut aduenĩetes populoꝝ atq; urbiũ prin
cipes domũ tuam iuites:ut per eos apud ciues eoꝝ potẽtiam cõſequare:uelıſq; te iuſtũ:& humanũ:& hoſpi
talẽ uideri: cũ ſtudeas utilitati tuæ. Veꝝ hoc ille nõ potius icaute. Quid.n.minus in Ciceronẽ cõuenit? Sed
ignorãtia ueri iuris prudẽs ac ſciẽs ĩ hos ſe laqueos iduxit. Quod ut ei poſſit ignoſci:teſtificatus ẽ nõ ad uerã
iuſticiam : quã nõ teneat præcepta ſe dare:ſed ad umbrã imaginẽq; iuſticiæ. Ignoſcẽdũ eſt igiť umbratico &
imaginario præceptori:nec ab eo ueritas exigẽda eſt:q ſe neſcire fateať. Captiuoꝝ redẽptio magnũ atq; præ/
clarũ iuſticiæ munus ẽ:quod idẽ ipſe Tullius approbauit. Atq; hæc benignitas ĩquit ẽt reipublicæ ẽ utilis re/
dimi a ſeruitute captos locupletari tenuiores. Hanc ego cõſuetudinẽ benignitatis largitiõi munerum longe
antepono. Hæc ẽ grauium hoĩum atq; magnoꝝ. Proprium igiť iuſtoꝝ opus ẽ:alere pauperes : ac redimere
captiuos. Cum apud iniuſtos ſi q hæc faciãt:graues & magni appellenť. His enim maxime laudis ẽ beneface
re quos nemo ſperauit eſſe facturos. Nã q bonũ facit uel conſaguineo uel proximo uel amico:haud nullã uel
certe nõ magnã laudẽ mereť:qa facere debet. Sitq; ĩpius ac deteſtabilis:niſi fecerit id qđ ab eo & natura ipſa
& neceſſitudo exigit. & ſi facit:nõ tam gloriæ aſſequẽdæ q̃ reprehẽſionis uitãdæ cauſa facit. Qui ãt facit alie/
no & ignoto:is uere dignus ẽ laude:quoniã ut faceret ſola ductus ẽ humanitate. Ibi ergo iuſticia : ubi ad be/
nefaciendum neceſſitatis uinculum nullum eſt. Hoc igiť benignitatis officiũ nõ anteponere quidẽ largitiõi
muneꝝ debuit:quod ẽ comparantis:& e duobus bonis id quod ſit melius eligẽtis. Illa uero largitio hoĩum
p̃rimõia ſua ĩ mari ambiicĩetiũ:ianis & leuis:& ab oĩa iuſticia remotiſſima ẽ. Itaq; ne dici qdẽ munera opor
tet:ĩ qbus nemo accipit:niſi q accipere non mereť. non minus magnũ iuſticiæ opus eſt:pupillos & uiduas &
deſtitutos:& auxilio ĩdigentes tueri atq; defendere:quod adeo uniuerſis diuĩa illa lex præſcribit:quãdo qdẽ
boni quiq; iudices ad officium ſuum iudicant pertinere:ut eos hũanitate naturali foueãt ac iiſdẽ prodeſſe ni
tanť. Verum hæc opera quippe noſtra ſunt:q legem:q uerba ipſius dei præcipiẽtis accipimus. Nã illi ſentiũt
natura eſſe iuſtũ:tueri eos q tutela carẽt:ſed cur ita ſit non proſpiciunt. Deus.n.cuius ꝑpetua clemẽtia ẽ: iccir
co uiduas pupillaſq; defendi ac tueri iubet:ne qs reſpectu ac miſeratõe pignorum ſuoꝝ retardeť:quo minus
mortẽ pro iuſticia fideq; ſuſcipiat: ſed ĩcontanter ac fortiter ſubeat:cũ ſciat ſe caros ſuos deo relinquere: nec
his unquã præſidiũ defuturꝫ. Aegros quoq; qbus defuerit q aſſiſtant:curãdos fouẽdoſq; ſuſcipe ſummæ hu
manitatis & magnæ operatõis eſt. Quod q fecerit hic uiuã hoſtiam deo acqret & quod alteri dederit ad tem
pus:ipe a deo accipiet ĩ æternum. Vltimũ illud & maximum pietatis officiũ ẽ:ꝑegrinoꝝ & paupum ſepultu
ra: qđ illi uirtutis iuſticiæq; doctores prorſus nõ attigerũt. Nec.n.poterãt id uidere:q utilitate oĩa officia ſua
metiebanť. In cæteris.n.quæ ſupra dicta ſunt:quanuis uerũ limitẽ non tenuerĩt:tamẽ quoniam cõmodi ali
quid ĩ his deprehenderunt:quaſi odore quodam ueritatis retenti propius aberrauerũt. Hoc autem qa nihil
uidere ĩ eo cõmodi poterant:reliquerunt. Quinetiam nõ defuerunt q ſuperuacaneã facerẽt ſepulturam: ni/
hilq; dicerẽt eſſe mali iacere inhumatum atq; abiectũ:quorum impiam ſapientiam tam omne humanũ ge/
nus reſpuit:q̃ diuinæ uoces quæ id fieri iubent. Verum illi nõ audẽt id non eſſe faciendum : ſed ſi forte non
fiat:nihil eſſe incommodi:Itaq; ĩ ea re non tam præcipientium q̃ conſolantiũ fungunť officio:ut ſi forte id ſa
pienti euenerit:ne ſe ob hoc miſerum putet. Nos autem non quid ſapienti deferendũ ſit dicimus: ſed quid
facere ipſe debeat. Itaque non quærimus nunc utrum ne tota ſepeliendi ratio ſit utilis : nec ne: licet hæc etiã
ſi ſit inanis (ut illi exiſtimant) tamen facienda eſt:uel ob hoc ſolum:q apud homĩes bene & humane fieri ui
deť. Animus.n.quæriť:& propoſitum ponderať. Non.n.patiemur figuram & figmentũ dei feris ac uolucri
bus in prædam iacere:ſed reddemus id terræ: unde ortũ eſt. Et q̃uis in hoĩe ignoto neceſſariorũ ſepulturã
nulli negandã munus ĩplebimus:in quoꝝ locũ qa deſunt:ſuccedat humanitas:& ubicunq; homo deſidera/
biť:ibi exigi officiũ ueſtrum putabimus. In quo aũt magis iuſticiæ rõ cõſiſtit: q̃ in eo:ut qđ ꝓſtamus noſtrĩs
ꝑ affectum:præſtemus alienis ꝑ humanitatẽ:quæ eſt multo certior iuſtiorq;. Cum iam nõ homini præſtať
qui nihil ſentit:ſed deo cui cariſſimũ ſacrificiũ eſt opus iuſtũ. Dicet aliqs fortaſſe. Si hæc oĩa fecero:nihil ha/
bebo. Quid.n.ſi magnus hoĩum numerus egebit:algebit:capieť:morieť ut hæc facientẽ uel unõ die p̃rimo
nio exui ſit neceſſe? Perdam ne rem familiarẽ meo aut meoꝝ labore quæſitam:ut iam ipſi mihi aliena mi/
ſericordia uiuendũ ſit? Quid tu tã puſillo anĩo pauptatem times:quã etiã ueſtri philoſophi laudant:nihilq;
hac tutius:nihil trãqllius eſſe teſtanť? Hoc qđ times:ſollicitudinũ portus eſt. An ignoras quot ꝑiculis:quot
caſibus cũ his malis opibus ſubiaceas? Quæ tecũ bene agẽt:ſi ſine tuo cruore trãſierint. Tu uero præda onu
ſtus incedis & ſpolia geris:quæ irritent anĩos ẽt tuoꝝ. Quid ergo dubitas bene collocare id qđ tibi forſitan
eripiet aut unũ latrociniũ:aut exiſtens repente ꝓſcriptio:aut hoſtilis aliq direptio? Quid uerere fluxũ:ac fra
gile bonũ facere ſempiternũ:aut theſauros tuos cuſtodi deo credere:ubi non furẽ prædonẽq; timeas: nõ ru
biginẽ:nõ tyrannũ? Qui apud deũ diues ẽ:paup eſſe nunq̃ poterit. Si iuſticiã tãti putas:ſequere abiectis one/
ribus quæ te premunt. Libera teipſum compedibus & cathenis:ut expeditus ad deũ curras. Magni & excel/
ſi animi ẽ deſpicere & calcare mortalia. Sed ſi hãc uirtutẽ nõ capis:ut diuitias tuas ĩ arcã dei conferas: ut fra/
gilibus tibi cõpares firmiora:liberabo te metu. Oĩa iſta præcepta nõ ſoli tibi danť:ſed oĩ populo:q mẽte cõ/
iunctus eſt:& cohæret ſicut unus homo. Si ſolus magnis opibus nõ ſufficis: ꝓ uirili parte opare iuſtitiã : ſit
tamen ut quantũ diuitiis inter cæteros:tantũ opere præcellas:Neq; nunc ſuaderi tibi putes:ut rem familia/

rem tuā minuas uel exhaurias.ſed quæ in ſuperuacua fueras impenſurus:ad meliora conuertas.Vnde beſtias emis:hinc captos redime.unde feras paſcis:hinc pauperes ale unde hoīes ad gladiū comparas:hinc īnocētes mortuos ſepelli.Quid ꝓdeſt perditæ nequitiæ beſtiarios facere locupletes:& inſtruere ad flagitia? Transfer ad magnū ſacrificiū male peritura:ut pro his ueris muneribus habeas a deo munus æternū.Magna ē miſericordiæ merces:cui deus pollicet̃ peccata ſe omnia remiſſurū.Si audieris inqt preces ſupplicis tui:audiā & ego tuas : ſi miſertus laborantium fueris:& ego in tuo labore miſerebor.Si autem non reſpexeris nec adiuueris:& ego animum tuum contra te geram:tuiſq; te legibus iudicabo.

De præmio & q̄ ī neceſſitate & ꝑcibus paupeꝝ q̄ſq; teneat̃ a deo & tribus gradibus uirtutis. Cap. XIII.

QVotiens igit̃ rogaris:tēptari te a deo crede an ſis dignus exaudiri.Circunſpice conſcīam tuam: & quantū potes medere uulneribus:nec tamē quia peccata largitōe tollunt̃:dari tibi licētiā peccandi putes.Abolent̃.n.ſi deo largiare:qa peccaueras.Nā ſi fiducia largiēdi pecces:nō abolent̃ . Deus .n.purgari hoīes a peccatis maxīe cupit:iōq; agi pœnitētiā iubet. Agere āt pœnitētiā nihil aliud ē q̃ ꝓfiteri:& affirmare ſe ulterius nō peccatuꝝ.Ignoſcit̃ itaq; his q ad pccūm ignorāter: īprudēter īcauteq; labunt̃.ueniā nō hēt q ſciēs peccat.Nec tamē ſi aliqs purificatus fuerit ab oī labe peccati:tēperādū ſibi ab ope largitōis exiſtimet:qa nō hēat pctā:q̃ deleat.Immo uero tū magis iuſticiā debet opari:cū factus eſt iuſtus:ut qđ ante ī medelā uulnerū fecerat:poſtmodū faciat in gloriā laudēq; uirtutis.Eo accidit:q̄ nemo eē ſine delicto pōt q̄ndiu īdumēto carnis ornatus eſt.Cuius īfirmitas triplici modo ſubiaceat domino peccati factis:dictis:cogitationibus.Per hos gradus ad ſummum culmen iuſticia procedit.Primus eſt uirtutis gradus malis operibus abſtinere.ſecundus etiam malis uerbis:tertius ēt cogitatiōe reꝝ malaꝝ.Qui primū gradū aſcendit:ſatis iuſtus ē:q ſecūdū:iā ꝑfecte uirtutis ſiqdē neq; factis neq; ſermone deliquat : q tertiū is uere ſimilitudinē dei aſſecutus uidet̃.Eſt enī pene ſupra humanū modū ne ī cogitatōe qdē admittere : quod ſit uel factu malū:uel īprobū dictu.Itaq; etiam iuſti hoīes q frænare ſe poſſunt ab omni ope iniuſto:nōnunq̃ tamen ipſa fragilitate uincunt̃:ut uel ī ira malū dicant:uel ī aſpectu reꝝ delectabiliū tacita cogitatōe concupiſcant.Quod ſi mortalis cōditio non patit̃ hoīem eē ab omni macula puꝝ:debēt ergo perpetua largitōe peccata carnis aboleri.Vnum eſt enim ſapiētis & iuſti:& uitalis uiri opus:diuitias ſuas in ſola iuſticia collocare: qua profecto q eget:licet ille Crœſum aut craſſum diuitiis ſupet:hic paup:hic nudus:hic mēdicus putādus eſt.Danda igit̃ opera ē:ut īdumento iuſticiæ pietatiſq; uelemur:quo nos nemo exuat:quod nobis ſempiternum præbet ornatū.Nam ſi deoꝝ cultores ſimulacra īſenſibilia excolunt:& q̄cquid precioſi habēt: ī ea conferunt:qbus nec uti poſſunt:nec gr̃as agere:q̄ acceperit:quāto iuſtius eſt & uerius:uiuētia dei ſimulacra excolere:ut ꝓmereare īuenire uiuētem? Quod ſicut uſui habent q̄cquid acceperit:& gr̃as agunt:ita deus ī cuius conſpectu bonum feceris:& probabit:& mercedem pietatis exoluet.

Q đ philoſophi uera caruerunt humanitate:q cū ſtoicis eā īter morbos animæ poſuerūt. Cap. XIIII.

SI ergo ī homine præclaꝝ & excellēs bonū eſt miſericordia:idq; diuinis teſtimoniis & bonoꝝ maloꝝq; cōſenſu optimū iudicat̃:apparet philoſophos longe abfuiſſe ab humano bono:q neq; præceperunt eiuſmodi quicquā:neq; fecerunt:ſed uirtutē quæ propemodum ī homine ē ſingularis: pro uitio ſemꝑ habuerunt.Libet hic īterponere unū de philoſophia locum:ut illoꝝ plenius coarguamus errores:q miſericordiam:cupiditatē:metum:morbos animi appellāt.Conat̃ illi qdē uirtutes a uitiis diſtiguere:qđ ē ſane facillimū.Quis.n.nō poſſet liberalē a ꝓdigo ſeparare:ut illi faciūt? aut puꝝ a ſordido:aut quietum ab īerti:aut cautum a timido q̄ hæc quæ ſunt bona:fines ſuos habeāt:quos ſi exceſſerint: ī uitia labunt̃:ita ut cōſtātia niſi ꝓ ueritate ſit ſuſcæpta:fit īprudētia.Itē fortitudo ſi nulla neceſſitate cogente aut nō ꝓ cauſa honeſta certū ꝑiculū ſubierit:ī temeritatē cōuertit̃.Liberalitas quoq; ſi alios īſectet̃: potius q̃ īſectantibus reſiſtat:contumacia eſt.Seueritas etiam niſi ſe ītra congruētes nocētium pœnas coerceat: fit ſcæua crudelitas.Itaq; dicunt eos q mali uideant̃:nō ſua ſponte peccare nec mala potius eligere: ſed bonorum ſpē lapſos īcidere ī mala:dum bonorū ac malorū diſcrimen ignorant.Hæc qdem falſa non ſunt : ſed ad corpus cuncta referunt̃.Nā parcū eſſe aut cōſtantē:aut cautū aut fortē: aut qetū:aut ſeuerū:uirtutes ſunt qdē ſed huius tēporariæ uitæ.Nos autē q hanc uitā contēnimus:alias nobis uirtutes propoſitas habemus:de quibus philoſophi ne ſuſpicari qdem ulla rōne potuerunt.Itaq; & uirtutes quaſdam ꝓ uitiis & uitia quædam ꝓ uirtutibus habuerunt.Nam ſtoici affectus oēs quoꝝ impulſu aīus commouet̃: ex homine tollunt: cupiditatem atq; læticiam:metū:mœſtitiam:quoꝝ duo priora ex bonis ſunt : aut futuris aut præſentibus: poſteriora ex malis.Eodē modo hæc quatuor morbos(ut dixi)uocant:nō tam natura īſitos q̃ praua opinione ſuſcæptos.Et iccirco cēſent eos extirpari poſſe radicitus:ſi bonoꝝ malorumq; opinio falſa tollat̃.Si enim nihil cēſeat ſapiens bonum nihilq; malū:nec cupiditate ardeſcet:nec læticia geſtiet:nec metu terrebit̃:nec ægritudine cōtrahet̃.Mox uidebimus an efficiant qd uelint:aut qd efficiant:iterim propoſitum arrogans ac pene furioſum:qui ſe putent mederi:& eniti poſſe contra uim rōnemq; naturæ.

Quomodo peripathetici uincant ſtoicos:& doceāt affectuum naturalium ſtimulos euelli non poſſe:ſed mitigari . Et q̄ ea quæ brutis animalibus data ſunt ſingulo homini inſita ſunt uniuerſa.Et quomodo ſtoici mentis affectiones definiant. Cap. XV.

HAec enim naturalia eē:non uolūtaria oīum uiuentiū rō demonſtrat: quæ iiſdē oībus quatit̃ affectibus.Peripathetici ergo rectius:q hæc oīa detrahi poſſe negant:qa nobiſcū ſimul nata ſunt:& conant̃ oſtēdere q̃ ꝓuidēter & q̃ neceſſarie deus ſiue natura(ſic enim dicunt)his nos armauit affectibus:quos tamē qa plerūq; uitioſi fiūt ſi nimii ſint:poſſe ab hoīe adhibito mō ſalubriter tēperari: ut tantū hoī q̄ntū naturæ ſatis ē:relinquat̃. Nō īſipiēs diſputatio: ſed (ut dixi) omnia nō ad hanc uitam referent̃. Stoici ergo furioſi:qui ea non tēperant:ſed abſcindunt:rebuſq; a natura inſitis caſtrare hominem quo

dammõ uolũt. Qđ tale ẽ: quale ſi uelit aut metũ detrahere ceruis: aut uenenũ anguibus: aũt irá feris: aut placiditaté pecudibus. Nanqꝫ ſingula mutuis aĩalibus data ſunt: ea uero uniuerſa hoĩ ſimul. Quod ſi (ut medici dicunt) lætitiæ affectus in ſplene eſt: iræ ĩ felle: libidinis in iecore. timoris ĩ corde: facilius eſt ĩterficere aĩal ipſum q̃ ex corpore aliquid euellere: qđ eſt aĩantis naturá uelle mutare. Sed hoĩes prudentes nõ ĩtelligũt: cũ uitia ex hoĩe tollũt: ẽt uirtuté ſe tollere: cui ſoli locũ faciunt. Nam ſi uirtus eſt in medio iræ impetu ſeipſum cohibere & reprimere: quod negare non poſſunt: Caret ergo uirtute quiſqꝫ ira caret. Si uirtus ẽ libidiné corporis continere: uirtute careat neceſſe ẽ: qui libidiné quá tempet non habet. Si uirtus eſt cupiditaté ab alieni appetitõe refrænare: nullam certe uirtuté põt habere qui caret eo: ad quod cohibendũ uirtutis uſus adhibet. Vbi ergo uitia nõ ſunt: nec uirtuti locus eſt qdé: ſicut nec uictoriæ qdé: ubi aduerſarius nullus ẽ. Ita fit ut bonũ ſine malo eſſe in hac uita nõ poſſit. Affectus igit quaſi ubertas animoꝝ eſt naturalis. Nam ſicut in ſentes ager q eſt natura fœcundus: exuberat: ſi animus ĩcultus uitiis ſua ſponte inualeſcentibus: uelut ſpinis obducitur. Sed cũ uerus cultor acceſſerit: ſtatim cadẽtibus uitiis fruges uirtutis oriunt. Deus itaqꝫ cum hoĩem primũ fingeret: mirabili ꝓuidentia ingenerauit ei prius iſtas animi cõmotiones: ut poſſet capere uirtutem: ſicut terra culturam. Poſuitqꝫ materiam uitioꝝ ĩ affectibus: uirtutis ĩ uitiis. Quæ profecto aut nulla eſt: aut ĩ uſu eſſe non poterit: ſi deſint ea per quæ uis eius aut appareat: aut conſtet. Videamus nũc: iidem illi q uitia penitus excidunt qd effecerĩt. Quattuor illos affectus: quos ex opĩone bonoꝝ malorũqꝫ naſci putant: qbus euulſis ſanandũ eẽ aĩum ſapientis exiſtimãt: quoniá ĩtelligũt & natura ĩſitos eẽ: & ſine his nihil moueri: nihil agi poſſe: alia q̃dam ĩ eorum locũ uicéqꝫ ſupponũt. Pro cupiditate aliá ſubſtituũt uolũtaté: q̃ſi uero nõ multo ſit præſtabilius bonũ cupe q̃ malũ uelle. Ité ꝓ lætitia gaudiũ: ꝓ metu cautionem. At ĩ illo quarto ĩmutandi nominis eius rõ defecit. Itaqꝫ ægritudinem penitus. i. mœſtitiam doloremqꝫ animi abſtulerunt: qđ fieri nequaq̃ põt. Quis enim põt non dolere: ſi pĩam aut peſtilentia exhauſerit: aut hoſtis ĩuaſerit: aut tyránus oppreſſerit? Poteſt aliquis nõ dolere: ſi ſublatá uiderit libertaté: ſi ꝓximos: ſi amicos: ſi bonos uiros: aut exterminatos: aut crudeliſſime trucidatos: niſi cuius mẽs ita obſtupuerit: ut ſit ei ſenſus oĩs ereptus? Quare aut oĩa tollere debuerũt: aut impléda fuerãt cuncta. hæc ẽ debilis diſputatio. Idé ẽt ꝓ ægritudine aliqd reponendũ: quoniá ſupioribus ita ordinatis cõſequẽs erat. Vt enĩ præſentibus lætamur bonis: ſic malis angimur ac dolemus Si ergo lætitiæ quá uitioſá putabãt: nomé aliud ĩdiderũt: ſic ægritudini: quoniá & ipſam uitioſam putabat: aliud uocabulũ tribui cõgruebat. Vnde appet nõ illis ré defuiſſe: ſed uerbũ: cuius ĩdigẽtia eũ totũ affectũ q eſt uel maximus: cõtra qué natura pateret auferre uoluerũt. Ná illas nominũ cõmutatiões poterá coarguere pluribus & oſtẽdere: aut ſermõis ornádi augẽdæqꝫ copiæ gr̃a: multa noĩa iiſdé rebus ĩpoſita aut nihil: aut certe nõ multũ ĩter ſe illa diſtare: ná & cupiditas a uolũtate ĩcipit: & cautio a metu orit: & lætitia nihil aliud ẽ q̃ ꝓfeſſũ gaudiũ. Sed putemus: ut ipſi uolũt eẽ diuerſa. Nẽpe igit cupiditaté eſſet dicẽt pſeuerãtẽ ac ppetuá uolũtaté. lætitiá uero ĩſolẽter ſe offerẽs gaudiũ. metũ aũt nimiá & excedenté modũ cautioné. Ita ſit ut ea quæ tollenda eſſe cẽſent: nõ tollãt: ſed tẽperẽt: ſi qdé noĩa tantũmodo ĩmutãt: res ipſæ manẽt. Eo igitur ĩprudẽtes reuoluunt: quo peripathetici rõne perueniũt: ut uitia quoniá tolli nõ poſſunt: medio tẽperáda ſint. Errãt ergo quoniá nõ efficiunt quod uolũt: & longo aſperoqꝫ circuitu in eandem uiam redeunt.

Quomodo peripathetici errauerunt: & ꝙ bonus uſus affectuum uirtus eſt: malus uitium: & ꝙ uſus ipſe ex cauſa penſandus. Cap. XVI.

AT ego ne ꝑipatheticos qdé acceſſiſſe ad ueritaté puto: qa uitia eẽ cõcedũt: ſed ea mediocriter tẽperãt. Cauẽdũ ẽ enĩ uitiis etiá mediocribus: qn potius efficiẽdũ fuit primũ: ne uitia eẽnt: nec enĩ qcq̃ uitioſum naſci põt: ſed uitia fieri ſi malis utamur affectibus: uirtutes ſi bene. Deĩde mõſtrandũ ẽ nõ ipſos affectus: ſed eorũ cauſas eſſe moderádas. Nõ eſt inquiũt nimia lætitia geſtiẽdũ: ſed modice ac tẽperate. Hoc uero tale eſt: q̃le ſi dicerẽt nõ eſſe currẽdũ cõcitate: ſed gradiẽdũ moderate. At põt & q gradit errare: & q currit rectá uiá tenere. Quid ſi oſtẽdero eẽ aliqd: ubi nõ tãtũ modicũ: ſed uel punctũ gaudere uitioſũ ſit: & aliud cõtra: ĩ quo uel exultare lætitia minime criminoſũ. Quid tádé nobis iſta mediocritas ꝓderit? Quæro utrũ ne ſapiẽti lætádũ putẽt: ſiqd inimico ſuo mali uidẽt accidet: aut utrũ ne lætitiam refrenare debeãt: ſi uictis hoſtibus aut oppſſo tyráno libertas & ſalus ciuibus pata ſit? Nemo dubitat: qn & in illo exiguũ lætari: & in hoc parũ lætari ſit maximũ crimen. Eadé de cæteris affectibus licet dicere. Sed (ut dixi) nõ ĩ his moderádis ſapiæ rõ uerſat: ſed in cauſis eoꝝ: quoniá extrĩſecus cõmouent: nec his potiſſimũ frænos ĩponi oportuit: quoniá & exigui poſſũt eẽ in maxĩo crimĩe: & maximi poſſũt eẽ ſine crimĩe. Sed aſſignádi fuerũt certis tpibus: & rebus & locis: ne uitia ſint: qbus uti recte licet. Sicut enĩ recte ambulare bonũ eſt: errare aũt malũ: ſic moueri affectibus ĩ rectũ: bonũ eſt: in prauũ: malũ. Ná libido ſi extra legittimũ thorũ nõ euaget licet ſit uehemẽs: tamé culpa caret. Sin uero appetit alienũ: licet ſit mediocris: uitiũ tamé maximũ eſt. Nõ ẽ itaqꝫ morbus iraſci: nec cupe: nec libidine cõmoueri: ſed iracũdũ eẽ morbus eſt. Cupidũ libidinoſum. q enĩ iracũdus eſt: ẽt cui nõ debet: aut cũ nõ oportet iraſcit. Qui cupidus: ẽt qđ nõ opus eſt concupiſcit. Qui libidĩoſus. ẽt qđ legibus uetat affectat. Oĩs ergo rõ in eo uerſari debuit: ut quoniá earũ rerũ ĩpetus ĩhiberi nõ põt: nec debet: qa neceſſario ẽ ĩſitus ad tuẽda officia uitæ: diriget potius ĩ uiá rectá: ubi ẽt curſus offenſione ac ꝑiculo caret.

Quod ea q̃ phĩ uitia putãt: uirtutes ſũt: ſi tamẽ referant ad finẽ debitũ. i. ad deum: & ꝙ inſani ſunt qui humaná naturá ingenitis affectibus ſpoliare nitunt. Cap. XVII.

SEd euectus ſum coarguẽdi ſtudio lõgius: cũ ſit mihi ꝓpoſitũ ea quæ uitia phĩ putauerũt: oſtẽdere nõ tãtũ uitia nõ eẽ: uerũ ẽt magnas eẽ uirtutes. Ex aliis docẽdi gr̃a ſumá: q̃ptinere ad ré maxime puto. Metũ ſeu tĩoré ĩ maxĩo uitio ponũt: ſũmáqꝫ ĩbecillitaté eẽ aĩ putãt: cui ſit cõtraria fortitudo: q̃ ſi ſint ĩ hoĩe: locũ tĩori eẽ nullũ. Credit ergo ne aliqs fieri poſſe: ut idé metus ſũma ſit fortitudo? Minime. Neqꝫ enĩ uidet cape natura: ut aliqd in cõtrariũ recidet. Quin ego nõ arguta aliq̃ cõcluſiõe: ut apđ

Platonē Socrates facit q̄ eos quos cōtra diſputat:cogit ea quæ negauerāt:cōfiteri:ſed ſimpliciter oſtēdā ſum/
mū metū:ſūmā uirtutē.Nemo dubitat:qn timidi & ībecilli ſit animi:aut dolorē metuere : aut egeſtatē : aut
exiliū:aut carcerē:aut mortē:quæ oīa ſiqs nō exhorruerit:fortiſſimus iudicaf.Qui aūt deū metuit : illa uni/
uerſa nō metuit.Ad quod ꝓbādū argumētis opus nō eſt.Spectatæ ſūt eni ſemp:ſpectāturqꝫ adhuc p orbem
pœnæ cultorū dei : in qbus excruciādis noua & inuſitata tormēta excogitata ſunt. Nā de mortis generibus
horret animus recordari:cū īmaniū beſtiarū ultra ipſam mortē carnificina ſæuierit. Has tamen execrabiles
corpoꝝ laceratiōes fœlix atqꝫ inuicta patiētia ſine ullo gemitu ꝑtulit.Hæc uirtus oībus populis atqꝫ ꝓuinci/
is:& ipſis tortoribus miraculū maximū præbuit:cū patientia crudelitas uinceref. Atq hāc uirtutē nihil ali/
ud q̄ metus dei fecit.Itaqꝫ(ut dicebā)nō euellēdus ut ſtoici:neqꝫ tēperādus timor:ut ꝑipathetici uolūt: ſed in
uerā uiā dirigēdus eſt auferēdiqꝫ ſūt metus:ſed ita ut hic ſolus relinquaf: q quoniā legittimus ac uerus eſt:ſo
lus efficit ut poſſint cætera nō timeri.Cupiditas quoqꝫ īter uitia numeraf.Sed ſi hæc quæ terrena ſunt cōcu
piſcat : uitiū ē:uirtus aūt ſi cæleſtia.Qui eni iuſtitiā:qui deū: q uitā perpetuā:q lucē ſempiternā:ea oīa q̄ deus
homini pollicef:cōſequi cupit:opes iſtas & honores & potentias : & regna ipſa contēnet.Dicet fortaſſe ſtoi/
cus. Volūtate opus eē ad hæc cōſequēda nō cupiditate:imo uero parū eſt uelle.Multi eni uolūt:ſed cū dolor
uiſceribus acceſſerit uolūtas cedit:cupiditas ꝑſeuerat:q̄ſi efficit ut cōtēptui ſint oīa quæ a cæteris appetunf:
ſūma uirtus eſt.Siquidē cōtinētiæ mater eſt.Ideoqꝫ potius illud efficere debemus:ut affectus qbus praue uti
uitiū eſt:dirigamus in rectū.Nā iſtæ cōcitationes animorū iūcto currui ſimiles ſunt:in quo recte moderādo
ſūmū rectoris officium eſt:ut uiā nouerit:quā ſi tenebit licet q̄cōcitate ierit:nō offendet.Si autem errauerit:
licet placide ac leniter eat:aut p cōfragoſa uexabif:aut per p̄cipitia labef:aut certe quo non opus eſt: deferef.
Sic curſus ille uitæ : qui affectibus uelut equis ꝑnicibus ducif:ſi rectā uiā teneat:fungef officio.Metus igif &
cupiditas ſi ꝓiicianf in terrā:uitia fient.Virtutes aūt ſi ad diuina referanf:parſimoniā cōtra uirtutis loco ha/
bent:quæ ſi ſtudiū eſt babendi:nō poteſt eē uirtus: quia in augēdis uel tuendis terreſtribus bonis tota uerſa
tur.Nos aūt ſūmū bonū nō referimus ad corpus:ſed oē officiū ſolius animæ cōuerſatione metimur. Quod
ſi(ut ſupra docui)patrimonio minime parcēdū eſt:ut humanitatē iuſtitiāqꝫ teneamus:nō eſt uirtus frugi eē
quod nomē uirtutis ſpecie fallit ac decipit.Eſt eni frugalitas abſtinētia qdē uoluptatū:ſed eo uitiū quia ex ha
bēdi amore deſcēdit cū ſit & uoluptatibus abſtinēdū:& pecuniæ minime tēperādū. Nā parce.i.mediocriter
uti pecunia quaſi quædam puſillitas eſt animi : aut pertimētis ne ſibi deſit:aut deſperātis poſſe ſe illā repara/
re:aut contēptū terreſtriū nō cupiētis.Sed illi rurſus eū qui rei familiari ſuæ nō parcat: prodigū uocāt.Nā ita
liberalē diſtinguūt a ꝓdigo:q̄ is liberalis ſit:q cibū & benemeritis:& cū oportet:& q̄tū ſatis ē:largiatur. Pro/
digus uero q & nō meritis & cū opus nō ē:& ſine reſpectu rei familiaris effūdat.Quid ergo? Prodigū ne di/
cemus eū : q miſericordiæ cā tribuit egētibus uictū? At qn multū refert utrū ne ſcortis pp libidinē largiare:
an miſeris ꝓpter humanitatē:utrū pecuniā tuā ꝑductores:aleatores lenoneſqꝫ diripiant:an illā pietati ac deo
ꝑſtes.Vtrū ne illā uētri ac gulæ īgeras:an in theſauro iuſtitiæ reponas. Vt ergo uitium eſt effundere in malā
partē:ſic in bonā uirtus.Si uirtus eſt non parcere opibus:quæ poſſunt reparari: ut bonis uitam ſuſtētes:quæ
reparari nō poteſt:uitiū igif parſimonia eſt.Quare nihil aliud dixerim q̄ inſanos qui hominē mite ac ſocia/
le aīal orbāt ſuo noīe:qui euulſis affectibus:qbus oīs conſtat humanitas : ad īmobilē ſtuporē mētis ꝑducere
uolunt:dū ſtudēt animū a ꝑturbatiōibus liberare:&(ut ipſi dicūt)quietū trāquillūqꝫ reddere. Quod fieri nō
tantū nō poteſt:qa uis & ratio eius in motu eſt:ſed ne oportet quidē:qa ſicut aqua quidē ſemp iacens & q̄eta
inſalubris & magis turbida eſt:ſic animus īmotus ac torpens īutilis eſt etiā ſibi:nec uitā ipſam tueri poterit:
quia nec faciet quicq̄ nec cogitabit:cū cogitatio ipſa nihil aliud ſit q̄ mētis agitatio. Deniqꝫ qui hanc immo/
bilitatem animi aſſerunt:priuare animum uita uolunt:quia uita actuoſa eſt:mors quieta. Quædam etiam
recte pro uirtutibus habent:ſed earum modum non tenent.Virtus eſt conſtantia non ut inferentibus iniu
riam reſiſtamus.His enim cedendū:quod cur fieri debeat : mox docebo. Sed ut iubentibus facere nos con/
tra dei legē:cōtraqꝫ iuſticiā nullis minis aut ſuppliciis terreamur:quo minus dei iuſſionē hoīs iuſſioni præ/
feramus.Item uirtus eſt mortem contenere:nō ut appetamus:eāqꝫ ultro nobis īferamus: ſicut phōrum plu
rimi & maximi ſæpe fecerunt:qđ eſt ſceleratū ac nefariū.Sed ut coacti deū relinquere ac fidem ꝑdere:mor/
tem ſuſcipere malimus:libertatēqꝫ defendamus aduerſus īpotentiā ſtultam uerecūdemqꝫ uiolentiā : ut oēs
ſæculi minas atqꝫ terrores fortitudine animi ꝓuocemus.Sic ea q̄ alii timent:excelſa & īſuperabili mente do
lorē mortēqꝫ calcamus.Hæc eſt uirtus: hæc eſt cōſtantia:in hoc tuenda & conſeruanda ſolo:ut nullus mox
terror:nulla uis a deo poſſit auertere.Vera igif Ciceronis illa ſnīa eſt.Nemo inqt iuſtus pōt eſſe:q mortem:
q dolorē:qui exiliū:qui egeſtatem timet.Item Senecæ in libris moralis philoſophiæ dicentis.Hic eſt ille hō
honeſtus:non apice purpuraue:nō lictoꝝ īſignis miniſterio:ſed nulla re minor:qui cū mortē ī uicinia uidet
nō ſic ꝑturbaf tanq̄ rem nouā uiderit:qui ſiue toto corpore tormēta patienda ſunt:ſiue flāma ore recipien/
da eſt:ſiue extendendæ per patibulū manus non quærit quid patiaf:ſed quā bene. Qui aūt deum colit:hæc
patitur nec timet. Ergo iuſtus his rebus efficif:ut neqꝫ uirtutes:neqꝫ uirtutū exactiſſimos limites noſſe aut
tenere poſſit omnino quiſquis eſt a religione dei ſingularis alienus.

Quomodo præcepta dei quibus inſiſtendum eſt:a philoſophicis diſſideant īſtitutis: & quis ſit patien/
tiæ titulus. Cap. XVIII.

SEd omittamus philoſophos:qui aut omnino nihil ſciunt: idqꝫ ipſum pro ſumma ſcīa præ ſe fe/
runt:aut qui non perſpiciunt etiam quæ ſciunt:aut qui quoniam ſe putant ſcire quæ neſciunt:in
eptæ arroganterqꝫ deſipiūt. Nos ergo(ut ad propoſitum reuertamur)quibus ſolis a deo ueritas
reuelata:& cælitus miſſa ſapīa eſt:faciamus quæ iubet illuminator noſter deus.ſuſtineamus īui/
cem:& labores huius uitæ mutuis adiumētis perferamus.Nec tamē ſiqd boni opis fecerimus:gloriā capte/

mus ex eo. Monet. n. deus opatorem iuſtitiæ non oportere eſſe iactantem: ne non tam mandatis cæleſtibus obſequẽdi: q̃ ſtudio placendi humanitatis officio functus eſſe uideat̃. Habeatq; iam precium gloriæ: qđ captauit: nec præmiũ cæleſtis illius ac diuinæ mercedis accipiat. Cætera quæ obſeruare cultor dei debet: facilia ſunt: illis uirtutibus compræhenſis: nõ mẽtiat̃ unq̃ decipiẽdi aut nocẽdi cá. Eſt. n. nefas eũ qui ueritati ſtudeat: in aliqua re eſſe fallacẽ: atq; ab ipſa quá ſequit̃: ueritate diſcedere. In hac iuſtitiæ uirtutũq; oĩum uia: nullus mendacio locus eſt. Itaq; uiator ille uerus ac iuſtus non dicet illud lucillianũ. Homini amico ac familiari non eſt mentiri meũ: ſed ẽt inimico atq; ignoto exiſtimabit nõ eſſe mẽtiri ſuũ. Nec aliquãdo cõmittet: ut lĩgua interpres animi a ſenſu & cogitatõe diſcordet. Pecuniam ſi quá crediderit: nõ accipiat uſurá ut & beneficiũ ĩcolume ſit qđ ſuccurrit neceſſitati: & abſtineat ſe ꝓrſus alieno. In hoc. n. genere officii debet ſuo eſſe contentus: quẽ oporteat alias ne ꝓprio qdem parcere: ut bonum faciat: plus aũt accipe q̃ dederit: iniuſtũ eſt. Qđ qui facit ĩſidiat̃ quodãmodo: ut ex alterius neceſſitate prædet̃. At iuſtus nunq̃ prætermittet quo minus aliquid miſericorditer faciat: nec inquinabit ſe huiuſmodi quæſtu: ſed efficiet ut ſine ullo ſuo damno ipm̃ qđ cõmodat: inter bona opera numeret̃. Munus non accipiet a paupere: ut ſi quid ipe præſtiterit: eo bonum ſit: quo fuerit gratuitum. Maledicenti benedicto reſpondeat: nunq̃ ipſe maledicat ne uerbum malum ꝓcedat ex ore hominis: qui colit uerbum bonum. Quinetiam caueat diligenter: ne quando inimicũ ſua culpa faciat & ſiqs extiterit tã ꝓteruus q bono & iuſto faciat iniuriá: clemẽter ac moderate ferat: & ultionẽ ſuá ſibi nõ aſſumat: ſed dei iudicio reſeruet ĩnocẽtiá ſemꝑ & ubiq; cuſtodiat. Qđ præceptũ nõ ad hoc tantũ ualet: ut ipſe iniuriá nõ ĩferat: ſed ut illatá ſibi nõ uindicet. Sedet. n. maximus & æquiſſimus iudex ſpeculator ac teſtis oĩum. Hunc homini ꝑferat: hunc malit de ſua cá ꝓnunciare: cuius ſñiam nemo effugere põt: nec defenſiõe cuiuſquam nec gr̃a. Ita fit ut homo iuſtus contemptui ſit omnibus: & quia ꝑutabitur ſemetipſum defendere non poſſe: habebitur pro ſegni & inerti. Qui autem fuerit ultus inimicum: hic fortis: hic ſtrennuus iudicatur: hũc colũt: hũc oẽs uerent̃. Bonus uero ille tametſi ꝓdeſſe oĩbus uel pluribus poſſit: illũ tamen ſuſcipiunt q nocere q̃ qui prodeſſe poſſit. Sed iuſtũ prauitas hominũ deprauare non poterit: quominus deo ſtudeat obtẽpare: malitq; contẽni: dũ modo ſemꝑ boni fungat̃ officio: mali nunq̃. Cicero ĩ iiſdẽ illis officialibus. At uero ſiqs uoluerit inqt ſui animi complicatá notionẽ euoluere: iam ſe ipſe doceat: eum uitũ bonũ eſſe: qui proſit quibus poſſit: noceat nemini: niſi laceſſitus iniuria. O q̃ ſimplicẽ ueráq; ſententiam duorũ uerborum adiectione corrupit. Quid enĩ opus fuerat adiungere: niſi laceſſitus iniuria: ut uitiũ bono uiro: quaſi cauſam turpiſſimá apponeret: patiẽtiæq; quæ omniũ uirtutũ maxĩa eſt: faceret expertẽ? Nociturũ eſſe dixit bonũ uirũ ſi fuerit laceſſitus: iá ex hoc ipſo boni uiri nomẽ amittat neceſſe ẽ: ſi nocebit. Nõ minus enĩ mali ẽ referre iniuriam q̃ inferre. nam unde certamina ĩter homines: unde pugnæ cotẽtioneſq; naſcuntur: niſi ꝙ improbitati appoſita impatiẽtia: magnas ſæpe concitat tẽpeſtates? Quod ſi patientiá qua uirtute nihil uerius: nihilq; homine dignius inueriri poteſt: improbitati oppoſueris: extinguetur protinus tanq̃ igni aquá ſuperfuderis. Si autẽ prouocatrix illa improbitas ĩpatientiá ſibi comparẽ nacta eſt: tanq̃ perfuſa oleo tantũ excitabit incẽdium: ut id nõ flumẽ aliquod: ſed effuſio cruoris extinguat. Magna itaq; patiẽtiæ ratio eſt: quá ſapiẽs hõ ademit bono uiro. Vt enĩ nihil malorũ fiat: hæc ſola efficit: quæ ſi detur omnibus: nullũ ſcelus: nulla fraus in rebus humanis erit. Quid ergo bono uiro poteſt eſſe tam calamitoſum: táq; contrariũ. q̃ iræ fræna permittere: quæ illũ non modo boni: ſed etiam hominis appellatione diſpoliet? Siquidẽ nocere alteri (ut ipſe ait ueriſſime) non eſt ſecundũ hominis naturá. Nam & pecudes ſi laceſſas: aut calce: aut cornu repugnát. Et ſerpẽtes ac feræ niſi perſequaris ut occidas nogocium non exhibent. Et (ut ad hominũ exempla redeamus) imperiti quoq; & inſipientes: ſi quando accipiunt iniurias: cæco & irrationabili furore ducunt̃: & his qui ſibi nocent: uicem tribuere conantur. In quo igit̃ ſapiẽs ac bonus uir a malis & inſipientibus differt: niſi ꝙ habet inuictá patientiá: qua ſtulti carẽt? niſi ꝙ regere ſe ac mitigare iram ſuá nouit: quá illi quia uirtute ĩdigent: frenare nõ poſſunt? Sed uidelicet hæc ipſũ res fefellit: quia cũ de uirtute quærit̃: in quacunq; cõditione uincere: putauit eſſe uirtutis. Nec uidere ullo modo potuit hominẽ dolori & iræ ſuccumbentẽ: & his affectibus indulgentem: qbus debet potius reluctari. & ruentẽ quacunq; in parte ꝓuocarit ĩprobitas: uirtutis officiũ nõ tenere. Qui enim referre iniuriam nititur eũ ipſum: a quo læſus ẽ: geſtit imitari: ita qui malũ imitat̃: bonus eẽ nullo pacto poteſt. Duobus igitur uerbis duas uirtutes maximas bono & ſapienti uiro: innocentiá patientiáq; detraxit. Sed quia ipſe caninam illam facundiá: ſicut Saluſtius ab Appio dictum refert: exercuit: uoluit quoque hominẽ canino modo uiuere: ut remordeat laceſſitus. Quæ retributio cõtumeliæ q̃ pernicioſa ſit: & q̃s edere ſoleat ſtrages: unde opportunius petet̃ exemplum: q̃ ex ipſius doctoris triſtiſſimo caſu: qui cũ his philoſophoꝝ præceptis obtẽperare geſtit ipſe ſe perdidit. Qui ſi laceſſitus iniuria patientiá tenuiſſet: ſi diſſimulare: ſi ferre cõtumeliá boni uiri eſſe didiciſſet: nec illas nobiles orationes alieno titulo inſcriptas: impatiẽtia & leuitas: & inſania profudiſſet: nunquá capite ſuo roſtra: in quibus ante floruerat: cruentaſſet: nec rempublicam funditus præſcriptio illa deleſſet. Sapientis ergo ac boni uiri non eſt uelle certare: ac ſe periculo committere: quoniam & uincere non eſt in noſtra poteſtate: & eſt anceps omne certamen: ſed eſt ſapientis & optimi uiri non aduerſarium uelle tollere: quod fieri ſine ſcelere ac periculo non poteſt: ſed certamen ipſum quod fieri & utiliter & iuſte poteſt. Summa igitur uirtus habenda patientia eſt: quam ut caperet homo iuſtus: uoluit illum deus (ut ſupra dictum eſt) pro inerte contemni: niſi enim contumeliis fuerit affectus: quãtum habeat fortitudinis in ſeipſo cohibendo ignorabitur. Si autem laceſſitus iniuria lædẽtem perſequi cœperit: uictus eſt. Si uero motum illum ratione compreſſerit: hic plane imperat ſibi: & hic regere ſe poteſt. Quæ ſuſtentatio ſui recte patientia nominatur: quæ una uirtus omnibus eſt oppoſita uitiis & affectibus. Hec perturbatum animum ac fluctuantem ad tranquillitatem ſuam reuocat: hæc mitigat: hæc hominem ſibi reddit. Ergo quoniam naturæ repugnare impoſſibile eſt: & utile: ut non cõmoueamur omnino: prius

tamē q̃ cōmotio illa proſiliat ad nocendum quoad fieri poteſt maturius ſopiať.Præcepit deus non occidere ſolē ſup irā noſtrā:ne furoris noſtri teſtis abſcedat.Deniqꝫ.M.Tullius cōtra ſuū præceptū:de quo paulo ante dixi : obliuionē iniuriarū ī magnis laudibus poſuit. Spero īquit Cæſar:qui obliuiſci nihil ſoles:niſi iniurias. Quod ſi hoc ille faciebat homo:nō a cæleſti tantū:ſed a publica quoqꝫ:ciuiliqꝫ iuſtitia remotiſſimus : quāto magis id nos facere debemus:qui īmortalitatis uelamine candidati ſumus?

Quod peripathetici ſtoicis obuiant in defenſione affectionū:& quæ ſint tres furiæ:quas poetæ finxerunt: & quis earum uſus ſit & abuſus. Cap. XIX.

STtoici cū affectus ex hoīe tanq̃ morbos conanť euellere:ꝑipathetici ſe opponūt:eoſqꝫ nō mō retinent:ſed etiā defendūt:nihilqꝫ in hoīe eſſe dicūt:qđ nō magna rōne ac ꝓuidētia ſit innatū. Recte id qdē ſi ſingularū rerū ueros terminos ſcirēt.Itaqꝫ hāc ipſam irā comitē eſſe dicūt uirtutis : tanq̃ nemō poſſit aduerſus hoſtes fortiter dimicare:niſi fuerit ira cōcitatus.Quo plane oſtēdūt:nec qd ſit uirtus ſcire ſe:nec cur homini attribuerit irā deus.Quæ ſi nobis iō data ē:ut ea utamur ad occidendos hoīes.qd īmanius hoīe:qd ſimilius feris bæluis exiſtimādū eſt:q̃ id aīal qđ ad coīonē & īnocētiā deus fecit?Tres ſunt igiť affectus:q hoīes in oīa facinora præcipites agūt.ira:cupiditas:libido.Propterea poetæ tres furias eſſe dixerūt:quæ mētes hoīum exagitent:ira ultionē deſiderat:cupiditas opes: libido uoluptates. Sed his oībus deus certos limites ſtatuit:quos ſi trāſcenderint:maioreſqꝫ eſſe cœperint:neceſſe eſt naturā ſuam deprauēt : & ī morbos ac uitia uertanť. Qui aūt ſint iſti limites: nō ē magni laboris oſtēdere. Cupiditas ad ea cōparāda nobis data eſt:quæ ſunt ad uitā neceſſaria:libido ad ſobolē ꝓpagandā:iræ affectus ad coercēda peccata eorū:qui ſunt in noſtra ptāte.i.ut arctiore diſciplina minor ætas ad ꝓbitatē iuſtitiāqꝫ formeť : q̃ niſi in metu cohibeať:licētia pariet audaciā:quæ ad omne flagitiū & facinus euadet.Itaqꝫ ut ira uti aduerſum minores & iuſtū eſt & neceſſariū:ſic & aduerſum pares & pnitioſum eſt & īpiū.Impiū qꝛ uiolať humanitas: pernitioſum qꝛ illis repugnātibus aut pdere neceſſe eſt:aut perire.Hāc autē quā dixi eſſe rōnē:cur homini ſit iræ affectus datus:ex ipſius dei præceptis ītelligi poteſt:qui iubet uti maledictis & lædētibus nō iraſcamur. Manus aūt noſtras:ſupra minores ſemp habeamus:hoc eſt ut peccātes eos aſſiduis uerberibus corrigamus: ne amore inutili & īdulgētia nimia educenť ad malū:& ad uitia nutrianť.Sed rerū īperiti & rōnis ignari eos affectus:qui ſunt hoī ad uſus bonos dati exterminauerūt:& latius q̃ rō poſtulat:euaganť.Inde iniuſte atqꝫ īpie uiuiť:utunturqꝫ ira cōtra pares. Hinc diſſidia:hīc expulſiones:hīc bella cōtra iuſtitiā nata ſūt.Vtunť cupiditate ad cōgerēdas opes.Hinc fraudes:hīc latrocinia:hinc oīa ſcelerū genera orta ſūt.Vtunť libidine ad capiendas tantū uoluptates.Hinc ſtupra : hīc adulteria:hinc corruptelæ oēs extiterūt.Quicunqꝫ igiť illos affectus intra fines ſuos redegerit:qđ ignorātes deū facere nō poſſunt.Hic patiēs:hic fortis:hic iuſtus eſt.

De quinqꝫ ſenſuū uoluptatibus : & quare plus uoluptatis datū ſit homini a natura q̃ cæteris animātibus: & primū de uoluptate uiſus.& de ſpectaculis euitādis:& de ludorū & ſpectaculoꝝ auctoribus. Cap. XX.

REſtat ut contra quinqꝫ ſenſuum uoluptates dicam breuiter. Nam & ipſius libri menſurā iā modum flagitat:quæ omnes quoniā uitioſæ ac mortiferæ ſunt:uirtute ſuperari atqꝫ opprimi debēt: uel (qđ paulo ante dicebā) de affectibus ad rationē ſuā reuocari.Cæteræ animantes præter unam uoluptatem : quæ ad generandum pertinet:nullam ſentiunt. Vtuntur ergo ſenſibus ad naturæ ſuæ neceſſitatem.Vident ut appetant ea:quibus opus eſt ad uitam tuendam:audiunt inuicē ſeqꝫ dignoſcunt:ut poſſint congregari.Quæ utilia ſunt ad uictum:aut ex odore inueniūt : aut ex ſapore percipiunt:inutilia reſpuunt aut recuſant. Edendi aut bibendi officium uentris plenitudine metiunť. Homini uero ſolertiſſimi artificis prouidentia dedit uoluptatē infinitā:& in uitium cadentē : quia propoſuit ei uirtutē
Cicero quæ cum uoluptate ſemper tanq̃ cū domeſtico hoſte pugnaret.Cicero in Catone maiore:Stupra uero inqt: & adulteria:& omne flagitiū nullis excitari aliis illecebris niſi uoluptatis.Cūqꝫ homini ſiue natura:ſiue quis deus nihil mente præſtabilius dediſſet:huic diuino muneri ac dono nihil tam inimicū q̃ uoluptatē. Nec.n. libidine dominante temperātiæ locū eē:neqꝫ in uoluptatis regno uirtutem poſſe cōſiſtere:ſed econtrario deus iccirco uirtutem dedit:ut expugnaret & uinceret uoluptatē:eamqꝫ egredientē fines ſibi datos:īfra preſcriptum coerceret:ne hoīem ſuauitatibus delinitum atqꝫ captum:ditioni ſuæ ſubiiceret:ac ſempiterna morte mulctaret.Voluptas oculorū uaria & multiplex eſt:quæ capiť ex aſpectu reꝝ.quæ ſunt ī uſu hoīum:uel natura:uel opere delectabiles.Hanc philoſophi rectiſſime ſuſtulerunt.Aiunt.n.multo eſſe præclarius & homine dignius cælū potius q̃ cælata intueri.Et hoc pulcherrimū opus intermicantibus aſtroꝝ luminibus:tanq̃ floribus adornatū:q̃ picta & ficta & gēmis diſtincta mirari.Sed cū diſerte cōtemptū terreſtriū nos exhortati ſunt:& ad cæli ſpectaculū excitauerūt:tamē ſpectacula hæc publica nō contēnunt. Itaqꝫ his & delectanť:& libenter interſunt:quæ quoniā maxima ſunt irritamēta uitioꝝ:& ad corrumpendos aīos potiſſime ualent tollenda ſunt nobis:qa non mō ad beatam uitam nihil cōferunt:ſed etiā nocent plurimū. Nā qui hoīem q̃uis ob merita dānatū ī cōſpectu ſuo iugulari ꝓ uoluptate cōputat:conſciam ſuā polluit:tam.ſ. q̃ ſi homicidii qđ fit occulte:ſpectator & particeps fiat.Hos tamē ludos uocāt:ī qbus humanus ſanguis effundiť.Adeo lōge ab hoībus receſſit humanitas:ut cū aīas hoīum īterficiāt:ludere ſe opinenť: innocentiores his hoībus quoꝝ ſanguinē uoluptati hēnt.Quæro nūc an poſſint pii & iuſti hoīes eſſe:q conſtitutos ſub ictu mortis ac miſericordiā deꝓcantes:nō tātū patiunť occidi ſed efflagitāt:ferūtqꝫ ad mortē crudelia & humana ſuffragia: nec uulneribus ſatiati:nec cruore cōtēti:qnetiā pcuſſos iacēteſqꝫ repeti iubēt:& cadauera ictibus diſſipari:neqꝫ illos ſimulata morte deducat.Iraſcunť ēt pugnātibus:niſi celeriter alter e duobus occiſus ē.& tāq̃ humanū ſanguinē ſitiant:oderunt moras:alios illis cōpares dari poſcūt recētiores:ut q̃primū oculos ſuos ſatient. Hac conſuetudine imbuti humanitatem pdiderunt.Itaqꝫ nō parcūt ēt īnocētibus:ſed exercent in oēs qđ ī malorum trucidatione didicerunt.Huius igiť publici homicidii ſocios & participes eſſe non conuenit eos

qui iuſtitiæ uiā tenere nitunť.Non.n.cū occidere deus uetat:latrocinari tantum ꝓhibet qđ ne p leges qdē publicas licet:ſed ea quoq ne fiāt:monet:quæ apud hoīes ꝓ licitis habenť.Ita neq militare iuſto licebit:cuius militia eſt ipſa iuſtitia:neq uero accuſare quenq̄ crimine capitali:qa nihil diſtat:utrū ne ferro an uerbo potius occidas:quoniā occiſio ipſa ꝓhibeť.Itaq ī hoc dei pcepto nullā ꝓrſus exceptionē fieri oportet qn occidere hoīem ſit ſemp nefas:quē deus ſanctū aīal eē uoluit.Ergo ne illud qdē cōcedi aliqs exiſtimet:ut recēs natos liceat oblidere:q̄ uel maxīa ē īpietas.Ad uitā enī deus īſpirat aīas:nō ad mortē.Verꝝ hoīes ne qđ ſit facinus:quo manus ſuas polluant:rudibus adhuc & ſimplicibus animis abnegāt lucē nō a ſe datā.Expectet uero aliqs:ut alieno ſanguini parcant:q nō parcūt ſuo:ſed hi ſine ulla controuerſia ſcelerati & iniuſti. Quid illi quos falſa pietas cogit exponere?Nō poſſunt īnocētes exiſtimari:qui uiſcera ſua canibus obiiciūt:& quantū in ipſis eſt:crudelius necāt:q̄ ſi ſtrāgulaſſent.Quis dubitet qn īpius ſit:q alienæ miſericordiæ locū nō tribuit q etiā ſi cōtingat ei qđ uoluit:ut alať:addixit certe ſanguinē ſuū uel ad ſeruitutē: uel ad lupanar. Quæ āt poſſint:uel ſoleāt accidere ī utroq ſexu: uel p errorem qs nō ītelligit?qs ignorat?Qđ uel unius Aedipodis declarat exēplū:duplici ſcelere cōfuſum.Tā igiť nefariū ē exponere:q̄ necare.At.n.parricidæ facultatū anguſtias cōqueruntť:nec ſe pluribus liberis educādis ſufficere poſſe prætēdūt:quaſi uero aut facultates in ptāte ſint poſſidentiū:aut nō quotidie deus ex diuitibus pauperes:& ex paupibus diuites faciat. Quare ſiquis liberos ob pauptatē nō poterit educare:ſatius eſt ut ab uxoris cōgreſſione contineat:q̄ ſceleratis manibus dei opera corrumpat.Ergo ſi homicidium facere nullo mō licet:necītereſſe oīo concediť:ne conſciam pfundat ullus cruor.Siqdem populo ſanguis ille præſtať:in ſcænis quoq neſcio an ſit corruptela uitioſior. Nam & comicæ fabulæ de ſtupris uirginum loquunť: aut amoribus meretricū:& quo magis ſunt eloquentes q flagitia illa finxerunt:eo magis ſnīarū elegātia pſuadēt:& facilius īhærent:audientiū memoriæ uerſus numeroſi & ornati. Item tragicæ hiſtoriæ ſubiiciunt oculis parricidia & īcæſta regum malorum: & cothurnata ſcelera demōſtrāt.Hiſtrionū quoq īpudiciſſimi motus qd aliud niſi libidines docēt & īſtigāt?quorū eneruata corpora:& in muliebrem īceſſum habitūq mollita īpudicas fœminas īhoneſtis geſtibus mētiunť.Quid de mimis loquar corruptelarū pferētibus diſciplinā?qui docēt adulteria : dū fingūt:& ſimulatis erudiūt ad uera? Quid iuuenes aut uirgines faciāt:cū & fieri ſine pudore:& ſpectari libēter ab oībus cernūt? Admonenť utique qd facere poſſint:& īflāmanť libidine:q̄ aſpectu maxime cōcitať:ac ſe qſq ꝓ ſexu in illis imaginibus pſigurat:ꝓbātq illa dū ridēt:& adhærētibus uitiis corruptiores ad cubicula reuertunť:nec pueri mō : quos pmaturis uitiis ībui nō oportet:ſed etiā ſenes quos peccare nō decet:in talē uitiorū ſemitā dilabunť.Circenſium quoq ludorū rō qd aliud habet:niſi leuitatē:uanitatē:inſaniā?Tāto nāq īpetu cōcitanť animi in furorē quāto illic īpetu curriť:ut iā plus ſpectaculi exhibeāt:q ſpectādi gratia ueniūt: cū exclamari & efferri:& exilire cœperint.Vitāda ergo ſpectacula oīa:nō ſolū ne qd uitiorū pectoribus inſideat:quæ ſedata & pacifica eſſe debēt:ſed ne cuius nos uoluptatis cōſuetudo deliniat:& a deo atq a bonis opibus auertat.Nam ludoꝝ cælebratiōes deorū feſta ſunt:ſiqdē ob natales eorū uel tēporū nouorū dedicatiōes ſunt cōſtituti.Et primitus qdem uenerati ōes:q uocanť munera Saturno attributæ ſūt.Ludi aūt ſcænici libero: Circēſes uero Neptūno. Paulatim uero & cæteris diis idē honos tribui cœpit:ſinguliq ludi noībus eorū cōſecrati ſūt.Sicut Siſinnius Capito in libris ſpectaculoꝝ docet.Siquis igiť ſpectaculis intereſt:ad quæ religionis gratia cōuenitur diſceſſit a dei cultu:& ad deos ſe contulit:quorū natales & feſta celebrauit. Siſinnius

De uoluptate aurium:Et quid ſibi uelit diuinorū eloquiorū ſimplicitas:quæ omnibus carminibus & floribus:pompiſq uerborum præferenda eſt. Cap.XXI.

AVriū uoluptas ex uocū & cātuū ſuauitate pcipiť:quæ.ſ.tā uitioſa eſt:q̄ oblectatio illa:de qua diximus oculorū.Quis enī nō luxurioſum:ac nequā putet eū : qui ſcænicas artes domi habeat? Atq nihil refert utrū ne luxuriā ſolus domi:an cū populo exerceas in theatro. Sed iā de ſpectaculis dictum eſt:reſtat unū:qđ eſt nobis expugnādū:ne capiamur his quæ ad ſenſum ītimū penetrant. Nā illa oīa quæ uerbis carēt.i.aeris & neruorū ſuaues ſoni:poſſunt facile cōtēni: qa nō adhærent: nec ſcribi poſſunt.Carmē autē cōpoſitū & oro cū ſuauitate decipiēs capit mētes:& quo uoluerit īpellit.Inde hoīes litterati cū ad religionē acceſſerint dei : ab aliquo īperito doctore fundati minus credunt. Aſſueti enī dulcibus & politis:ſiue orōnibus:ſiue carminibus:diuinarū litterarū ſimplicē cōemq ſermonē pro ſordido aſpernanť.Id enī quærūt quod ſenſum demulceat.Perſuadet autē qcqd eſt ſuaue:& aīo penitus dū delectat: inſidet.Nū igiť deus & mētis:& uocis:& līguæ artifex diſerte loq nō pōt?Immo uero ſūma ꝓuidētia carere phuco uoluit ea:quæ diuina ſunt:ut oēs ītelligerent quæ ipſe oībus loquebať.Ergo qui ueritati ſtudet : qui nō uult ipſe ſe decipere : abiiciat inimicas & noxias uoluptates:quæ aīam ſibi uinciāt: ut corpus cibi dulces: præferanť uera falſis:æterna breuibus:utilia iucūdis.Nihil aſpectu gratū ſit:niſi qđ pie:qđ iuſte fieri uideas nihil auditu ſuaue : niſi qđ alit animā:melioreq te reddit.Maximeq hic ſenſus nō ē ad uitiū detorquēdus: q nobis iō datus ē:ut doctrinā dei pcipe poſſemus.Itaq ſi uoluptas ē audire cātus & carmīa : dei laudes canere:& audire iucūdū ſit.Hæc ē uoluptas uera:quæ comes & ſocia uirtutis ē.Hæc ē nō caduca & breuis:ut illæ q̄s appetūt:q corpori ut pecudes ſeruiūt:ſed ppetua & ſine ulla ītermiſſiōe delectās. Cuius terminos ſiqs excellerit:nihilq aliud ex uoluptate petierit:niſi ipſam uoluptatē:hic mortē meditať:qa ſicut uita ppetua ī uirtute ē:ita mors ī uoluptate.Qui.n.tpalia maluerit:carebit æternis: q terrena ꝓtulerit : cæleſtia nō habebit.

De uoluptate olfatus & guſtus:quā uir prudēs euitare debet:& laqos & tēdiculas mortis. Cap.XXII.

AD uoluptates autē ſaporis & odoris: q duo ſenſus ad ſolū corpus ptinēt nihil eſt aliud quod a nobis diſputeť:niſi forte qs exigit: ut dicamus turpe eſſe ſapienti ac bono ſi uentri & gulæ ſeruiat:ſi unguētis oblitus ac floribus coronatus īcedat:quod q facit:utiq īſipiēs:& īeptus:& nihil ē:& quē ne odor qdē uirtutis attigerit.Fortaſſe qſpiā dixerit, Cur ergo illa facta ſunt niſi ut illis fruamur?

At eni iā ſæpe dictū eſt uirtutē fuiſſe futurā nullā:niſi haberet q̄ opprimeret.Itaqꝫ fecit oīa deus ad iſtruendū certamē rerū duarū.Ergo illecebræ iſte uoluptatū arma ſunt illius:cuius opus unū eſt expugnare uirtutē:iuſtitiāqꝫ ab oībus excludere. His blandimētis titillat aīa & ſuauitatibus. Scit.n.qa mortis ē fabricatrix uoluptas.Nā ſicut deus hoīem ad uitā nō niſi per uirtutē ac laborē uocat:ita ille ad mortē per delitias ac uoluptates:& ſicut ad uerū bonū per fallacia mala:ſic ad uerū malū per bona fallacia peruenit̄. Cauenda ſunt igitur oblectamēta iſta tanq̄ laquei & plagæ:ne ſuauitudinum mollicie capti:ſub ditione mortis cum ipſo corpore redigamur:cui nos mancipauimus.

De uoluptate tactus:& quare ſit in hoīe uehemētior q̄ in cæteris aīalibus:& quātas ꝑ eū diabolus turpitudines īgerat & ſpicula gehēnæ:& de licito coitu & illicito:& q̄re īter oīa animantia ſola mulier poſt cōceptū patiens uiri:& qs ſit continentiæ uel incontinentiæ fructus. Cap. XXIII.

VEnio nūc ad eā quæ ꝑcipit̄ ex tactu uoluptatē:q ſenſus ē qdē totius corporis.Sed ego nō de ornamētis aut ueſtibus:ſed de ſola libidine dicēdū mihi puto:quæ maxime coercenda eſt:qa maxime nocet.Cū excogitaſſet deus duorū ſexuū rōnē:attribuit ipſis ut ſe inuicē appeterēt:& cōiunctione gauderēt.Itaqꝫ ardētiſſimā cupiditatē cūctorū animātiū admiſcuit corporibus:ut in hos affectus auidiſſime ruerēt: eaqꝫ rōne ꝓpagari & multiplicari genera poſſent. Quæ cupiditas & appetētia in hoīe uehemētior & acrior inuenit̄:uel qa hominū multitudinē uoluit eſſe maiorē:uel quoniā uirtutē ſoli homini dedit:ut eſſet laus & gloria in coercendis uoluptatibus:& ſui abſtinētia.Scit ergo aduerſarius ille noſter q̄ta ſit uis huius cupiditatis:quā qdē neceſſitatē dicere maluerunt:eāqꝫ a recto & bono ad malū & ad prauū trāſferūt.Illicita.n.deſideria īmittit:ut aliena cōtaminēt:qbus habere ꝓpria ſine delicto licet. Obiicit quippe oculis irritabiles formas:ſuggeritqꝫ fomēta:& uitiis pabulū ſubminiſtrat: tū intimis uiſceribus ſtimulos oēs cōturbat:& cōmouet:& naturalē illū incitat:atqꝫ īflāmat ardorē donec irrætitū hominē īplicatūqꝫ decipiat.At ne qs eſſet:q pœnarū metu abſtineret alieno: lupanaria quoqꝫ cōſtituit: & pudorē īfœliciū mulierū publicauit:ut ludibrio haberet tā eos qui faciūt:q̄ quas pati neceſſe eſt. His obſcœnitatibus aīas ad ſanctitatē genitas:uelut ī cœni gurgite demerſit:pudorē extinxit:pudicitiā fugauit.Idē etiā mares admiſcuit maribus:& nefandos coitus cōtra naturā cōtraqꝫ īſtitutū dei machinatus eſt:ſic ībuit hoīes:& armauit ad nefas oē.Quid enī pōt eē ſanctū his:qui ætatē ībecillā & præſidio īdigentē.libidini ſuæ depopulandā fœdādāqꝫ ſubſtrauerit? Nō pōt hæc res pro magnitudine ſceleris enarrari.Nihil amplius iſtos appellare poſſum q̄ īpios & parricidas: qbus nō ſufficiat ſexus a deo datus: niſi & ſuū ſexū ꝓphane ac petulanter illudāt. Hæc tamē apud illos leuia & q̄ſi honeſta ſūt. Quid dicā de his qui abominādā nō libidinē:ſed īſaniā potius exercent? Piget dicere.Sed quid his fore credamus:quos nō piget facere? & tamē dicendū eſt:quia fit.De iſtis loquor:quorū teterrima libido & execrabilis furor: ne capiti quidē parcit.Quibus hoc uerbis aut q̄ indignatione tātū nefas ꝓſequar. Vicit officiū linguæ ſceleris magnitudo.Cū igit̄ libido hæc edat opa:& hæc facinora deſignet:armādi aduerſus eā uirtute maxima ſumus.Quiſquis affectus illos frænare nō poteſt: cohibeat eos intra præſcriptum lægittimi thori:ut & illud quod auide expetit:aſſequatur:& tamē in peccatū non incidat.Nā quid ſibi hoīes ꝑditi uolūt? Nēpe honeſta opera uoluptas ſequit̄: ſi ipſam per ſe appetunt:iuſta & legittima frui licet. Quod ſi aliqua neceſſitas prohibet:tum uero maxima adhibenda uirtus erit:ut cupiditati continentia reluctetur. Nec tantum alienis thoris q̄ attingere nō licet: uerum etiam publicis uulgatiſqꝫ corporibus abſtinendum deus præcepit.Docetqꝫ nos cum duo īter ſe corpora fuerint copulata: unum corpus efficere.Itaqꝫ qui ſe cœno īmerſerit:cœno ſit oblitus neceſſe eſt:& corpus quidem cito ablui poteſt:mēs autem cōtagione īpudici corporis īquinata nō pōt:niſi ex lōgo tpe & multis bonis operibus ab ea quæ īhæſerit: colluuione purgari. Oportet ergo ſibi quēqꝫ præponere duorum ſexuum coniunctionem generandi cauſa datam eſſe uiuentibus.Eamqꝫ legem his affectibus poſitam:ut ſucceſſionem parent. Sicut autem dedit nobis oculos deus:nō ut ſpectemus uoluptatemqꝫ capiamus: ſed ut uideamus ꝑꝑ eos actus: qui ꝑtinent ad uitæ neceſſitatem.Ita genitalē corporis partē:qđ nomē ipſum docet:nulla alia cauſa niſi efficiendæ ſobolis accepimus.Huic diuinæ legi ſumma deuotione parēdū eſt.ſint oēs q dei diſcipulos ſe ꝓfitebunt̄ ita morati & inſtituti:ut imparē ſibi poſſint.Nā q uoluptatibus indulgent:q libidini obſequunt̄:hi animā ſuam corpori mancipant:ad mortemqꝫ condēnant.Qui ſe corpori addixerunt in quo habet mors ꝑtātem. Vnuſqſqꝫ igit̄ q̄tū pōt formet ſe ad uerecundiā:pudorēqꝫ colat:caſtitatēqꝫ mente & conſcīa tueat̄.Nec tātū legibus publicis pareat:ſed ſit ſupra oēs leges:q legē dei ſequit̄.Quibus bonis ſi aſſuerit:iā pudebit eū ī deteriora deſcēdere.Modo placeāt recta & honeſta q̄ melioribus iucundiora ſunt:q̄ praua & īhoneſta peioribus.Nōdū oīa caſtitatis officia executus ſum:q̄ nō modo deus intra priuatos parietes:ſed ēt æpiſcripto lectuli terminat: ut cū qs habeat uxorē:neqꝫ ſeruā neqꝫ liberā hēre īſuper uelit:ſed mr̄imonio fidē ſeruet.Nō.n.ſicut iuris publici rō eſt:ſola mulier adultera eſt q habet aliū. Maritus aūt ēt ſi plures habeat:a crimine adulterii ſolutus eſt. Sed diuina lex ita duos ī mr̄imoniū:qđ ē in corpus unū pari iure cōiungit:ut adulter habeat̄ qſqs compagē corporis ī diuerſa diſtraxerit.Nec ob aliā cām deus cū cæteras aīantes ſuſcepto fœtu maribus repugnare uoluiſſet:ſolā oīum mulierē patientē uiri fecit.ſ.ne fœminis repugnantibus libido cogeret uiros aliud appetere:eoqꝫ facto caſtitatis gloriā nō tenerēt.Sed neqꝫ mulier uirtutē pudicitiæ caperet:ſi peccare non poſſet. Nā qs mutum aīal pudicū eſſe dixerit:quod ſuſcepto fœtu mari repugnat? Quod ideo facit:quia neceſſe eſt in dolorē atqꝫ in periculū ueniat:ſi admiſerit.nulla.igit̄ laus eſt non facere qđ nō poſſis facere.Ideo aūt pudicitia ī hoīe laudat̄:qa nō naturalis eſt:ſed uolūtaria.Seruanda igit̄ fides ab utroqꝫ alteri eſt:īmo exēplo cōtinētiæ docēda uxor ut ſe caſte gerat.Iniquū ē.n.ut id exigas:qđ ipſe præſtare non poſſis.Quæ iniqtas id effecit ꝑfecto:ut eſſent adulteria: fœminis ægre ferentibus præſtare ſe fidem non exhibentibus mutuam caritatē Deniqꝫ nulla eſt tam ꝑditi pudoris adultera:q̄ nō hanc cām uitiis ſuis prætēdat:iniuriā ſe peccando nō face-

re:ſed referre:qđ optime Quintilianus expreſſit. Homo inqt neq; alieni mřimonii abſtinens neq; ſui cuſtos: quæ inter ſe natura cōnexa ſunt. Ná neq; maritus circa corrūpendas alioꝝ cōiuges occupatus pōt uacare domeſticæ ſanctitati. Et uxor cum in tale īcidit mřimoniū:exéplo ipo concitata aut imitari ſe putat:aut uindicari. Cauédum igiť ne occaſioné uitiis noſtra intempantia demus:ſed aſſueſcát inuicé mores duoꝝ:& iugū paribus animis īferant. nos ipſos ī altero cogitemus. ná fere in hoc iuſtitiæ ſumma cōſiſtit:ut nō facias alteri qcqd ipſe ab altero pati nolis. Hæc ſunt quæ ad cōtinétiam præcipiunť a deo. Sed tamé ſiqs diuina præcepta circunſcribere ſe putet poſſe:addanť illa ut oīs calūnia & occaſio fraudis remoueať:adulterū eſſe qui a marito dimiſſam duxerit:& eum q præter crimen adulterii uxoré dimiſerit:ut alterá ducat. Diſſociari.n. corpus & diſtrahi deus noluit. Præterea non tantū adulteriū eſſe uitandū. ſed etiá cogitationé:neqs aſpiciat alienam & animo concupiſcat. Adulterá.n.fieri métem:ſi uel imaginé uoluptatis ipſa ſibi depinxerit. Mens ē.n.profecto quæ peccat quæ immoderatæ libidinis fructū cogitatiōe complectiť. In hac crimé eſt:in hac oē delictū. Nam & ſi corpus nulla ſit labe maculatū:nō cōſtat tamé pudicitiæ rō:ſi animus incæſtus eſt:nec illibata caſtitas uideri pōt. ubi conſciam cupiditas inquinauit. Nec uero aliqs exiſtimet difficile eſſe imponere frænos uoluptati:eamq; uagá & erranté caſtitatis pudicitiæq; limitibus īcludere:cum ꝓpoſitum ſit hoībus oībus etiá uincere:ac plurimi beatam atq; īcorruptam corporis integritatem retinuerunt:multiq; ſint q hoc cæleſti genere uitæ fœliciſſimæ perfruanť. Quod qdem non ita deus fieri præcepit tanq̄ aſtringat:quia generari homines oportet:ſed tanq̄ ſinat. Scit.n.quantam his affectibus impoſuerit neceſſitatem: Siqs hoc inqt facere potuerit habebit eximiam īcomparabilemq; mercedem. Quod continentiæ genus quaſi faſtigium eſt: oīumq; conſūmatio uirtutum. Ad quam ſi qs eniti atq; eluctari potuerit:hunc ſeruum dominus:hūc diſcipulū magiſter agnoſcet. Hic terram triūphabit:hic erit conſimilis deo:q uirtutem dei cœperit. Hæc qdé difficilia uidenť:ſed de eo loquimur:cui calcatis omnibus terrenis iter in cælum paratur. Nam quia uirtus in dei agnitione conſiſtit:omnia grauia ſunt:dum ignores: ubi cognoueris facilia. per ipſas difficultates nobis excūdū eſt:qui ad ſūmū bonū tēdimus.

De pœnitentia & fructu eius: & cōſcientiæ ſtimulis: & diſtricto dei iudicio:ex quibus ſacrificiis: & in qua ara poſſit placari. Cap. XXIIII.

NEc tamé deficiat aliquis:aut de ſe deſperet:ſi aut cupiditate uictus:aut libidine īpulſus:aut errore deceptus: aut ui coactus: ad iniuſtitiæ uiá lapſus eſt. Poteſt eni reduci ac liberari ſi eum pœniteat actorū:& ad meliora cōuerſus ſatis deo faciat:quod fieri poſſe Cicero nō putauit:cuius hæc ī acadæmico tertio uerba ſunt. Quod ſi liceret his q in itinere deerraſſent: ſic uiá deuiá ſecutos corrigere erroré in pœnitédo:facilior eſſet emendatio temeritatis. Licet plane. Ná ſi liberos noſtros cū delictorū ſuorū cernimus pœnitere: correptos eſſe arbitramur:& abdicatos abiectoſq; rurſus tamé ſuſcipimus:fouemus:amplectimur:cur deſperemus clemétiá dei patris pœnitédo poſſe placari? Ergo idem dominus ac parens indulgétiſſimus remiſſurū ſe pœnitétibus peccata ꝓmittit:& obliturū oés iniqtates noſtras:ſi iuſtitiá denuo cœpimus opari. Sicut.n.nihil prodeſt male uiuéti ante actæ uitæ ꝓbitas:qa ſupueniés nequitia iuſtitiæ opa deleuit:ita nihil officiūt peccata uetera correcto:qa ſupueniés iuſtitia labé uitæ prioris aboleuit. Qué eni facti ſui pœnitet:erroré ſuū priſtinū intelligit. Ideoq; græci melius & ſignificátius μεταγνωσιν dicūt:qué nos latine poſſumus dicere reſipiſcentiá. Reſipiſcit enim ac ſuá menté quaſi ab inſania recipit:qué errati piget. caſtigatq; ſeipſum demétiæ:& cōfirmat animū ſuū ad rectius uiuendū: tū idipſum maxime cauet: ne rurſus in eoſdé laqueos inducať. Deniq; muta quoq; aīalia cum fraude capiunť: ſi aliquo ſe modo in fugá excitauerint:fiūt poſtmodū cautiora:uitátq; ſemp ea oía in qbus dolos inſidiaſq; ſenſerūt. Sic hominé pœnitentia cautū ac diligenté facit ad euitáda peccata:in quæ ſemel fraude deciderit. Nemo.n.pōt eē tam prudés:tá circūſpectus:ut nō aliquádo labať. Et iccirco deus ībecillitaté noſtrá ſciés: pro ſua pietate aperuit nobis portū ſalutis:ut huic neceſſitati:cui fragilitas carnis ſubiecta eſt:medicina pœnitétiæ ſubueniret. Ergo quicūq; aberrauerit:referat pedé: ſeq; q̄primū recipiat ac reformet. Sed reuocare gradū: ſupaſq; euadere ad auras Hos opus:hic labor eſt. Deguſtatis eni male iucūdis uoluptatibus. uix diuelli ab his poſſūt:facilius recta ſequerenť:ſi earū ſuauitates nō attigiſſent:ſed ſi eripiát ſe malæ ſeruituti cōdonabiť his oīs error:ſi errorem ſuū uita meliore correxerint. Nec lucrari ſe quiſq̄ putet:ſi delicti cōſcium nō habebit:ſcit ille oía ī cuius cōſpectu uiuimus. nec ſi uniuerſos hoīes cælare poſſumus:deū poſſumus:cui nihil abſcōditū:nihil pōt eē ſecretū. Seneca exhortatiōes ſuas mirabili ſentétia terminauit. Magnū inqt neſcio qd maius q̄ cogitari pōt numé eſt:cui uiuédo operá damus. Huic nos approbemus. Ná nihil ꝓdeſt īcluſam eſſe cōſciétiá: patemus deo. Quid uerius dici pōt ab eo:q deū noſſet:q̄ dictū eſt ab hoīe ueræ religiōis ignaro? ná & maieſtaté dei exp̄ſſit maioré eē dicédo:q̄ ut eá cogitatio métis humanæ cape poſſit: & ipſum ueritatis attigit fonté: ſentiédo uitá hoīs ſupuacuá nō eē (ut Epicuri uolunt) ſed deo ab his operá uiuédo dari:ſiqdé iuſte ac pie uixerint. Potuit eſſe uerus dei cultor:ſiqs illi mōſtraſſet ut cōtépſiſſet:ꝑfecto Zenoné & magiſtrū ſuū ſocioné:ſi ueræ ſapientiæ ducé nactus eēt. Huic nos īqt approbemus. Cæleſtis ꝓrſus oro niſi antecederet ignorátiæ cōfeſſio: nihil ꝓdeſt īcluſam hr̄e cōſciétiá:patemus deo:nullus ergo médacio:nullus diſſimulatiōi locus eſt: qa parietibus oculi hoīum ſubmouenť:dei aūt diuinitas nec uiſceribus ſubmoueri pōt:quominus totū hominem perſpiciat & norit. Idé in eiuſdem opis primo. Quid agis inquit? quid machinaris? quid abſcondis? Cuſtos te tuus ſequitur. Alium tibi peregrinatio ſubduxit:aliū mors:alium ualitudo. Hæret hic:quo carere nunq̄ potes Quid locum abditum legis: & arbitrū remoues? Puta tibi cōtigiſſe ut oculos omniū effugias demés. Quid tibi prodeſt non habere conſcium:habenti conſcientiam? nō minus mirabiliter de conſcientia & deo Tullius: Meminerit inquit deum ſe habere teſté:ideſt (ut ego arbitror) menté ſuá:quá nihil homini dedit ipſe diuinius. Item cū de bono & iuſto uiro loquereť. Itaq; talis uir inquit nō modo facere:ſed ne cogitare quidem quicq̄ audebit: quod non audeat prædicare. Purgemus igitur conſcientiam: quæ oculis dei eſt peruia. & (ut

Seneca

idem ait) ſemp ita uiuamus : ut rōnem nobis reddendā arbitremur: putemuſq; nos mométis omnibus nō
in aliquo (ut ille dixit) orbis terræ theatro ab hominibus: ſed deſuper ſpectari ab eo: qui & iudex & teſtis ipſe
futurus eſt: cui ratiōnē uitæ repoſcenti actus ſuos inficiari nō licebit. Ergo ſatius eſt aut fugere conſciētiā: aut
nos ipſos ultro aperire animū : & pniciem reſciſſis uulneribus effundere: quibus nemo alius mederi poteſt
niſi ſolus ille qui greſſum claudis: uiſum cæcis reddidit: maculata purgauit membra: mortuos excitauit. Il-
le ardorē cupiditatis extinguet: extirpabit libidines: inuidiā diſtrahet: irā mitigabit. Ille reddet ueram & ppe-
tuam ſanitatē. Appetenda eſt hæc oībus medicina: quoniā maiori periculo uexatur anima q̄ corpus: & q̄pri
mum latentibus morbis adhibenda eſt curatio. Neq; enim ſi utat̃ aliquis oculorum acie clara: membris oī-
bus integris corporis totius fortiſſima ualitudine: tamen eū dixerim ſanū ſi efferat̃ ira: ſuperbia tumidus ī-
fletur: libidini ſeruiat: cupiditatibus inardeſcat: ſed eum potius qui ad alienā fœlicitatem nō attollat oculos:
opes nō admiret̃: alienam mulierē ſancte uideat: nihil oīno appetat: non cōcupiſcat alienū: non inuideat ulli:
non faſtidiat quēq̄: ſit humilis: miſericors: beneficus: mitis: humanus: pax in animo eius perpetua uerſet̃. Il-
le homo ſanus: ille iuſtus: ille pfectus eſt. Quiſquis igit̃ his oībus præceptis cæleſtibus obtēperauerit: hic eſt
ueri dei cultor: cuius ſacrificia ſunt manſuetudo animi: & uita innocens: & actus boni. Quæ omnia qui ex-
hibet: totiens ſacrificat: quotiens bonum aliqd' ac piū fecerit. Deus enī non deſiderat uictimā: neq; muti ani
malis: neq; mortis ac ſanguinis: ſed hominis & uitæ. Ad quod ſacrificiū neq; uerbenis opus eſt : neq; fibris:
neq; ceſpitibus: quæ ſunt utiq; uaniſſima: ſed his quæ de intimo corde proferunt̃. Itaq; in arā dei quæ uere
maxima eſt: & quæ in corde hominis collocata coinquinari nō poteſt ſanguine: iuſtitia imponitur : patien-
tia: fides: inocentia: caſtitas: abſtinentia. Hic eſt ueriſſimus ritus: hæc illa lex dei (ut a Cicerone eſt dictum) p̄-
clara & diuina ſempq; recta & honeſta iubet. Vetat praua & turpia cui parentem ſanctiſſime ac certiſſimæ
legi: iuſte ac legittime neceſſe eſt uiuere. Cuius legis pauca equidem capita poſui: q̄ ſum pollicitus ea me tā-
tūmodo eſſe dicturum: quæ ſummū faſtigium uirtuti & iuſtitiæ imponerēt. Siquis uolet cætera oīa com-
prehendere: ex fonte ipſo petat: unde ad nos riuus iſte manauit.

De differentia doni & ſacrificii diuini: & forma laudandi deū: & orationis forma & fructu. Cap. XXV.

Plato NVnc de ſacrificio ipſo dicamus pauca. Ebur inquit Plato non caſtū donū deo. Quid ergo? Picta
ſcilicet & pcioſa? imo uero nō caſtū donū deo q̄cq̄d ſurripi : q̄cquid corrūpi poteſt. Sed ſicut hoc
uidit nō oportere uiuenti offerre aliquid quod ſit ex mortuo corpore: cur illud nō uidit nō debe
Seneca re incorporali corporale munus offerri? Quanto melius & uerius Seneca. Vultis ne uos inqt deū
cogitare magnū & placidum: & maieſtate leni uerendum: amicum & ſemper in proximo non ī-
molationibus nec ſanguine multo colēdum. Quæ enim ex trucidatione īmerentium uoluptas eſt? Sed mē
te pura: bono honeſtoq; propoſito: non templa illi congeſtis in altitudinē ſaxis ſtruenda ſunt: in ſuo cuiq; cō
ſecrandus eſt pectore. Veſtes igitur: gemmas: & cætera quæ habentur in precio: ſi quis putet deo cara: is pla
ne quid ſit deus neſcit: cui putat uoluptati eſſe eas res : quas ſi etiam homo cōtēpſerit: iure laudabitur. Quid
ergo caſtum? quid deo dignum: niſi quod ipſe in illa diuina lege ſua popoſcit? Duo ſunt quæ offerri debeāt:
donum & ſacrificium: donum in perpetuū: ſacrificiū ad tempus. Verum apud iſtos: qui nullo modo ratio-
nem diuinitatis ītelligunt donū eſt quicquid auro argentoq; fabricat̃. Item quicq̄d ſerico & purpura texit̃.
ſacrificiū eſt & uictima: & quæcunq; in ara cremātur. Sed utroq; non utitur deus: quia & ipſe incorruptus
eſt: & illud totum corruptibile. Itaq; deo utrunq; incorporale offerendū eſt: quo utitur. Donū eſt integritas
animi: ſacrificium laus & hymnus. Si enī deus nō uidetur: ergo his rebus coli debet: quæ nō uidentur. nulla
igitur alia religio eſt uera: niſi quæ uirtute ac iuſtitia conſtat. Quomodo autem deus iuſtitia hominis utat̃:
intellectu facile eſt. Si enim iuſtus fuerit homo: accepta īmortalitate in æternū deo ſeruiet. Homines aūt nō
Cicero niſi ad iuſtitiam naſci: tum philoſophi ueteres: tum etiam Cicero ſuſpicatur. differens enim de legibus. Sed
omnium inquit quæ in hominum doctorum diſputatione uerſant̃: nihil eſt profecto præſtabilius : q̄ plane
intelligi nos ad iuſticiam eſſe natos. Id ergo ſolum deo exhibere atq; offerre debemus: ad quod capiendum
Triſme nos ipſe generauit. Hoc autem duplex ſacrificii genus q̄ ſit ueriſſimum Triſmegiſtus Hermes idoneus teſtis
giſtus ē. Qui nobiſcum ideſt cum philoſophis quos ſequimur: tam uerbis q̄ re congruit: de iuſtitia ſic locutus eſt.
Hoc uerbum o fili adora & cole. Cultus autem dei unus eſt: malum non eſſe. Item in alio ſermone profecto
cum exaudiſſet Aſcelpium quærentem a ſuo filio: utrum placeret pr̄i eius offerri thus & alios odores: ad ſa-
crificiū dei: exclamauit. Bene bene o mi nate: o Aſclepi. Eſt enim maxima impietas tale qd de illo uno ac ſin
gulari bono in animum īducere. Hæc & his ſimilia huic non conueniunt. Oīum.n. quæcūq; ſunt plenus ē:
& oīum minime indigens. Nos uero gr̄as agentes adoremus. Huius.n. ſacrificium ſola benedictio. Et recte.
Verbo.n. ſacrificari oportet deo: ſiquidem deus uerbum eſt: ut ipſe confeſſus eſt: Sūmus igit̃ colēdi dei ritus
eſt ex ore iuſti hominis ad deum directa laudatio: quæ tamen ipſa ut deo ſit accepta: & humilitate: & timo-
re: & deuotione maxima opus eſt: nequis forte integritatis & innocentiæ fiduciam gerens: tumoris & arro-
gantiæ crimen incurrat: eoq; facto gr̄am uirtutis amittat. ſed ut ſit deo carus: omniq; macula careat: miſeri
cordiam dei ſemp imploret: nihilq; aliud precet̃: niſi peccatis ſuis ueniam. licet nulla ſint. Siquid aliud deſi-
derauit : non eſt opus deo ſcienti quid uelimus: ſiquid ei boni euenerit: gr̄as agat: ſiquid mali: ſatiſfaciat : &
illud ſibi ob peccata ſua fateat̃ eueniſſe: & nihilominus in malis gr̄as agat: & in bonis ſatiſfaciat : ut idem ſit
ſemper & ſtabilis: & immutabilis: & inconcuſſus. Nec tantum hoc in templo putet ſibi eſſe faciēdum: ſed &
domi & in ipſo etiam cubili ſuo. Secum deniq; habeat deum ſemper in corde ſuo conſecratum : quoniam
ipſe eſt dei templum. Quod ſi deo patri hac domino hac aſſiduitate: hoc obſequio: hac deuotione ſeruierit:
conſummata & perfecta iuſtitia eſt: quam qui tenuerit : hic: ut ante teſtati ſumus: deo paruit: hic religioni atq;
ſuo officio ſatiſfecit.

Lactantii firmiani diuinarum inſtitutionum. De uita beata. Liber Septimus.

Quid ſit dictum in præcedentibus libris: quid reſtat dicendum ĩ ultimo: qui ſint credituri ueritati: & qui non. quare. Capitulum primum.

BENE Habet: iacta ſunt fundamenta (ut ait eximius orator) Ve℞ nos non tantũ fundamenta iecimus: quæ firma & idonea eſſent operi perficiendo: ſed magnis robuſtiſq; molibus ædificium totum pene uſq; ad ſummum perduximus. Reſtat id quod eſt multo facilius: uel tegere uel ornare: ſine quo tamen priora opera inutilia ſunt & ingrata. Nam qd prodeſt aut falſis religionibus liberari: aut intelligere ueram? Quid aut uanitatem falſæ ſapientiæ peruidere: aut quæ ſit uera cognoſcere? qd inq̃ prodeſt cæleſtẽ illam iuſticiam defendere? quid cum magnis difficultatibus cultum dei tenere? Quæ eſt ſumma uirtutis: niſi tum diuinum præmium beatitudinis perpetuæ ſubſequat? de qua nobis eſt in hoc libro diſſerendum: ne priora omnia irrita & ĩfructuoſa uideant: ſi hoc cuius cauſa illa ſuſcæpta ſunt: in ĩcertum relinquamus: ne qs forte arbitret tantos labores ĩcaſſum ſuſcipi: dum eorum cæleſti mercede diffidit: quã deus ſtatuit ei: q hæc ſuauia terræ bona pro ſola nudaq; uirtute cõtempſerit. Satis & huic parti faciamus: tum teſtimoniis diuina℞ lĩrarum: tum ẽt probabilibus argumẽtis: ut æque clarum ſit: & futura præſentibus: & diuina terrenis: & perpetua breuibus eſſe anteponenda: quoniam tẽporalia ſunt præmia uitio℞: ſempiterna uirtutũ. Exponam igit rationem mundi: ut facile poſſit intelligi quando & quare ſit effectus a deo: quod Plato qui de mundi fabricatione diſſeruit: nec ſcire potuit: nec explicare: quippe qui cæleſte miſterium: quod non niſi prophetis ac deo docente diſcit: ignorabat. Ideoq; in perpetuũ dixit eſſe fabricatum: quod longe ſecus eſt: quoniam quicquid eſt ſolido ac graui corpore: ut initium cœpit aliquando: ita finem capiat neceſſe eſt. Nam Ariſtoteles cum non uideret quemadmodum poſſet tãta rerum magnitudo ĩterire: & hanc perſcriptionem uellet effugere: ſemper ait fuiſſe mundum: ac ſemper futurum: prorſus nihil uidit: quia quicquid eſt: aliquando habuerit prĩcipium neceſſe eſt: nec oĩno quicq; poteſt eſſe niſi cœperit. Nam cũ terram: & aquã: & ignem diſpire cõſumi: extinguiq; uideamus: quæ ſunt utiq; mũdi partes: intelligit totum eſſe mortale: cuius membra ſunt mortalia. Ita fit: ut natum ſit qcquid poteſt ĩterire: ſed & omne quod ſub uiſu oculorum uenit: & corporale (ut ait Plato) & ſolubile ſit neceſſe eſt. Vnus igit Epicurus auctore Democrito ueridicus in hac re fuit: qui ait & ortum aliquando: & aliquando eſſe periturum. Nec tamen rationem ullam reddere potuit. ſ. aut quibus de cauſis hoc tantum opus: aut quo tempore reſoluat. Quod quoniam nobis deus reuelauit: nec coniecturis id aſſequimur: ſed traditione cæleſti: docebimus ſedulo: ut tandẽ ſtudioſis ueritas appareat: nec uidiſſe: nec cõprehẽdiſſe philoſophos ueritatẽ. Sed ita leuiter odoratos: ut tamen unde eos ille odor ſapientiæ tã ſuauis: tam iucundus afflaret: nullo modo ſenſerit. Interim neceſſarium puto admonere lectoros: q̃ hæc noſtra quæ tradimus: prauæ uitioſæq; mẽtes aut omnino non intelligerent. Hebetatur enim acies eorum terrenis cupiditatibus: quæ ſenſus omnes grauant: imbecilleſq; reddunt: aut etiam ſi intelligent: diſſimulabunt tamen: & eſſe hæc uera nolent: quia trahuntur a uitiis: & ſcientes malis ſuis fauent: quorum ſuauitate capiuntur: & uirtutis uiam deſerunt: cuius acerbitate offenduntur. Nam qui auaricia & opum inexplebili quadam ſiti flagrant: quia non poſſunt uenditis aut elargitis quæ amant: tenui cultu uitam degere. Sine dubio malunt id eſſe affectum: quod deſideriis ſuis renunciare coguntur. Item qui libidinum ſtimulis incitati (ut ait poeta) in furias ignemq; ruunt: utiq; incredibilia nos afferre dicunt: quia uulnera aures eorum præcepta continẽtiæ: quæ illos a uoluptatibus ſuis prohibent: quibus animam ſuam cum corpore adiudicauerunt. Qui uero ambitione inflati: aut amore potentiæ ĩflammati: omne ſtudium ſuum ad honores acquirendos contulerunt: ne ſi ſolem quidem ipſum geſtemus in manibus: fidem commodabunt ei doctrinæ: quæ illos iubet omni potentia & honore contempto: humiles uiuere: atq; ita humiles: ut & accipere iniuriam poſſint: & referre nolint ſi accæperit. Hi ſunt homines. qui contra ueritatem clauſis oculis quoquomodo latrãt. Qui autem ſani ſunt uel erunt. i. nõ ita uitiis inmerſi: ut ſanabiles nõ ſint: & credent his & libẽter accedent: & quæcũq; dicimus: apta: & plana: & ſimplicia: & qd maxime opus eſt: uera & inexpugnabilia illis uidebunt. Nemo uirtuti fauet: niſi qui ſeq poteſt: ſequi aũt non facile eſt oĩbus. Hi poſſunt: quos pauptas & re℞ ĩdigẽtia exercuit: & capaces uirtutis effecit. Nam ſi uirtus eſt tolerantia malo℞: non capiunt ergo uirtutem: q ſemper ĩ bonis fuerunt: qa mala neq; experti ſunt neq; ferre poſſunt: aſſuetudine ac deſiderio bonorũ: quæ ſola nouerunt. Eo fit: ut paupes & humiles deo credant facilius: q ſunt expediti q̃ diuites: q ſunt ĩpedimentis ſuis implicati: ĩmo cathenati & cõpediti ſeruiunt ad nutũ dominæ cupiditati: quæ illos ĩextricabilibus uinculis irrætiuit: nec poſſunt in cælũ aſpicere: quoniã mens eo℞ ĩ terrã ꝓna: humiq; defixa eſt. Virtutis aũt uia nõ capit magna onera portãtes: anguſtus admodũ trames eſt: ꝑ quem iuſticia hoĩem deducit ĩ cælum. Hunc tenere nõ põt: niſi q fuerit expeditus & nudus. Nã iſti locupletes multis & ĩgentibus ſarcinis onerati: per uiam mortis incedunt: quæ latiſſima eſt: quoniam late perditio dominatur. His acerba ſunt: his uenena: quæ deus ad iuſticiam præcepit: quæq; nos dei magiſterio de uirtute: ac ueritate diſſerimus. Quibus ſi repugnare audebunt: hoſtes ſe eſſe neceſſe eſt uirutis iuſticiæq; fateantur. Aggrediar nunc quod ſupereſt: ut fines operi poſſit imponi. Id autem ſupereſt ut de iudicio dei diſſeramus: quod tunc conſtituetur: cum dominus noſter redierit ĩ terram: ut unicuiq; pro merito aut præmium perſoluat: aut pœnam. Itaq; ut in quarto libro de primo aduentu eius diximus: ſic in hoc ſecundum referamus aduentũ: quẽ Iudæi quoq; confitentur & ſperant: ſed fruſtra quoniã neceſſe ẽ ad eos cõſolãdos reuertat: ad quos cõuocandos prius uenerat. nam q uiolarunt ĩpie humilẽ: ſentiẽt ĩ poteſtate uictorem Eaq; omnia quæ legunt & non ĩtelligunt: deo cõpenſante patient: qppe q peccatis oĩbus ĩquinati: & ĩſuper ſancto cruore perfuſi: ab illo ipſo cui nefandas manus intulerunt: ſint ad æterna ſupplicia deſtinati. Sed erit nobis contra Iudæos ſeparata materia: in qua illos erroris & ſceleris conuincemus.

Ariſtote.

Epicurus

Quod aureum ſæculum:ideſt fœliciſſimus ſtatus futurus eſt poſt iudicium. Et quare ratio mundi non poteſt ab homine appræhendi.& ꝙ ueram ſapiam non aſſequiť quis beneficio naturæ:ſed gřæ. Cap. II.

Erratum Vigeſimũ tertium NVnc ignaros ueritatis inſtruamus diſpoſitione ſummi dei ſic ordinatum:ut iniuſtum hoc ſæculum decurſo temporum ſpatio terminum ſumat:extinctaqꝫ protinus omni malitia: & piorum animis ad beatam uitam reuocatis:quietum:tranquillum:pacificum: aureum deniqꝫ (ut poetæ uocant) ſæculum:deo ipſo regnãte floreſcat.In primis cauſa errorum omnium philoſophis hæc fuit:ꝙ rationem mundi quæ totam ſapientiam continet:non compræhenderunt. Ea uero ſenſu proprio & interna intelligentia non poteſt compræhendi:quod illi ſine doctore per ſeipſos facere uoluerunt Itaqꝫ in uarias ſibiqꝫ ſæpe cõtrarias ſñias ĩciderunt:ex ꝗbus exitum non haberent:& ĩ eodem luto (ſicut Comicus ait) hæſitauerũt.ſ.aſſumptionibus eoꝝ non reſpondẽte ratione cũ aſſumpſiſſent quidẽ uera: ſed quæ affirmari probariqꝫ non poſſent ſine ſcia ueritatis rerũqꝫ cæleſtiũ:quæ (ut ſæpe iã dixi) non poteſt eſſe in homine:niſi deo docente percepta.Nã ſi poteſt homo intelligere diuina:poteſt & facere. Nam intelligere ẽ qua ſi eueſtigio ſubſequi.Non poteſt autem facere quæ deus:quia mortali corpore indutus eſt.Ergo nec intelligere quidem poteſt quæ fecit deus.Quod autem fieri non poſſit:ex immenſitate rerũ atqꝫ operũ diuinorũ facile eſt unicuiqꝫ metiri.Nam ſi mundum cũ omnibus quæ ſunt in eo:contemplari uelis: intelliges profecto quantum dei opus humanis operibus ante ſtet.Ita quantũ inter opera diuina & humana ĩtereſt:tãtũ diſtare ĩter dei hominiſqꝫ ſapiam neceſſe eſt.Nam quia deus incorruptus atqꝫ ĩmortalis ẽ:& ideo perfectus:ꝗa ſempiternus eſt:ſapiẽtia quoqꝫ eius perinde ut ipſe perfecta eſt:Nec obſtare illi quicquã poteſt:quia nulli rei deus ipſe ſubiectus eſt.Homo autẽ quia ſubiectus ẽ paſſioni:ſubiecta eſt & ſapia eius errori: & ſicut hoĩs uitã multæ res ĩpediũt:quo minus poſſit eſſe perpetua:ita ſapiam quoqꝫ eius multis rebus ĩpediri neceſſe eſt: quominus in perſpicienda penitus ueritate perfecta ſit.Ergo nulla eſt humana ſapientia: ſi per ſe ad notionem ueri ſcientiamqꝫ nitať: quoniã mens hominis cũ fragili corpore illigata:& ĩ tenebroſo domicilio incluſa:neqꝫ liberius euagari:neqꝫ clarius perſpicere ueritatẽ poteſt:cuius notio diuinæ cõditõis ẽ. Deo.n.ſoli opera ſua nota ſunt:homo autem non cogitãdo aut diſputando aſſeq eam poteſt. Sed diſcẽdo & audiẽdo ab eo ꝗ ſcire ſolus poteſt & docere.Ideo.M.Tullius ſñiam ſocratis de Platone transferẽs dicẽtis ueniſſe tempus ut ipſe migraret e uita.Illos autem apud quos cauſam ſuã perorabat:agere uitam.Vtrũ melius ſit ĩquit: dii immortales ſciunt:hominem aũt arbitror ſcire neminem.Quare neceſſe eſt omnes philoſophiæ ſectas alienas eſſe a ueritate:quia homines erant qui eas conſtituerunt:nec ullum fundamentum aut firmitatem poſſunt habere:quæ nullis diuinarum uocum fulciunť oraculis.

Quantum errauerint ſtoici de ratione mundi & auctore omniũm deo:& homine per quem factus mundus:& ꝗ manifeſte contra Epicurum rationibus doceatur mũdum & omnia quæ in eo ſunt: dei prouidentia gubernari. Cap. III.

ET quoniã de philoſophoꝝ erroribus loquimur:ſtoici naturã in duas diuidũt partes:unã quæ efficiat:alterã quæ ſe ad efficiendũ tractabilẽ præbeat.In illa prima eſſe uim ſentiendi:in hac materiã: nec alteꝝ ſine altero poſſe.Qũo idem eſſe põt quod tractat:& quod tractať? Si ꝗs dicat idẽ eſſe figulũ quod lutũ aut lutum idẽ eſſe quod figulum:nõne aperte inſanire uideať? At iſti uno naturæ noĩe duas res diuerſiſſimas cõprehẽdũt:deũ & mundum:artificem & opus:dicuntqꝫ alteꝝ ſine altero nihil poſſe:tanꝗ natura ſit deus mundo terminatus.nam interdũ ſic confundunt:ut ſit deus ipſe mens mũdi: & mundus ſit corpus dei.Quaſi uero ſimul eſſe cœperit mũdus & deus:ac nõ ipſe mũdũ fecerit:quod & ipſi fatenť alias:cũ hominũ cauſa prædicant eſſe fabricatũ:& eſſe ſine mũdo ſi uelit:poſſit.Siquidem deus ẽ diuina mens & æterna:a corpore ſoluta & libera:cuius uim maieſtatẽqꝫ quoniã ĩtelligere nõ poterãt: miſcuerũt
Virgilius eũ mũdo.i.operi ſuo.Vnde eſt illud Virgilianum. Totamqꝫ infuſa per artus Mens agitat molẽ:& magno ſe corpore miſcet.Vbi eſt ergo illud:quod iidem ipſi aiunt & factũ eſſe diuina prouidentia:& regiť Si.n.fecit mundũ:fuit ergo ſine mundo.Si regi:nõ utiqꝫ ſicut mẽs corpus regit:ſed tanꝗ dominus domũ: nauimqꝫ gubernator:auriga curꝝ.nec tamẽ mixti ſunt his rebus:quas regunt.nã ſi hæc omnia quæ uidemus dei membra ſunt.iam inſenſibilis ab his conſtituiť deus: quoniam membra ſenſu carẽt:& mortalis eſt: quoniã uidemus mẽbra eſſe mortalia.Poſſum enumerare quotiens repẽtinis quaſſatæ motibus:uel hiauerit terræ: uel deſcederint ĩ abruptũ:quotiens demerſæ fluctibus & urbes & ĩſulæ abierunt ĩ profundũ:frugiferos campos paludes inundauerit:flumina & ſtagna ſiccauerint:montes ẽt uel deciderint abrupti:uel planis fuerint adæquati:plurimas regiones & multoꝝ fundamenta montiũ latens & internus ignis abſumit.Et hoc parũ eſt: ſi mẽbris ſuis nõ parcit deus:niſi etiã homini liceat aliꝗd uideri corpus.Maria extruũť: montes excidunť & ad eruẽdas opes ĩteriora terræ uiſcera effodiunť.Quid ꝙ ne arari ꝗdẽ ſine laceratiõe diuini corporis põt: ut iam ſcelerati & ĩpii ſimus:qui dei mẽbra uiolemus? Patiť ne ergo uexari corpus ſuũ deus:& debilẽ ſe uel ĩpe facere:uel ab homine fieri ſinit? niſi forte diuinus ille ſenſus: qui mundo & omnibus mundi partibus permixtus eſt:primã terræ faciẽ reliquit:ac ſe ĩ ima demerſit:neꝗd doloris de aſſidua laceratiõe ſentiret. Quod ſi hoc uanũ & abſurdũ eſt:tam igiť ipſi eguerunt:ꝗ hæc indigẽt ſenſu:qui non ꝑſpexerunt diuinũ quidẽ ſpiritũ eſſe ubiqꝫ diffuſum:eoqꝫ omnia contineri.Nec tamẽ ita ut deus ipſe:qui ẽ incorruptus: grauibus corruptibilibus elementis miſceať.Illud ergo rectius quod a Platone ſumpſerunt:a deo factũ eſſe mundũ: & eius prouidẽtia gubernari.Oportebat igiť & platonẽ:& eos qui idẽ ſenſerũt docere atqꝫ explicare quæ cauſa:quæ ratio fuerit tanti operis fabricandi:quare hoc aut cuius gratia fecerit.At idem ſtoici hominum inquiũt cau
Lucreti. ſa mũdus effectus eſt. Audio. Sed Epicurus ignorat ipſos homines quare aut quis effecerit. Nam Lucretius cum diceret mundum non eſſe a diis conſtitutũ:ſic ait:Dicere porro hominũ cauſa uoluiſſe parare. Præclaram mundi naturam. Deinde intulit. Deſipere eſt: quid enim immortalibus atqꝫ beatis. Gratia noſtra

quæat largiri emolumenti. Vt noſtra quicq̃ cauſa agere aggrediantur? Merito enim illi nullam rõnem aſ/
ſerebant: cur humanũ genus uel creatũ uel inſtitutum eſſet a deo. Noſtrũ hoc officiũ eſt ſacramentum mun
di & hominis exponere: cuius illi expertes ſacrarium ueritatis nec attingere: nec uidere potuerunt. Ergo (ut
paulo ante dicebam) cum aſſumpſiſſent id quod erat uerũ: id eſt mundũ a deo factum: & hominũ cauſa eſſe
factum: tamen quoniã eos in conſequentibus ratio defecit: non potuerunt defendere id quod aſſumpſerãt.
Deniq; Plato ne dei opus imbecillũ & ruinoſum faceret: in æternũ dixit eſſe manſurum. Si hominũ cauſa fa Plato
ctus eſt: & ita factus eſt: ut eſſet æternus: cur ergo ipſi quoq; cauſa factus eſt: nõ ſunt ſempiterni? Si mortales
propter quos factus eſt: ergo & ipſe mortalis atq; ſolubilis. Neq; enim pluris eſt ipſe q̃ hi: quoꝝ grã factus ẽ.
ꝙ ſi ei ratio quadraret: intelligeret periturum eſſe quia factus eſt: nec poſſe ĩ æternum manere: niſi quod tan
gi non poteſt. Qui autem negat hominum cauſa factum: hic nullam rationem tenet. Si enim dicit ipſum fa
bricatorẽ ſua cauſa tanta hæc opa eſſe molitum: cur ergo nos nati ſumus? Cur mundo ipſo fruimur? Quid
ſibi uult humani generis: cæteroruq; animantium fictio? Cur aliena commoda ĩtercipimus? Cur deniq; au
gemur? minuimur? interimus? Quid habet rationis ipſa generatio? quid perpetua ſucceſſio? Nimiꝝ uide/
ri deus uoluit: & ſuis uariis imaginibus tanq̃ ſigilla confingere: quibus ſe oblectaret: & nihilominus tamen
ſi ita eſſet: curæ haberet animantes: præcipueq; hominem: cuius imperio cuncta ſubiecit. Qui autem dicunt
ſemper fuiſſe mundum: mitto illud: quod eſſe ipſum ſine aliquo principio non poteſt: unde extricare ſe ne/
queunt. Sed hoc dico ſi ſemper mundus fuit: nullam poteſt habere rationem. quid enim potuit in eo rõ mo
liri: quod nunquã ſumpſit exordium? Nam prius q̃ fiat aliquid aut ſtruatur: opus eſt conſilio: ut diſponi poſ
ſit: quemadmodum fiat: nec incipi quicq̃ poteſt ſine prouiſione rationis. Itaq; omne opus ratio præcidit: nõ
habet ergo rationem quod factum non eſt. Atqui mundus habet rationẽ: qua & conſtat & regit̃. Ergo & fa
ctus eſt: & ſi factus eſt: & reſoluetur. Reddant ergo iſti rationem: ſi poſſunt cur aut factus in principio ſit: aut
poſtea reſoluat̃. Quod quia docere non poterat Epicurus ſiue Democritus: ſua ſponte natum eſſe dixit ſemi Demo/
nibus inter ſe paſſim coeuntibus: quibus iterum reſolutis: diſſidium atq; interitum ſecuturum. Corrupit er critus
go quod recte uiderat: & totam rõnem penitus ignorantia rõnis euertit: redegitq; mundum & omnia quæ
in eo gerunt̃ ad ſimilitudinẽ cuiuſdam ſomnii uaniſſimi: ſiquidẽ rebus humanis nulla ratio ſubſiſtat. Cum
uero mundum: omneſq; partes eius ut uidemus: mirabilis ratio gubernet: cum cæli tẽperantia & æqualis in
ipſa uarietate curſus aſtrorum luminũq; cæleſtium: tẽpoꝝ conſtans ac mira deſcriptio: terraꝝ uaria fœcun
ditas: plana campoꝝ monumẽta: & aggeres montiũ: uiriditas ubertaſq; ſiluaꝝ: fontiũ ſaluberrima eruptio:
fluminũ opportuna inundatio: maris opulenta & copioſa interfuſio: uentoꝝ diuerſa & utilis aſpiratio. Cæ/
teraq; omnia rõne ſumma conſtẽt: quis tam cæcus eſt: ut exiſtimet ſine cauſa eẽ facta: in quibus mira diſpo/
ſitio prouidentiſſimæ rõnis elucet? Si ergo ſine cauſa nec eſt nec fit quicq̃ omnino: ſi & prouidentia ſummi
dei ex diſpoſitione reꝝ: & uirtus ex magnitudine: & poteſtas ex gubernatione manifeſta eſt: hebetes ergo &
inſani: qui prouidentiam non eſſe dixerunt. Non improbarẽ ſi deos iccirco nõ eſſe diceret: ut unum diceret.
Cum autem ideo ut nullum: qui eos deliraſſe non putat: ipſe delirat.

Quod omnis res ad aliquem uſum facta ẽ: etiam illa quæ omnino uidẽtur eſſe mala. & quare homo crea
tus ſit corpore fragilis: & capax rationis. Cap. IIII.

SEd de prouidentia ſatis in primo libro diximus: quia & ſi eſt ut apparet: ex mirabilitate operum
ſuorum: neceſſe eſt etiam hominem cæteraſq; animantes eadẽ prouidentia creauerit. Videamus
ergo quæ ratio fuerit fingendi generis humani: quoniam conſtat id quod ſtoici dicunt: hominũ
cauſa mundum eſſe fabricatum: q̃q̃ in hoc ipſo non mediocriter peccent: quod non hominis cau
ſa dicunt: ſed hoĩum. Vnius. n. ſingularis appellatõe totũ cõprehendunt humanũ genus. Sed hoc
iõ: quoniã ignorãt unũ hoĩem a deo eẽ formatũ: putãtq; hoĩes in oĩbus terris & agris tanq̃ fungos eẽ genera
tos. At Hermes nõ ignorauit hominẽ & a deo & ad dei ſimilitudinẽ factũ; ſed redeo ad ꝓpoſitum. Nihil ẽ
(ut opinor) quod ſit propter ſeipſum factum: ſed quicquid oĩno ſit: ad uſum aliquẽ fieri neceſſe eſt. Quis eſt.
enĩ uel tam ineptus: uel tã ocioſus: ut aggrediat̃ facere aliquid fruſtra: ex quo nullam utilitatẽ: nullũ cõmodũ
ſperet? Qui domum ædificat: nõ iccirco ædificat ut tantũmodo domus ſit: ſed ut in ea poſſit habitari. Qui
nauẽ fabricat: nõ ideo aſſumit operã ut tantũ nauis appareat: ſed ut in ea nauigetur. Itẽ q uas aliquod inſtruit
aut format: nõ propterea id facit: ut tãtũ feciſſe uideatur: ſed ut uas illud effectum capiat aliquod neceſſariũ.
Similiter cætera quæcũq; fiunt: nõ utiq; ĩ ſuperuacuũ: ſed ad uſus aliquos laborantur. Mundus igit̃ a deo fa
ctus ẽ nõ utiq; ꝓpter ipm mũdũ. Neq;. n. aut calore ſolis: aut lumine: aut aſpiratõe uẽtoꝝ: aut humore hym
brium: aut alimonia frugũ: cũ ſenſu careant: ĩdiget: ſed ne illud quidem dici poteſt: ꝙ deus propter ſeipm fe/
cerit mundũ: quoniã poteſt eſſe ſine mũdo: ſicut fuit antea. Et his oĩbus quæ ĩ cælo ſunt: quæq; generantur:
deus ipſe nõ utitur. Apparet ergo aĩantium cauſa mũdũ eſſe cõſtructũ: quoniã his rebus quibus cõſtat: aĩan/
tes fruunt̃: quæ ut uiuere: ut cõſtare poſſint: oĩa his neceſſaria temporibus certis ſubminiſtrãtur. Rurſus cæ
teras aĩantes hominis cauſa eſſe factas ex eo clarum ẽ: ꝙ homini ſeruiũt: & tutelæ eius atq; uſibus data ſunt:
quoniã ſiue terrenæ ſunt: ſiue aquatiles: nõ ſentiunt mũdi rationẽ ſicut hõ. Reſpõdendũ ẽ hoc loco philoſo/
phis: maximeq; Ciceroni: qui ait. Cur oĩa noſtri cauſa cũ faceret tantam uim natricũ uiperarũq; fecerit? Cur
tam multa peſtifera terræ mariq; diſperſerit? Ingens ad diſputandum locus eſt: ſed ut in tranſcurſu breuiter
ſtringendus eſt. Quoniam homo ex rebus diuerſis ac repugnantibus configuratus eſt: anima & corpore id
eſt cælo atq; terra: tenui & compræhenſibili: æterno ac temporali: ſenſibili atq; bruto: luce prædito atq; te/
nebroſo: ipſa ratio ac neceſſitas exigebat. & bona homini proponi & mala: bona quibus utat̃: mala quæ ui/
tet & caueat. Iccirco enim data eſt illi ſapientia: ut cognita bonorum maloruq; natura: & in appetendis bo/
nis & in malis declinandis uim ſuæ rationis exerceat. Nam cæteris animalibus quia ſapiẽtia data non ẽ: mu/

nita indumentis naturalibus & armata ſunt.Homini autem ꝓ his omnibus quod erat præcipuũ:rōnē dedit
ſuam.Itaq; nudũ formauit & inermem:ut eum ſapiā & muniret & regeret.Munimenta & ornamenta eius
non foris ſed intus:non in corpore:ſed in corde cōſtituit.Niſi ergo eſſent mala quæ caueret:quæ a bonis uti
libuſq; diſtingueret:non eſſet ei ſapientia neceſſaria.Sciat ergo Marcus Tullius aut ideo homini datam eſſe
rationem:ut & piſces caperet uſus ſui gratia:& natrices:uiperaſq; uitaret ſalutis ſuæ cauſa. Aut iccirco bona
ei malaq; propoſita:quia ſapientiam acceperat:cuius uis omnis in diſcernendis bonis maliſq; uerſatur. Ma/
gna igitur & recta & admirabilis eſt uis:& ratio:& poteſtas hominis:propter quem mundum ipſum & uni
uerſa quæcunq; ſunt:deus fecit:tãtumq; illi honoris habuit:ut eum præficeret uniuerſis:quoniam ſolus po
Aſclepides — terat dei opera mirari.Optime igitur Aſclepides noſter de prouidentia ſummi dei diſſerens:in eo libro quē
ſcripſit ad me.Atq; ideo inquit merito quis arbitretur proximum ſibi locum diuinam prouidentiam dediſ/
ſe ei:qui potuit intelligere ordinationem ſuam? Nam ſol iſte eſt:quis eum uidet ita ut intelligat quia ſol eſt:
& quantum gratiæ afferat cæteris inſtitutis? Hoc cælum eſt:quis id ſuſcipit? terra hæc:quis eam colit? hoc
pelagus:quis in eo nauigat? hic eſt ignis:quis eo utitur? Inſtituit ergo ſummus deus non propter ſe:quia ni/
hilo indiget:ſed propter hominem qui his congruenter uteretur.

Quare homo creatus ſit:& quare ex contrariis ſit:conſtet:& ꝙ ei domicilium conſtitutum ſit in medio:
& uita duplex proponitur:quarum alteram miniſtrat natura:alteram largitur gratia.Et q̄d ſignificet ꝙ ho/
mo primũ q̄drupedibus conformat᷑:& poſtea erigit᷑:& tandē utit᷑ exercitio rōnis. Cap. V.

REddamus nũc rōnem quare hominem ipſum fecerit.Quod ſi philoſophi feciſſent:aut defendiſ/
ſent illa quæ uera inuenerant:aut in proximos errores non incidiſſent. Hæc eſt ſumma: hic car/
do rerum eſt:quem qui non tenuerit:ueritas illi omnis elabitur.Hoc eſt deniq; quod efficiat illis
non quadrare rationem:quæ ſi effulſiſſet:ſi ſacramentum hominis omne cognouiſſent nunquā
diſputatōes eoꝝ & omnē philoſophiā de trāſuerſo acadæmia iugulaſſet. Sicut ergo mundũ non
ꝓpter ſe deus fecit:qa cōmodis eius nō īdiget.ſed ꝑ hoīem q eo utit᷑:ita ipm̄ hoīem ꝑ ſe.Quæ utilitas deo
ī hoīe īquit Epicurus:ut eũ ꝑ ſe faceret? Scilicet ut eſſet q opera eius īdigeret.q prouidētiā diſponendi. rōnē
faciendi:uirtutē conſũmandi:& ſenſu admirari:& uoce proloq poſſet.Quoꝝ omniũ ſumma hæc eſt ut deũ
colat.Is.n.colit q hæc ītelligit:is artificem reꝝ omniũ:is ueꝝ patrē ſuum debita ueneratione ꝓſequit᷑: q uir/
tutē maieſtatis eius de ſuoꝝ operũ inuentione:incæptione:ꝑfectōe metitur.Quod planius argumentũ ꝓfer/
ri pōt:& mundũ hoīs & hoīem ſui cauſa deum feciſſe:q̄ ꝙ ex oībus aīantibus ſolus ita formatus ē: ut oculi
eius ad cælũ directi:facies ad deũ ſpectaret:uultus cũ ſuo pēte cōis ſit: ut uideat hoīem deus quaſi porrecta
manu alleuatum ex humo:ad cōtēplationē ſui excitaſſe? Quid ergo inq̄t deo cultus hoīs cōfert beato & nul
la re indigenti? uel ſi tantũ honoris homini habuit.ut ipſius cauſa mundũ fabricaret: ut īſtrueret eũ ſapien/
tia:ut dominũ uiuentiũ faceret:eũq; diligeret tanq̄ filiũ:cur mortalem fragilemq; cōſtituit? cur oībus malis
quē diligebat:obiecit? cũ oporteret & beatũ eſſe hominē tanquā coniunctũ:& ꝓximũ deo:& perpetuũ ſicut
ipſe eſt:ad quē colendũ & cōtēplandum figuratus ē? Quanq̄ hæc fere in prioribus libris ſparſim docuimus:
tamen quoniā proprie id materia non exigit:quia de uita beata diſſerere ꝓpoſitũ eſt:explicanda ſunt iſta di/
ligentius & plenius:ut diſpoſitio dei:& opus:uoluntaſq; noſcat᷑. Cum poſſet ſemper ſpiritibus ſuis īmorta/
libus īnumerabiles aīas procreare:ſicut angelos genuit:q̄bus īmortalitas ſine ullo maloꝝ periculo aut metu
conſtat:excogitauit tamen inenarrabile opus quēadmodũ infinitam multitudinē crearet animaꝝ: quas pri
mo ībecillibus fragilibuſq; corporibus alligatas:conſtitueret īter bonum malumq; medias:ut conſtantibus
ex utriſq; naturæ uirtutē proponeret:ne immortalitatē delicate aſſequerentur ac molliter:ſed ad illud æter
næ uitæ ineloquibile præmiũ ſumma cũ difficultate ac magnis laboribus peruenirēt.Ergo ut eos grauibus
& uexabilibus mēbris indueret:quoniā conſiſtere ī medio inani nō poterāt:ponderibus & grauitate corpo/
ris deorſum premente:ſedē illis ac domicilium primo condendũ eſſe decreuit.Itaq; ineffabili uirtute ac po/
tentia præclara mundi opera molitus ē:ſuſpenſis in altitudinē leuibus elementis:& grauibus in ima depreſ
ſis:& cæleſtia firmauit:& terrena conſtituit.Nec eſt neceſſe nunc exequi ſingula:quoniā in ſecũdo libro uni/
uerſa executi ſumus.Lumina igitur poſuit in cælo:quoꝝ moderatio:& claritas:& motus aptiſſime ad utili
tates uiuentiũ temperatus eſt.Terræ autē quā ſedem uoluit eſſe: fœcunditatē uariam gignendi ac proferen/
di dedit:ut ubertas frugum:& herbaꝝ:& uirentiũ pro natura & uſu cuiuſq; generis alimoniā miniſtraret.
Tum perfectis omnibus quæ ad conditionē mundi pertinebant:hominē finxit ex ipſa terra:quā illi a princi
pio in habitaculum præparauit:ideſt ſpiritũ ſuũ terreno corpore induit:& īuoluit: ut cōpactus ex rebus di/
uerſis ac repugnantibus bonũ ac malũ caperet:& ſicut terra ipſa fœcunda eſt ad fruges pariendas:ita corpus
hominis quod aſſumptũ eſt e terra:generandi copiā facultatēq; procreandæ ſobolis accæpit:ut quoniā fragi
li materia formatus in æternum manere non poterat:peracto temporalis uitæ ſpacio cederet: & illud quod
fragile atque imbecillum gerebat:perpetua ſucceſſione renouaret. Cur igitur eum mortalem finxit atq; fra
gilem:cum illius cauſa mundum ædificaſſet? Primum ut infinita uis animarum gigneretur: omnemque
terram multitudine oppleret: deinde ut proponeret homini uirtutem: ideſt tolerantiam malorum ac bo/
norum: per quam poſſet præmium immortalitatis adipiſci. Nam quia homo ex duabus rebus conſtat:
corpore atque anima: quorum alterum terrenum eſt; alterum cæleſte: duæ uitæ homini attributæ ſunt:
una temporalis quæ corpori aſſignatur: altera ſempiterna: quæ animæ ſubiacet.Illam naſcendo accæpi/
mus: hanc aſſequimur laborando: ne immortalitas homini (ut ante diximus) ſine ulla difficultate conſta/
ret. Illa terrena eſt: ſicut corpus: & ideo finitur. Hæc uero cæleſtis: ſicut anima: & ideo terminum non
habet. Illam primam neſcientes accipimus: hanc ſecundam ſcientes. Virtuti enim non naturæ datur:
quia uoluit nos deus uitam nobis in uita comparare. Iccirco hanc nobis præſentem dedit: ut illam ueram

& perpetuã aut uitiis amittamus:aut uirtute mereamur.In hac corporali non ẽ ſummũ bonũ: quoniã ſicut neceſſitate dĩna nobis data ẽ:ita rurſus diuina neceſſitate ſoluet.Itaq; finẽ hẽt.ſummũ bonũ nõ hẽt.In illa uero ſpiritali quã per nos ipſi acqrimus:ſummũ bonũ continet:quia nec malũ põt habere:nec finẽ:cuius rei argumẽtum natura & ratio corporis præbet. Cætera nanq; animalia in humum uergunt: quia terrena ſunt: nec capiunt ĩmortalitatem quæ de cælo ẽ.Homo aũt rectus ĩ cælum ſpectat:quia propoſita eſt illi ĩmortalitas: nec tamẽ uenit:niſi tribuat homini a deo. Nam nihil ĩtereſt inter iuſtũ & iniuſtũ: ſiquidẽ omnis homo natus ĩmortalis foret:ergo ĩmortalitas nõ ſequela naturæ:ſed merces præmiumq; uirtutis ẽ. Deniq; homo non ſtatim quando natus eſt:rectus ingredit.Sed quadrupes primo:qa ratio corporis & huius præſentis uitæ cõmunis eſt nobis cum mutis animalibus.Poſt deinde confirmatis uiribus erigit: & lingua eius in eloquium ſoluit:& mutum animal eſſe deſinit.Quæ rõ docet mortalẽ naſci hominem. Poſtea uero immortalem fieri:cum cœperit ex deo uiuere:ideſt iuſticiam ſeq:quæ continet in dei cultu: cum excitauerit hominẽ deus ad aſpectum *cæli ac ſui*.Quod tũc fit:cum homo cæleſti lauacro purificatus:exponit ĩfantiam cũ omni labe uitæ prioris:& incremento diuini uigoris accæpto fit homo perfectus & plenus. Ergo qa uirtutem propoſuit homini deus:licet anima & corpus cõſociata ſint:tamen contraria ſunt:& impugnant ĩuicem : animi bona mala ſunt corporis:ideſt opum fuga:uoluptatum ĩterdictio:doloris mortiſq; cõtemptus.Item corporis bona mala ſunt animi:hoc eſt cupiditas & libido:qbus & opes appetũt:& ſuauitas uariaꝝ uoluptatum : quibus eneruatus animus extinguit.Ideo neceſſe eſt iuſtum & ſapientẽ in omnibus malis eẽ: quoniam malorum uictrix eſt fortitudo.Iniuſtos aũt in diuitiis ĩ honore:ĩ poteſtate.Hæc.n.corporalia & terrena ſunt. Illi autẽ terrenam uitam agunt:nec aſſeq ĩmortalitatẽ queunt: qa ſe uoluptatibus dediderũt:quæ ſunt uirtutis inimicæ.Itaq; uita hæc temporalis illi æternæ debet eẽ ſubiecta:ſicut corpus animæ.Quiſqs ergo animæ uitam maluerit:uitã corporis contẽnat neceſſe ẽ:nec aliter eniti ad ſummũ poterit:niſi quæ ſunt ima deſpexerit.Qui aũt corporis uitam fuerit amplexus & cupiditates ſuas ĩ terram deiecerit:illã ſuperiorẽ uitã conſequi non poteſt.Sed q mauult bene uiuere ĩ æternũ:male uiuet ad tempus & afficiet omnibus moleſtiis & laboribus q̃diu fuerit ĩ terra:ut habeat diuinũ ac cæleſte ſolatium.Et q maluerit bene uiuere ad tempus:male uiuet ĩ æternum:quia damnabit dei ſententia ad pœnam:qa cæleſtibus bonis terrena præpoſuit. Propterea igit coli ſe deus expetit & honorari ab hoĩe tanq̃ pater:ut uirtutem & ſapiẽtiã teneat: quæ ſola ĩmortalitatẽ parit.Nam qa nullus alius præter ipſum donare eam poteſt:qa ſolus poſſidet pietatem hoĩs : qui deum honorauerit:hoc afficit præmio:ut ſit ĩ æternum beatus:ſitq; apud deũ & cum deo ſemper.

Item quare mundus creatus ſit:quare homo:q̃ inanis ſit cultus deorum. Cap.VI.

NVnc totam rõnem breui circunſcriptione ſignemus.Iccirco mundus factus eſt ut naſcamur.Ideo naſcimur ut agnoſcamus factorem mundi ac noſtri deum.Ideo agnoſcimus ut colamus.Ideo colimus ut immortalitatem pro mercede laborum capiamus:quoniam maximis laboribus cultus dei cõſtat.Ideo præmio immortalitatis afficimur:ut ſimiles angelis effecti: ſummo patri ac deo in perpetuum ſeruiamus:& ſimus æternum deo regnum.Hæc ſumma rerum eſt: hoc arcanum dei:hoc miniſteriũ mũdi:a quo ſunt aliẽi:q ſequẽtes præſentẽ uoluptatẽ:terreſtribus ac fragilibus bonis ſe addixerunt:& aĩas ad cæleſtia genitas: ſuauitatibus mortiferis tanq̃ luto cœnoue demerſerunt.Quæramus nunc uiciſſim an ĩ cultu deorũ rõ ulla ſubſiſtat:q ſimulati ſunt.Si ideo tantum ab hoĩbus colunt ut præſtẽt illis opes:honores:uictorias:quæq; alia quæ nõ niſi ad ꝑſens ualẽt.Si ſine cauſa gignimur:ſi ĩ hoĩbus procreandis prouidentia nulla uerſat:ſi caſu nobiſmetipſis ac uoluptatis noſtræ gr̃a naſcimur:ſi nihil poſt mortem ſumus:quid poteſt eſſe tam ſuperuacuum:tam inane:tam uanũ:q̃ humana res:& q̃ mũdus iſte : q cum ſit incredibili magnitudine:tam mirabili ratione cõſtructus:tam rebus ĩeptis uacet? Cur.n.uentorum ſpiritus citent nubes? Cur emicent fulgura? tonitrua mugiant? hymbres cadant ut fruges terra producat? ut uarios fœtus alat? Cur deniq; omnis natura rerum laboret : ne quid deſit earum rerũ quibus uita hominum ſuſtinet:ſi eſt inanis:ſi ad nihilum ĩterimus:ſi nihil eſt in nobis maioris emolumenti deo? Quod ſi eſt dictu nefas:nec putandum eſt fieri poſſe:ut non ob aliquam maximam rationem fuerit conſtitutum:quod uideamus maxima ratione conſtare:quæ poteſt eſſe ratio in his erroribus prauarum religionum:& in hac perſuaſione philoſophorum:qua putant animas ĩterire? Profecto nulla. Quid enim habẽt dicere.Cur dii hominibus tam diligenter ſuis quæq; temporibus exhibeant? An ut illis far & merum demus? & odorem thuris? & ſanguinem pecudum? quæ neq; immortalibus grata eſſe poſſunt:quia ſunt fragilia:neq; uſui eſſe expertibus corporum:quia hæc ad uſum corporalium data ſunt.Et tamẽ ſi ea deſiderent : ſibiipſi poſſent exhibere cũ uellẽt.Siue igit ĩtereunt aĩæ:ſiue ĩ æternũ manẽt:quã rõnem continet cultus deoꝝ:aut a quo mundus factus eſt? Cur? aut quando? aut quouſq;:quatenus homines: aut q̃obrem procreati? Cur naſcuntur? intereunt? ſuccedũt? renouãtur? Quid dii ex cultibus eorum aſſequuntur: qui poſt mortem nihil futuri ſunt? Quid præſtant? Quid pollicent? Quid minãtur aut hominibus aut diis dignum? Vel ſi manẽt animæ poſt obitum:quid de his faciunt facturi ue ſunt? Quid illis opus ẽ theſauro animarum? Ipſi illi ex quo fonte oriuntur? Quomodo? aut quare? aut unde multi ſunt? Ita fit ut ſi ab illa rerum ſumma: quã ſupius compræhendimus aberraueris:omnis ratio intereat:& ad nihilum omnia reuoluantur.

Quare philoſophi nequiuerint compræhendere ueritatem integre:quam tamẽ ſicut exempla declarant: particulatim compræhenderunt totam defendere nequiuerunt. Cap. VII.

QVam ſummam quia philoſophi non compræhenderunt:nec ueritatem compræhendere potuerunt:quanuis ea fere qbus ſumma ipſa conſtat:& uiderint & explicauerint:ſed diuerſi ac diuerſe omnia illa ꝓtulerunt:non annectentes nec cauſas rerum:nec conſequentias:nec rationes ut ſummam illam quæ continet uniuerſa:& compingerent:& implerent.facile eſt autem docere pene

uniuerſam ueritatem per philoſophos & ſectas eſſe diuiſam. Non.n.ſic philoſophiam nos euertimus: ut aca
dæmici ſolent: qbus ad omnia reſpondere ꝓpoſitum eſt: quod ē potius calumniari & ĩuidere: ſed docemus
nullam ſectam fuiſſe tam deuiam: nec philoſophorum quenꝗ tam inanem ꝗ non uiderit aliqd ex uero. Sed
dum contradicendi ſtudio inſaniunt: dum ſua etiam falſa defendunt: aliorum etiā uera ſubuertunt: nō tan-
tum illis elapſa ueritas eſt: quam ſe quærere ſimulabant: ſed ipſi etiam potiſſimum ſuo uitio perdiderunt.
Quod ſi extitiſſet aliquis qui ueritatem ſparſam per ſingulos: per ſectaſqȝ diffuſam colligeret ĩ unum: ac re-
digeret in corpus: is profecto nō diſſentiret a nobis. Sed hoc nemo facere niſi ueri peritus ac ſciens poteſt. Ve
rum autem ſcire non niſi eius eſt: qui ſit doctus a deo. Nemo.n.poteſt aliter repudiare quæ falſa ſunt: eligere
ac probare quæ uera: ſed ſi uel caſu id efficeret: certiſſime philoſopharet̃. Et quis nō poſſet diuinis teſtimoni
is illa defendere: tamen ſeipſam ueritas illuſtraret ſuo lumine. Quare incredibilis eſt error illorum: qui cum
aliquam ſectam probauerint: eiqȝ ſe addixerint cæteras damnant tanꝗ falſos & inanes. Armātqȝ ſe ad prælia
dum: nec quid defendere debeant ſcientes: nec quid refutare: incurſantqȝ paſſim ſine delectu omnia quæ aſ-
ferunt: quicunqȝ diſſentiunt. Ob has eorum pertinaciſſimas contentiones nulla extitit philoſophia: quæ ad
uerum propius accederet. Nam particulatim ueritas ab his tota comprænhenſa eſt. Factum eſſe mundum a
Plato — deo dixit Plato. Idem prophetæ loquuntur: ideqȝ & Sibyllæ carminibus apparet. Errant ergo qui omnia
uel ſua ſponte nata eſſe dixerunt: uel minutis ſeminibus conglobatis: quoniam tanta res: tam ornata: tam
magna: neqȝ fieri: neque diſponi & ordinari ſine aliquo prudentiſſimo auctore potuit: & eaipſa ratione
qua conſtare ac regi omnia ſentiuntur: ſollertiſſimæ mentis artificem confitentur. Hominum cauſa mun
dum & omnia quæ in eo ſunt: eſſe facta ſtoici loquuntur: idem nos diuinæ litteræ docent. Errauit ergo
Democritus — Democritus: qui uermiculorum modo putauit effuſos eſſe de terra nullo auctore nullaqȝ ratione. Cur enī
formatus ſit homo: diuini ſacramenti eſt: quod quia ille ſcire non poterat: humanam uitam deduxit ad
Ariſton — nihilum. Ad uirtutē capeſſendam naſci homines Ariſton diſſeruit. Idem nos monemur ac diſcimus a pro
Ariſtippus — phetis. Igit̃ falſus Ariſtippus: ꝗ hominē uoluptati id eſt malo tanꝗ pecudē ſubiugauit. Immortales eſſe aīas
Pherecides & Plato diſputauerunt. Hæc uero propria eſt ĩ noſtra religione doctrīa. Ergo Dicearchus cū De-
Dicearchus — mocrito errauit: ꝗ perire cū corpore ac diſſolui argumentatus ē. Eſſe ĩferos Zeno ſtoicus docuit: & ſedes pio
rum ab impiis eſſe diſcretas: & illos quidē quietas ac delectabiles ĩcolere regiones. Hos uero luere pœnas ĩ te
Zeno — nebroſis locis atqȝ ĩ cœni uoraginibus horrendis. Idē nobis prophetæ palā faciunt. Ergo Epicurus errauit: ꝗ
poetarꝝ id eſſe figmentum putauit: & illas inferorꝝ pœnas quæ ferunt̃: ĩ hac eſſe uita ĩterpretatus eſt. Totam
igit̃ ueritatē & omne diuinæ religionis arcanum philoſophi attigerunt. Sed aliis refellentibus defendere id
quod inuenerant: nequiuerunt: quia ſingulis ratio non quadrauit: nec ea quæ uera ſenſerant: in ſummam re
digere potuerunt: ſicut ſuperius nos fecimus.

## De ĩmortalitate animæ: & quibus eam argumentis Plato ſit conatus aſtruere. Cap. VIII.

VNum eſt igit̃ ſummū bonū ĩmortalitas: ad quā capiēdā & formati a principio: & nati ſumus. Ad
hanc tendimus: hanc ſpectat humana natura: ad hanc nos prouehit uirtus. Quod bonū quia cō-
prehēdimus: ſupereſt etiā ut de ipſa ĩmortalitate dicamus. Platonis argumēta quāuis ad rē confe-
rant multū: tamen parum habent firmitatis ad probandā & implēdam ueritatē: quoniā nec rōnē
myſterii magni totius conſūmauerat ĩ unūqȝ collegerat: nec ſummū bonū cōprehenderat. Nam
licet uerꝝ de ĩmortalitate aīæ ſentiret: tamē non ita de illa tanꝗ de ſummo bono diſſerebat. Nos igit̃ certiori
bus ſignis eligere poſſumus ueritatē: qui eam non ancipiti ſuſpitōe collegimus: ſed diuina traditiōe cognoui
Plato — mus. Plato aūt ſic argumētatus eſt ĩmortale eſſe quicquid per ſeipſum & ſentit: & ſemp mouet̃. Quod.n.pri
cipiū motus non habet: nec finē habiturꝝ: quia deſeri a ſemetipſo non pōt. quod argumētū etiā mutis aīali-
bus æternitatē daret: niſi adiectione ſapientiæ diſcreuiſſet. Addidit igit̃ ut effugeret hanc cōitatē fieri nō poſ
ſe quin ſit ĩmortalis animus hūanus cuius miranda ſollertia inueniēdi: & celeritas cogitandi: & facilitas præ
cipiēdi atqȝ diſcernēdi: & memoria præteritorꝝ: & prouidētia futurorꝝ: & artiū plerūqȝ ĩnumerabiliū ſciētia:
qua cæteræ careant animantes: diuina & cæleſtis appareat: quia & origo animi ꝗ tanta capiat: tanta cōtineat:
nulla reperiat̃ in terra. Siquidē ex concreatōe terrēa nihil hēat admixtū: ſed neceſſe ē in terrā reſolui: quod ē
in homine ponderoſum & diſſolubile. Quod autē tenue ac ſubtile: id uero eſſe ĩdiuiduū: ac domicilio corpo
ris uelut carcere liberatū: ad cælū & naturam ſuam peruolare. Hæc fere Platonis collecta breuiter: quæ apud
Pythagoras — ipſum late copioſeqȝ explicant̃. In eadē ſnīa fuit etiā Pythagoras antea: eiuſdēqȝ præceptor Pherecydes quē
Cicero tradidit primum de æternitate aīarꝝ diſputaſſe. Qui omnes licet eloquentia excellerent: tamen in hac
Pherecides — primū contentōe non minus auctoritatis habuerūt: qui cōtra hanc ſnīam diſſerebāt. Dicearchus primo: dei
de Democritus: poſtremo Epicurus: adeo ut res ipſa de qua ĩter ſe pugnabāt: ĩ dubiū uocaret̃. Deniqȝ & Tul
lius expoſitis horꝝ oīum de ĩmortalitate ac morte ſententiis: neſcire ſe quid ſit uerꝝ pronūciauit. Harꝝ ĩquit
ſententiarum quæ uera ſit: deus aliquis uiderit. Et rurſus alibi. Quoniam utraqȝ inquit earum ſentētiarum
doctiſſimos habuit auctores: nec quid certi ſit diuinari non poteſt. Verum opus nobis diuinatione non eſt:
quibus ueritatem diuinitas ipſa patefecit.

## Quæ ſit de ĩmortalitate aīæ fidelis aſſertio. Et ꝗ laborꝝ uirtutūqȝ finis beata æternitas ē. Cap. IX.

HIs itaqȝ argumentis quæ Plato: nec ullus alius ĩuenit: animarꝝ æternitas probari ac pſpici pōt: quæ
nos breuiter collegimus: quoniā properat orō ad enarrādū iudicium dei maximū: quod in terra
propinquante ſæculorꝝ fine celebrabit̃. Ante omnia quoniam deus ab homine uideri nō poteſt:
ne quis tamen ex eo ipo putaret deum non eſſe: quia mortalibus oculis non uideret̃: inter cætera
inſtitutorum ſuorum miracula: fecit etiam multa: quorum uis qdem appareret: ſubſtantia tamē
non uideret̃: ſicut eſt uox: odor: uentus: ut harum rerꝝ argumento & exemplo: etiam deum licet ſub oculos

nō ueniret: de ſua tamen ui:& effectu:& opibus cerneremus. Quid uoce clarius? aut uento fortius? aut odore uiolentius? Hæc tamē cum ꝑ aerē ferunt̃: ad ſenſuſq; noſtros ueniunt:& eos potētia ſua ĩpellunt: non cernunt̃ acie luminũ: ſed aliis corporis partibus ſentiunt̃. Similiter deus non aſpectu nobis alioue fragili ſenſu cōprehendēdus ē: ſed mētis oculis intuendus: cũ opa eius præclara & mirãda uideamus. Nam illos qui nullũ oĩno deũ eſſe dixerunt: nō modo philoſophos: ſed ne hoĩes quidē eſſe dixerim: q mutis ſimillimi ex ſolo corpore cōſtiterũt: nihil oĩno cernētes aĩo & ad ſenſum corporis cuncta referētes: q nihil putabãt eſſe niſi qđ oculis cōtuebant̃. Et qa uidebãt aut bonis accidere aduerſa: aut malis ꝓſpera: fortuitu geri oĩa crediderũt:& natura mũdũ nō ꝓuidētia cōſtitutũ. Hinc iam ꝓlapſi ſunt ad deliramēta: q talē ſñiam neceſſario ſequebant̃. Quod ſi eſt deus & ĩcorporalis:& ĩuiſibilis:& æternus: ergo nō iccirco ĩterire aĩam credibile eſt: qa nō uidet̃ poſtq̃ receſſit a corpore: quoniã cōſtat eſſe aliqđ ſentiens ac uigens: qđ nō ueniat ſub aſpectu. At.n. difficile eſt aĩo cōprehēdere queadmodũ poſſit aĩa retinere ſenſum ſine his partibus corporis: ĩ qbus ineſt officiũ ſentiēdi. Quid de deo? Nũ facile eſt cōprehendere queadmodũ uigeat ſine corpore? Quod ſi deos eſſe credunt: q ſi ſunt: utiq; animæ ſunt expertes corpoꝝ: neceſſe ē humanas aĩas eadē rōne ſubſiſtere: quoniã ex ipſa rōne ac ꝓuidētia ĩtelligit̃ eſſe quædã in hoĩe ac deo ſimilitudo. Deniq; illud argumētũ qđ. M. Tullius uidit: ſatis firmum eſt ex eo æternitatē aĩæ poſſe dignoſci: qa nullũ ſit aliud aĩal: qđ habeat notitiã dei aliquã: religioq; ſit pene ſola: quæ hoĩem diſcernat a mutis: quæ cũ in hoĩem ſolũ cadat ꝓfecto teſtat̃ id affectare nos: id deſiderare: id colere: quod nobis familiare: quod proximum ſit futuꝝ. At aliqs cũ cæteraꝝ animantiũ naturã conſiderauerit: quas pronis corporibus adiectas ĩ terrãq; proſtratas: ſummi dei prouidentia effecit: ut ex hoc ĩtelligi poſſit: nihil eas rōnis habere cum cælo: pōt nō ĩtelligere ſolum ex oĩbus cæleſte ac diuinũ animal eſſe hominem: cuius corpus ab humo excitatum: uultus ſublimis: ſtatus rectus originē ſuam quærit:& quaſi cōtēpta humilitate terræ ad altum nitit̃: quia ſentit ſummũ bonũ in ſummo ſibi eſſe quærēdũ: memorq; conditionis ſuæ qua deus illum fecit eximiũ: ad artificē ſuum ſpectat. Quã expectationē Triſmegiſtus θεωρίαν rectiſſime nominauit: quæ ĩ mutis animalibus nulla eſt. Cum autē ſapiētia quæ ſoli homini data ē: nihil aliud ſit q̃ dei noticia: apparet animam nō interire neq; diſſolui: ſed manere in ſempiternũ: quia deum q ſempiternus eſt:& quærit:& diligit ipſa cogente natura: ſentiens uel unde orta ſit: uel quo reditura. Præterea non exiguum ĩmortalitatis argumētum eſt: ꝙ homo ſolũ cæleſti elemēto utat̃. Nam cũ rerum natura his duobus elemētis: quæ repugnãtia ſibi & inimica ſunt: conſtet: igne & aqua: quoꝝ alterum cælo: alterum terræ aſcribit̃. Cæteræ animantes quia terrenæ mortaleſq; ſunt: terreno grauiq; utunt̃ elemēto: homo ſolus ignem in uſu habet quod eſt elemētum leue: ſublime: cæleſte. Ea uero quæ ponderoſa ſunt ad mortē deprimunt:& quæ leuia ſunt ad uitã ſubleuant: qa uita ĩ ſummo ē: mors ĩ imo. Et ut lux eſſe ſine igne non pōt: ſic uita ſine luce. Igit̃ ignis elemētum ē lucis ac uitæ: unde apparet hominē qui eo utit̃: ĩmortalē ſortitũ eſſe conditionē: quia id illi familiare ē: quod facit uitam. Virtus quoq; homini ſoli data: magno argumēto eſt ĩmortales eſſe aĩas: qđ non erit ſecundum naturã: ſi anima extinguit̃. Huic.n. præſenti uitæ nocet. Nã uita iſta terrena quã cōem cũ mutis aĩalibus ducimus:& uoluptatē expetit: cuius uariis fructibus ac ſuauitatibus delectat̃:& dolorē fugit: cuius aſperitas naturã uiuentiũ acerbis ſenſibus lædit:& ad mortē ꝑducere nitit̃: quæ diſſoluit anĩmantes. Si ergo uirtus & prohibet his bonis hoĩem quæ naturaliter appetunt̃:& ad ſuſtinēda mala impellit: quæ naturaliter fugiunt̃. Ergo malum ē uirtus:& inimica naturæ: ſtultũq; iudicari neceſſe ē: qui eam ſequitur: quoniam ſe ipſe lædit & fugiendo bona præſentia:& appetendo æque mala ſine ſpe fructus amplioris. Nam cum liceat nobis iucundiſſimis frui uoluptatibus: nonne ſenſu carere uideamur: ſi malimus in humilitate: in egeſtate: in contemptu: in ignomina uiuere: aut ne uiuere quidem: ſed dolore cruciari & mori? Ex quibus malis nihil amplius aſſequamur: quo poſſit uoluptas omiſſa penſari. Si autem uirtus malũ non eſt: facitq; honeſte: ꝙ uoluptates uitioſas turpeſq; contēnit:& fortiter: ꝙ nec dolorē nec mortem timet: ut officium ſeruet. Ergo maius aliquod bonũ aſſequat̃ neceſſe ē: q̃ ſunt illa quæ ſpernit. At uero morte ſuſcepta: quod ulterius bonum ſperari poteſt: niſi æternitas?

Item de immortalitate animæ:& ꝙ uirtus ſemel habita perpetuat̃:& amitti non poteſt. Et ꝙ uita duplex eſt:& item mortes duæ homini præponunt̃. Cap. X.

TRanſeamus nunc uiciſſim ad ea: quæ uirtuti repugnant: ut etiam ex his ĩmortalitas animæ colligat̃. Vitia oĩa temporalia ſunt: ad præſens.n. cōmouet̃ iræ ĩpetus: recepta ultione ſedat̃: libidinis uoluptas corporis finis eſt. Cupiditatē aũt ſatietas earum reꝝ quas expetit: aut alioꝝ affectuũ cōmotiones ĩterimunt. Ambitio poſtq̃ honores quos uoluit: adepta ē: cōſeneſcit. Item cætera uitia cōſiſtere ac ꝑmanere nō poſſunt: ſed ipſo fructu quem expetunt: finiunt̃. Recedunt ergo & redeunt. Virtus aũt ſine ulla ĩtermiſſione ꝑpetua ē: nec diſcedere ab eo pōt: qa eã ſemel cœpit. Nã ſi habeat ĩteruallum: ſi aliquãdo ea carere poſſumus: redibunt protinus uitia: quæ uirtutē ſemꝑ impugnant. Non eſt igit̃ cōpræhenſa ſi deſerit: ſi aliquãdo ſecedit. Cũ uero ſibi domiciliũ ſtabile collocauit: in omni actu uerſari eam neceſſe ē. Nec pōt fideliter depellere uitia & fugare: niſi pectus qđ inſedit ꝑpetua ſtatiōe munierit. Ipſa ergo uirtutis perpetuitas ĩdicat humanũ aĩum ſi uirtutē cœperit: permanere: quia & uirtus perpetua eſt:& ſolus animus humanus uirtutem capit. Quoniam igit̃ contraria ſunt uitia uirtuti: omnis rō diuerſa & contraria ſit neceſſe eſt: quia uitia cōmotiones & ꝑturbationes animi ſunt. Virtus econtrario lenitudo & tranqllitas animi ē. Quia uitia temporalia & breuia ſunt. uirtus perpetua & cōſtans:& par ſibi ſemp. Quia uitiorũ fructus ideſt uoluptates æquæ ut ipã breues temporaleſq; ſunt. Virtutis ergo fructus ac præmium ſempiternum ē: quia uitiorũ cōmodũ in præſenti eſt: uirtutis igit̃ in futuro. Ita fit ut in hac uita uirtutis præmiũ nullum ſit: quia uirtus adhuc ipſa eſt. Nam ſicut uitia cum in actu ſuo finiunt̃: uoluptas & præmia eorum ſequunt̃: ita uirtus cum finita eſt: merces eius inſequit̃. Virtus autem nunq̃ niſi morte finit̃: quoniam & in morte ſuſci/

Cicero pienda ſummũ eius officium eſt.Ergo præmium uirtutis eſt poſt mortẽ.Denicꝫ Cicero in Tuſculanis quis dubitanter:tamẽ ſenſit ſummũ hoi bonũ non niſi poſt mortem contingere. Fidenti aio inqt ſi ita res feret: gradieť ad mortẽ:in qua aut ſummũ bonũ:aut nullũ malũ eſſe cognouimus.Mors igiť nõ extinguit hominem:ſed ad præmiũ uirtutis admittit.qui aũt ſe(ut ait idem)uitiis ac ſceleribus cõtaminauerit uoluptaticꝫ ſeruierit:is uero dãnatus æternã luet pœnã:quã diuinæ lr̃æ ſecundã mortem nominant:quæ eſt & perpetua & grauiſſimis cruciatibus plena.Nam ſicuti duæ uitæ propoſitæ ſunt homini:quaꝝ altera ẽ aĩæ:altera corporis:ita & mortes duæ ꝓpoſitæ ſunt una ꝑtinẽs ad corpus q̄ cũctos ſcd̃m naturã fungi neceſſe ẽ.Altera ꝑtinens ad aĩam:quæ ſcelere acquiriť:uirtute nitať.Vt hæc uita temporalis ẽ:certoſcꝫ terminos habet:quia corporis ẽ:ſic & mors æque temporalis eſt:certũcꝫ habet finem:quia corpus attingit.

De reſurrectione corpoꝝ mortuoꝝ:& morte & animarũ perpetuitate. Cap. XI.

IMpletis ergo temporibus quæ deus mortis ſtatuit:terminabiť ipſa mors.Et quia tẽporalem uitam temporalis mors ſequiť:conſequẽs eſt ut reſurgant animæ ad uitam ꝑpẽnẽ: qa finem mors tẽporalis accipit.Rurſus ſicut uita animi ſempiterna ẽ:i q̄ diuios & ineloqbiles ĩmortalitatis ſuæ fructus capit:ita & mors eius ꝑpetua ſit neceſſe ẽ:i q̄ ꝑpẽnes pœnas & ĩfinita tormẽta ꝓ peccatis pendit.Ergo ĩ ea cõditõe res poſita ẽ:ut q beati ſunt in hac uita tẽporali atcꝫ terrena: ſemꝑ miſeri ſint futuri:qa iam bonis quæ maluerũt:potiti ſunt:qd' his euenit:qui deos adorant:deũ negligũt. Deinde q iuſticiam ſequentes:in hac uita miſeri fuerint & contempti:& inopes:& ob ipſam iuſtitiam contumeliis & iniuriis ſæpe uexati:quia nec aliter uirtus teneri poteſt:ſemꝑ beati ſunt futuri:ut qa mala iam pertulerũt: ẽt bonis fruantur.Quod his uticꝫ contingit: qui contemptis terreſtribus diis & fragilibus bonis: cæleſtem religionem dei ſequũtur:cuius bona ſicut ipſe qui tribuit:ſempiterna ſunt. Quid opera corporis atque animi? Nonne indicant eſſe animam mortis expertem? Nam corpus quia ipſum fragile eſt atque mortale: quæcuncꝫ opera moliť: ea quocꝫ caduca ſunt. Nihil enim Tullius ait eſſe:quod ſit manibus humanis laboratũ:qd' nõ aliquãdo ad interitũ redigať:uel iniuria hominũ:uel ipſa cõfectrice oĩum uetuſtate.At uero animi oꝑa uidemus æterna.Nam qcuncꝫ cõtemptui præſentiũ ſtudẽtes:in memoriã monumẽta ingenioꝝ factorũcꝫ magnoꝝ reliquerunt:hi plane mentis ſuæ ac uirtutis nomẽ indelebile quæſierunt. Ergo ſi oꝑa corporis ideo mortalia ſunt: qa ipſum mortale ẽ:ſequiť ex eo ut aĩa ĩmortalis appareat:qa uidemus opera eius non eſſe mortalia.Eodẽ modo deſideria quocꝫ corporis animicꝫ declarant alteꝝ eſſe mortale:alteꝝ ſempiternũ.Corpus.n.nihil niſi tẽporale deſiderat:ideſt cibum:potum:indumẽtum:quietẽ:uoluptatem.Et tamẽ hæc ipſa ſine ui & adminiculo animi nec cupere:nec aſſequi põt.Animus aũt per ſe multa deſiderat: quæ ad officium fructumue corporis redundẽt:eacꝫ non fragilia ſed æterna ſunt:ut fama uirtutis: ut memoria nominis.Nam cultũ dei q conſtat abſtinẽtia cupiditatũ ac libidinũ:patiẽtia doloris ac contẽptu mortis:ẽt contra corpus aĩa cõcupiſcit.Vnde credibile ẽ non interire aĩam:ſed diſſociari a corpore: qa corpus ſine aĩa nihil põt:animus aũt põt multa & magna ſine corpore:Quid q̄ ea q̄ uiſibilia ſunt oculis:& tangibilia manu:quia æternã uim pati poſſunt:æterna eẽ nõ poſſunt?Ea uero q̄ necꝫ ſub tactu:necꝫ ſub uiſu ueniunt:ſed tantũmõ uis eoꝝ:& rõ:& affectus apparet:æterna ſunt:qa nullã uim patiunť extriſecus. Corpus aũt ſi ideo mortale ẽ: qa uiſui pariter ac tactui ſubiacet:ergo & aĩa iccirco ĩmortalis ẽ:qa nec tangi põt:nec uideri.

Item de immortalitate animæ contra Lucretium & Epicurum.Et de differentia mentis & animæ:& corporum reſurrectione. Cap. XII.

Lucretius NVnc argumẽta eorum qui cõtradixerunt refellamus:quæ Lucretius tertio libro executus eſt:quoniam cũ corpore inqt aĩa naſciť:cum corpore intereat neceſſe ẽ.At non ẽ par utriuſcꝫ rõ:ſolidũ.n. & cõprehenſibile corpus ẽ:& oculis & manu.Aĩa uero tenuis & tactũ uiſumcꝫ fugiẽs.Corpus ex
Plato terra fictum atcꝫ cõſolidatum ẽ:anima ĩ ſe nihil concreti: nihil terrẽi põderis habet(ut Plato diſſerebat)Nec.n.tantam poſſet habere ſolertiã tantam uim:tantã celeritatem niſi originẽ traheret e cælo. Corpus igiť quoniam fictum ex ponderoſo & corruptibili elemẽto:& tangibile eſt & uiſibile:corrumpiť atcꝫ occidit:nec uim repellere poteſt:qa ſub aſpectũ & ſub tactũ uenit.Anima aũt quia tenuitate ſua omnẽ tactũ fugit:nullo ictu diſſolui poteſt.Ergo quãuis inter ſe coniuncta & ſociata naſcanť:& alterum quod ẽ de terrena concretione formatum: quaſi uaſculum ſit alterius:quod eſt a cæleſti ſubtilitate deductum:cum uis aliqua utrũcꝫ diſcreuerit:quæ diſcretio mors uocať:cum utrũcꝫ in naturã ſuam recedit.quod ex terra fuit: id in terram reſoluiť:quod ex cæleſti ſpiritu: id conſtat ac uiget ſemper: quoniam diuinus ſpiritus ſempiternus eſt. Deinde idem Lucretius oblitus quid aſſereret:& quod dogma defenderet:hos uerſus poſuit. Cedit idem retro de terra quod fuit ante In terram:ſed quod miſſum eſt ex ætheris oris Id rurſus cæli fulgentia templa receptant. Quod eius non erat dicere:qui perire animas cum corporibus diſſerebat: ſed uictus eſt ueritate & imprudenti ratio uera ſurrepſit.Præterea idipſum quod colligit diſſolui animam:hoc ẽ ſimul cum corpore interire:quoniam ſimul naſcantur:& falſum eſt & in contrarium conuerti poteſt. Non enim ſimul interit: ſed anima diſcedente integrum per multos dies manet:& plerunque medicatum diutiſſime durat. Nam ſi ut ſimul naſcuntur:ſimul interirent:non diſcederet repente anima corpuſcꝫ deſereret: ſed uno temporis puncto utruncꝫ pariter diſſiparetur: & tam celeriter etiam corpus adhuc ſpiritu in eo manente deliqueſceret ac periret:q̄ celeriter anima ſecedit. Immo uero diſſoluto corpore anima uaneſceret uelut humor fracto uaſe diffuſus. Nam ſi terrenum & fragile corpus poſt receſſum animæ non ſtatim defluit in terramcꝫ tabeſcit:ex qua illi origo eſt.Ergo anima quæ fragilis non eſt:in æternum manet:quoniam origo eius æterna eſt. Quoniam creſcit inquit ſenſus in pueris:& in iuuenibus uiget:& in ſenibus diminuitur: apparet eſſe mortalẽ.Primum non eſt idem mens & anima. Aliud ẽ.n.quod uiuimus:aliud quod cogitamus. Nam dormientium mẽs non anima ſopiť:& in furioſis mẽs extinguitur:anima manet:& ideo non exanimes: ſed de

mentes uocant.Mens ergo ideſt intelligentia uel augetur:uel minuit pro ætate.Anima in ſtatu ſuo ſemper ẽ.
Et ex quo tẽpore ſpirandi accepit facultatem:eadem uſq; ad ultimum durat: donec emiſſa corporis clau/
ſtro:ad ſedem ſuam reuolet.Deinde ꝙ anima quãuis a deo ſit inſpirata:tamen qa tenebroſo domicilio ter
renæ carnis incluſa eſt:ſcientiam non habet:quæ eſt diuinitatis.Audit ergo ac diſcit omnia:& ſapientiam di
ſcendo & audiendo capit:& ſenectus nõ minuit ſapientiam:ſed auget.Si tamen iuuenilis ætas uirtute decur
ſa eſt:& ſi nimia ſenectus fregerit membra:non eſt animæ uitium:ſi uiſus euanuit:ſi lingua torpuit:ſi audi/
tus obſurduit:ſed corporis.At enim memoria deficit: quid mirum ſi labentis domicilii ruina premit mẽs
& præterita obliuiſcit:non aliter futura diuina q̃ ſi carcerem quo cohibet effugerit? Verum eadem inquit
dolori ac luctui obnoxia eſt:& ebrietate dementit:unde fragilis & mortalis appareat.Iccirco igit uirtus & ſa
pientia neceſſaria eſt:ut & mœror qui contrahit indigna patiendo ac uidendo:fortitudine repellat: & uolu
ptas non modo potandi ſed etiam cæterarum rerum abſtinentia ſuperet:Nam ſi careat uirtute:ſi uolupta/
tibus dedita molliat:morti fiet obnoxia:quoniam & uirtus(ut docuimus) immortalitatis eſt fabricatrix:
& uoluptas mortis.Mors autem ſicut oſtendi:non funditus perimit ac delet:ſed æternis afficit cruciatibus.
Nam interire prorſus anima non poteſt:quoniam ex dei ſpiritu qui æternus eſt originem cæpit. Anima eti
am inquit morbum corporis ſentit:& obliuionem ſui patit.Et ſicut ægreſcit:ſic etiam ſæpe ſanat. Hoc eſt
ergo cur maxime uirtus adhibenda ſit:ne ullo corporis dolore frangat:& obliuione ſui nõ anima ſed mens
patiat.Quæ quoniam certa corporis regione conſiſtit:cum eam partem uis aliqua morbi uitiauerit:moue
tur loco:& quaſi cõquaſſata de ſede ſua emigrat:reditura.ſ.cum medela:& ſanitas domicilium ſuum refor
mauerit.Nam quia anima eſt iuncta cum corpore:ſi uirtute careat contagio eius ægreſcit:& imbecillitas de
ſocietate fragilitatis redundat ad mentem.Cũ aũt diſſociata fuerit a corpore:uigebit ipa p ſe:nec ulla iã fragi
litatis cõditione tentabit.quia ĩdumentũ fragile ꝓiecit.Sicut oculus inqt euulſus a corpore ac ſeparatus ni
hil poteſt uidere:ita & anima ſeparata nihil ſentire:quia & ipſa pars eſt corporis. Falſum hoc & diſſimile ẽ.
Anima eñ nõ pars corporis:ſed in corpore eſt.Sicut id quod uaſe cõtinetur:uaſis pars nõ eſt: nec ea quæ in
domo ſunt:partes domus eſſe dicunt:ita nec anima pars eſt corporis:quia corpus uel uas eſt animæ: uel re/
ceptaculũ.Iam illud argumentũ multo magis inane eſt:quod quidem ait animã: quia nõ citius emittatur e
corpore:mortalẽ uideri:ſed paulatim ſe ex omnibus membris explicet a ſummis pedibus incipiens: tanq̃ ſi
eſſet æterna uno temporis momẽto erumperet:quod fit in his qui ferro intereunt. Quos autẽ morbus ite/
rimit:ſpiritũ diutius exhalant:ut paulatim frigeſcentibus membris anima effletur:quæ cũ materia ſangui/
nis contineatur:ſicut lumen oleo:& materia febriũ calore conſumpta:neceſſe eſt memborũ ſumma quæq;
frigeſcere:quoniã uenæ exiliores in extrema corporis porrigunt: & extremi ac tenuiores riui deficiente ue/
na fontis areſcunt.Nec tamen quia ſenſus corporis deficit:animæ ſenſum extingui & occidere putandũ eſt.
Nõ eñ anima corpore deficiente:ſed corpus anima decedẽte putreſcit:quia ſenſum omnẽ trahit ſecũ. Cum
aũt præſens anima ſenſum ſuũ tribuat corpori:& uiuere id efficiat:fieri non poteſt:ut nõ ipſa per ſe uiuat &
ſentiat:quoniã ipſa eſt & ſenſus & uita.Nam ꝙ ait. Quod ſi ĩmortalis noſtra foret mens. Nõ tam ſe mori/
ens diſſolui cõquererent. Sed magis ire foras:ueſteq; relinquere ut anguis. Equidẽ nunq̃ uidi qui quereret
ſe in morte diſſolui:ſed ille fortaſſe Epicureũ aliquẽ uiderat:etiã dũ morit philoſophantẽ: ac de ſua diſſolu/
tione in extremo ſpiritu diſſerentẽ.Quõ fieri poteſt utrũ diſſolui ſe ſentiat:an corpore liberari:cũ in exitu lin
gua muteſcat?Nã dũ ſentit & loqui poteſt:nõdũ diſſolutus eſt:ubi diſſolutus eſt:nec ſentire iam nec loq po/
teſt.Ita queri de diſſolutione aut nõdũ põt:aut iã põt.At eñ prius q̃ diſſoluat:ĩtelligit ſe diſſolutũ iri. Quid
ꝙ uidemus pleroſq; moriẽtiũ:nec diſſolui cõquerẽtes(ut ait)ſed exire ſe & ꝓficiſci:& ambulare teſtãtes:idq;
aut geſtu ſignificãt:aut ſi adhuc poſſunt:& uoce ꝓnũciãt? Vnde apparet nõ diſſolutionẽ fieri:ſed ſeparatio/
nem:quæ declarat animã ꝑmanere.Cætera Epicurei dogmatis argumẽta.Pythagoræ repugnant diſſerenti
migrare animas de corporibus uetuſtate ac morte cõfectis:& ĩſinuare ſe nouis & recens natis.Et eaſdẽ ſemp
renaſci:mõ in hoĩe:mõ in pecude:mõ in beſtia:mõ in uolucre:& hac rõne ĩmortales eſſe: ꝙ ſæpe uariorũ ac
diſſimiliũ corporũ domicilia cõmutent. Quæ ſententia deliri hominis:quoniã ridicula eſt:& mimo digni/
or q̃ ſcholaſtico:ne refelli quidem ſerio debuit.Quod qui facit uidetur uereri: ne quis id credat. Prætereũda
ſunt igit nobis ea: quæ pro falſo contra falſum diſſerebantur:ſatis eſt ea refutaſſe:quæ contra uerum diſpu/
tata ſunt.

Quibus teſtimoniis ĩmortalitas animæ approbatur:& futurum iudicium dei:& quantũ Ariſtoxenus ali
os uicerit in errore. Cap. XIII.

DEclaraui(ut opinor)animam non eſſe ſolubilem:ſupereſt citare teſtes:quorum auctoritate argu
menta firmentur.Neque nunc prophetas in teſtimonium uocabo:quorum ratio & diuinatio in
hoc ſolo poſita eſt:ut ad cultum dei:& ad ĩmortalitatem ab eo accipiendam creari hominem do/
ceant: ſed eos potius quibus iſtos: qui reſpuunt ueritatem credere ſit neceſſe. Hermes naturam Hermes
hoĩs deſcribens:ut doceret queadmodũ eẽt a deo factus hæc ĩtulit. και το αυτο εξ αμφοτερων
φυσεων τηστε αθανατου και τησ θνητησ μιαν εποιει φυσιν ανθρωπου. τον αυτον τωη μεν αθανατον: πη
δε θνητον ποιησασ και τουτον εν μεσω θειασ και ατανατου φυσεωσ και τησ θνητησ και αμεταβλητου
ιδρυσεν, ινα ορων απαντα και θαυμασι.Ideſt & idem ex utraq; natura mortali & immortali unam facie/
bat naturã hoĩs:eũdẽ: in aliquo qdẽ ĩmortalẽ:in aliquo aũt mortalẽ faciẽs: & hũc ferens in medio diuinæ &
ĩmortalis naturæ:& mortalis mutabiliſq; conſtituit: ut oĩa uidens:omnia miret. Sed hunc fortaſſe aliquis
in numero philoſophorũ cõputet:q̃uis in deos relatus Mercurii noĩe ab Aegyptiis honoret: nec plus ei au/
ctoritatis tribuat:q̃ Platoni aut Pythagoræ. Maius igit teſtimoniũ requiramus. Polytes quidam conſulu/
it Apollinem Mileſium utrum ne maneat anima poſt mortem: an reſoluatur: & reſpondit his uerſibus.

ψυχὴ μὲν μέχρισ οὗ δεσμοῖσ πρὸσ σῶμα κρατεῖται. φθαρτὰ νοοῦσα πάθη θνηταῖσ ἀλγηδόσιν εἴκει. ἡνίκα δὲ ἀνάλυσιν βροτείην μετὰ σῶμα μαρανθὲν ὠκυσ. τὴν εὕρηται εσ αἰθέρα πᾶσα φορεῖται. αἰεν ἀγήραοσ οὖσα. μένει δὲ εἰσ παμπὰν ἀτειρήσ. πρωτογόνοσ γὰρ τοῦτο θεοῦ διέταξε πρόνοια. Ideſt aīa quidem quoad uinculis corporeis teneť:corruptibiles paſſiones ſentiēs:mortalibus cedit doloribus. Cum uero ſolutionē humanā uelociſſimā poſt corruptū corpus inuenerit:oīs in æthera ferť:nunq̄ ſeneſcēs: & manet in æternū ſine pœna.Primogenita eteni hoc diuina diſpoſuit prudētia. Quid carmina Sibyllina? Nōne ita eē declarāt:cū forte aliquādo denūciāt:ut a deo de uiuis:ac mortuis iudiceť:quorū exēpla paulo poſt īſeremus.Falſa eſt igiť Democriti & Epicuri ſententia:& Dicearchi de animi diſſolutione:qui profecto nō auderent de interitu animarū mago aliquo præſente diſſerere : qui ſciret certis carminibus ciere ab inferis aīas: & adeſſe:& p̄bere ſe humanis oculis uidēdas:& loqui:& futura prædicere.Et ſi auderēt re ipſa & documentis præſentibus uincerenť.Sed quia nō peruidebāt animæ rationē:quæ tam ſubtilis eſt:ut oculos humanæ mētis effugiat:interire dixerūt.Quid Ariſtoxenus qui negauit oīno ullā eſſe animā:etiā cū uiuit in corpore? Sed ſicut in fidibus ex intētione neruorū effici cōcordē ſonū atq̄ cantū:quē muſici harmoniā uocant : ita in corporibus ex cōpage uiſcerū ac uigore membrorū uim ſentiendi exiſtere:quo nihil dici delirius pōt. Verū ille oculos quidem habuit incolumes:cor tamē cæcū:quia uiuere ſe & habere mentē qua idipſum quod cogitauerat:non uidebat.Sed pleriſq̄ hoc philoſophis accidit : ut putarent oīno non eſſe quicquid oculis non apparet:cum mentis acies multo clarior eſſe debeat q̄ corporis:ad ea perſpicienda:quorum uis ac ratio ſentitur potius q̄ uidetur.

Ariſtoxenus

De fine mūndi & errore chaldæorū.De ætate mundi:& q̄ poſt ſex ætates:ideſt ſex mille annorum ſtatus mundi mutabitur & renouabitur:& q̄ mille anni ſunt unus dies dei : & q̄ poſt mille annos regnabūt electi dei in terra poſt iudicium. Cap. XIIII.

Quoniā de īmortalitate diximus animæ:ſequitur ut doceamus quatenus homini & quādo tribuatur:ut in hoc quoq̄ prauitatis & ſtultitiæ ſuæ pſpiciāt errores:qui mortales quoſdā decretis placitiſq̄ mortaliū deos eſſe factos ōpinanť:uel q̄ artes īuenerāt : uel q̄ uſum quarūdā frugū docuerant:uel q̄ utilia uitæ hominū prouiderāt:uel q̄ īmanes beſtias īteremerāt.Quæ merita q̄ longe ab īmortalitate ſemota ſint:& docuimus in prioribus libris:& nūc docebimus : aut apparet ſolā eſſe iuſticiā:quæ uitam homini pariat æternā:& ſolū deū: q æternæ uitæ p̄miū largiať.Nā illi qui ſuis meritis īmortales facti eſſe dicunť:quia nec iuſtitia:nec ulla in his uera uirtus fuit:nō īmortalitatē ſibi : ſed mortem peccatis ac libidinibus quæſierūt.Nec cæleſte præmiū:ſed inferna ſupplicia meruerūt:quæ pēdēt ſimul cū his omnibus:qui eos coluerūt.Cuius iudicii ꝓpinquare tēpus oſtēdā:ut & iuſtis merces digna ſoluať : & pœna merita impiis irrogeť. Plato & multi alii philoſophorū cū ignorarent originē rerū : ſupremūq̄ illud tēpus quo mundus eſſet effectus:multa milia ſæculorū fluxiſſe dixerunt : exquo hic pulcherrimus mundi ornatus extiterit: ſicut fortaſſe chaldæi:qui(ut Cicero tradidit in libro de diuinatione prīo)q̄dringēta ſeptuaginta milia ānorū monumētis cōprehenſa ſe habere delirant:in quo ſe quia poſſe argui nō putabāt: liberū ſibi crediderunt eſſe mentiri.Nos autem:quos diuinæ litteræ ad ſcientiam ueritatis erudiunt : principium mundi fineq̄ cognouimus:de quo nunc in fine operis diſſeremus:quoniā de principio in ſecundo libro explicauimus.Sciant igiť philoſophi:qui ab exordio mūdi ſæculorū milia enumerāt : nondū ſextū milleſimū annū eſſe cōcluſum:quo numero expleto conſūmationē fieri neceſſe eſſe:& humanarū rerū ſtatū in melius reformari:cuius rei argumentū:prius ē enarrādū:ut ratio eluceſcat.Mūdū deus & hoc rerū naturæ admirabile opus(ſicut arcanis ſacræ ſcripturæ cōtineť)ſex dierū ſpatio conſūmauit:dieq̄ ſeptimum quo ab operibus requieuit:ſanxit. Hic eſt autem dies ſabbati : qui in lingua hebræorum a numero nomen accepit:unde ſeptenarius numerus legittimus & plenus eſt.Nam & dies ſeptē ſunt : quibus p uicem reuolutis:orbes conficiunť annoꝝ:& ſeptem ſtællæ quæ nō occidūt: & ſeptem ſidera quæ uocanť errātia:quoꝝ diſpares curſus & īæquales motus rerum ac temporꝝ uarietates efficere crediť.Ergo quoniā ſex diebus cūcta dei opa pfuncta ſunt:p ſæcula ſex annoꝝ:ideſt ſex milia manere in hoc ſtatu mundum neceſſe ē. Dies enim magnus dei mille annoꝝ circulo terminať:ſicut indicat ꝓpheta dicens.Ante oculos tuos domine mille anni tanq̄ dies unus.Et ſicut deus ſex illos dies in tantis rebus faciendis laborauit:ita & religio eius & ueritas in his ſex milibus annoꝝ laborare neceſſe eſt:malitia præualente ac dominante.Et rurſus quoniā pfectis opibus requieuit die ſeptimo:eūq̄ benedixit:neceſſe eſt ut in fine ſexti milleſimi anni malitia omnis aboleať e terra: & regnet p annos mille iuſtitia:ſitq̄ tranquillitas & requies a laboribus:quos mundus iam diu pfert.Verū quatenus id eueniat: explicabo ſuo ordine.Sæpe diximus minora & exigua magnoꝝ figuras & præmōſtrationes eſſe:& hunc diem noſtrū:q ortu ſolis & occaſu finiť:diei magni ſpeciē gerere:quem circuitus annorum mille determinat.Eodem modo etiā figuratio terreni hominis cæleſtis populi præferebat in poſterum fictionem.Nam ſicut perfectis omnibus quæ in uſum hominis molitus eſt deus ipm̄ hominem ſexto die ultimum fecit:eumq̄ induxit in hunc mundum tanq̄ in domum iam diligenter inſtructam.Ita nūc ſexto die magno uerus homo uerbo dei fingiť:ideſt ſanctus populus doctrina & præceptis dei ad iuſtitiam figurať. Et ſicut tunc mortalis atq̄ imperfectus e terra fictus eſt.ut mille annis in hoc mundo uiueret ita nūc ex hoc terreſtri ſæculo fingiť homo perfectus:ut uiuificatus a deo in hoc eodem mundo p annos mille domineť. Quomodo autem conſūmatio futura ſit:& qualis exitus humanis rebus impendeat:ſi quis diuinas lr̄as fuerit ſcrutatus inueniet.Sed & ſæcularium prophetarum congruentes cum cæleſtibus uoces:finem rerum & occaſum poſt breue tempus annunciant:deſcribentes quaſi fatigati & dilabentis mundi ultimam ſenectutem.Quæ uero a prophetis & uatibus futura eſſe dicanť prius q̄ ſuperueniat extrema illa concluſio:collecta ex omnibus & coaceruata ſubnectam.

Plato

Erratum primum

Quod ſubmerſio Pharaonis & Aegyptiorum & liberatio Hebræorum de ſeruitute Aegypti præfigura uit liberationem electorum & reprobationem damnatorum:quæ futura eſt in fine mūdi. Et q̄ ſigna mul ta ſicut illam ita & hanc præcedent liberationem. Et q̄ Romanum imperium ante delebit̄. Et q̄ in Aſiam ſumma ptās oīum reuertet̄. Et quibus ætatum gradibus Roma creuerit & deficiat. cap. XV.

ESt in arcanis ſanctaꝝ lr̄arum tranſcendiſſe in Aegyptum cogente inopia rei frumentariæ princi pem Hebræorum cum omni domo & cognatione. Cuius & poſteri cum diutius in Aegypto cō morantes in magnam gentem creuiſſent & graui atq̄ intolerabili ſeruitutis iugo premerent̄: percuſſit Aegyptum deus inſanabili plaga:& populum ſuum liberauit traductum medio mari diſciſſis fluctibus:& in utranq̄ partem dimotis:ut per ſiccum populus graderet̄. Conatuſq̄ rex Aegyptiorum ꝓfugos inſequi:coeunte in ſtatū ſuū pelago:cum oībus copiis intercæptus ē. Qđ facinus tā clarū tamq̄ mirabile:q̄uis ad præſens uirtutē dei hoībus oſtēderet:tamē præfiguratio & figura maioris rei fuit:quā deus idem in extrema tēporis conſumatione facturus eſt. Liberauit enim plebē ſuā de graui ſeruitu te mundi. Sed quoniā tunc una plebs dei & apud unam gentē fuit. Aegyptus tunc ſola pcuſſa eſt. Nūc aūt q̄a dei populus ex oībus linguis congregatus:apud omnes gētes cōmorat̄:& ab his dominat̄ & premit̄: neceſ ſe eſt uniuerſas nationes.i.orbem totū cæleſtibus plagis uerberari:ut iuſtus & cultor dei populus liberet̄. Et ſicut tunc ſigna facta ſunt:quibus futura clades Aegyptiis oſtēderetur:ita in ultimo fient prodigia miranda per omnia elementa mundi:quibus imminēs exitus uniuerſis gentibus intelligatur. Propinquante igitur huius ſæculi termino:humanarum rerum ſtatum commutari neceſſe eſt:& in deterius nequitia inualeſcē te prolabi: ut iam noſtra hæc tempora quibus iniquitas & malitia uſque ad ſummum gradum creuit. In illius tamen inſanabilis mali comparatione fœlicia & prope aurea poſſint iudicari. Itaque &enim iuſticia rareſcet: ita impietas: & auaritia: & cupiditas: & libido crebreſcet: ut ſi qui tum forte fuerint boni: prædæ ſint ſceleratis ac diuexentur undique ab iniuſtis. ſoli autem mali opulenti ſint. Boni uero in omnibus con tumeliis atq̄ in egeſtate iactētur. Confundetur omne ius:& leges interibunt. Nihil tunc quiſpiam habebit: niſi aut male quæſitū:aut defenſum manu:audacia & ui omnia poſſidebūt. Non fides in hominibus:nō pax non humanitas:non pudor:non ueritas erit. Atq̄ ita neq̄ ſecuritas:neq̄ regimen:neq̄ requies a malis ulla. Omnis enim terra tumultuabitur:frement undiq̄ bella:omnes gentes in armis erunt: & ſe inuicem oppu gnabunt. Ciuitates finitimæ inter ſe præliabunt̄. Et prima omniū Aegyptus ſtultarum ſuperſtitionum luet pœnas:& ſanguine uelut flumine operiet̄. Tunc peragrabit gladius orbem metēs omnia:& tanquā meſſem cūcta proſternēs. Cuius uaſtitatis & cōfuſionis hæc erit cauſa:q̄ Romanū nomē quo nunc regit̄ orbis:hor ret animus dicere:ſed dicā:quia futurū eſt:tollet̄ de terra:& imperiū in Aſiam reuertet̄:ac rurſus oriens do minabit̄:atq̄ occidēs ſeruiet. Nec mirū cuiq̄ debet uideri:ſi regnū tanta mole frundatū: ac tam diu per tot & tales uiros auctū:tantis deniq̄ opibus cōfirmatū:aliquādo tamē corruet. Nihil eſt humanis uiribus labo ratū:quod nō ab humanis æque uiribus deſtrui poſſit. Quoniā mortalia ſūt opera mortaliū. Sic & alia pri us regna:cū diutius floruiſſent:nihilominus tamē occiderūt. Nā Aegyptios:& Perſas:& Græcos: & Aſſyri os proditū eſt regimē habuiſſe terrarū:quibus omnibus deſtructis ad Romanos: quoq̄ rerū ſūma ꝑuenit. Qui quāto cæteris omnibus regnis anteſtant:tāto maiore decidēt lapſu:q̄a plus habent ponderis ad ruinā: quæ ſunt cæteris altiora. Nō inſcite Seneca Romanæ urbis tēpora diſtribuit per ætates. Primā enī dixit īfan tiam ſub rege Romulo fuiſſe:a quo & genita:& quaſi educata ſit roma. Deinde pueritiā ſub cæteris regibus a q̄bus & aucta ſit:& diſciplinis pluribus inſtitutiſq̄ formata. At uero Tarquinio regnāte cū iam quaſi adul ta eē cœpiſſet:ſeruitiū nō tuliſſe:& reiecto ſupbæ dominatiōis iugo: maluiſſe legibus obtēperare q̄ regibus. Cumq̄ eſſet adoleſcentia eius fine punici belli terminata: tū deniq̄ cōfirmatis uiribus cœpiſſe iuueneſcere. Sublata igit̄ Carthagine:quæ diu æmula imperii romani fuit:manus ſuas in totū orbem terra mariq̄ por rexit:donec regibus cunctis & nationibus ſubiugatis:cū iam bellorū materia deficeret:uiribus ſuis male ute retur:q̄bus ſe ipſa confecit. Hæc fuit prima eius ſenectus:cū bellis lacerata ciuilibus:atq̄ inteſtino malo ꝓſſa: rurſus ad regimē ſingularis imperii recidit:quaſi ad alterā infantiā reuoluta. Amiſſa enī libertate: quā Bru to duce & auctore defenderat:ita cōſenuit tanq̄ ſuſtētare ſeipſam nō ualeret: niſi āminiculo regētiū niteret̄. Quod ſi hæc ita ſunt:quid reſtat niſi ut ſequat̄ interitus ſenectutē? Et id futurū breui cōciones prophetarū denunciāt ſub ambage aliorū nominū:ne facile q̄s intelligat. Sibyllæ tamē aperte interiturā eſſe romam lo quunt̄:& quidē iudicio dei:q̄ nomē eius habuerit inuiſum:& inimica iuſtitiæ alūnū ueritatis populū truci darit. Hydaſpes quoq̄ qui fuit Medorū rex antiquiſſimus:a quo amnis quoq̄ nomē accepit:qui nunc Hy daſpes dicit̄:admirabilis omniū ſub īterprætatione uaticinātis pueri ad memoriā poſteris tradidit ſublatū iri ex orbe imperium nomēq̄ romanū multo ante præfatus eſt q̄ illa Troiana gens conderetur.

Erratum primum

Erratum ſecundum

Seneca

Hydaſpes rex

Quō īperii uētura ſit deſtructio:& q̄ illi ſigna ꝓceſſura ſint ſcđm uaticinia ꝓphetaꝝ & Sibyllæ. Cap. XVI.

QVomodo autem id futurum ſit:nequis incredibile arbitretur:oſtendam. In primis multiplicabi tur regnum:& ſumma rerum poteſtas per plurimos diſſipata & conciſa minuetur. Tunc diſcor diæ ciuiles in perpetuum ſerentur: nec ulla requies bellis exitialibus erit: donec & reges decem pariter exiſtant:qui orbem terræ non ad regendum ſed ad conſumandum partiātur. Hi exerciti bus in immenſum auctis:& agrorum cultibus deſtitutis:quod eſt principium euerſionis & cla dis diſperdent omnia: & comminuent: & uorabunt. Tunc repente aduerſus eos hoſtis potentiſſimus ab extremis finibus plagæ ſeptentrionalis orietur: qui tribus ex eo numero deletis: qui tunc Aſiam obtine bunt:aſſumetur in ſocietatem a cæteris:ac princeps omnium conſtituetur. Hic inſuſtentabili dominatio ne uexabit orbem: diuina & humana miſcebit: infanda dictu & execrabilia molietur: noua conſilia in pe ctore ſuo uolutabit: ut propriū ſibi cōſtituat īperiū & leges commutabit & ſuas ſanciet:contaminabit:diri

piet:ſpoliabit:occidet:Deniqꝫ imutato nomine atqꝫ imperii ſede tranſlata:confuſio ac perturbatio humani
generis cõſequetur.Tam uero deteſtabile atqꝫ abominãdum tempus exiſtet:ꝙ nulli hominũ ſit uita iucun/
da.Euertent̃ funditus ciuitates:atqꝫ iteribũt:nõ modo ferro atqꝫ igni.uerũ etiã terræmotibus aſſiduis:& elu
uie aquarũ: & morbis frequẽtibus:& fame crebra.Aer eni uitiabit̃:& corruptus ac peſtilẽs fiet: & modo i/
portunis hymbribus:modo iutili ſiccitate:nunc frigoribus:nũc æſtibus nimiis:nec terra homini dabit fru/
ctum:nec ſeges quicq̃:nõ arbor:nõ uitis feret.Sed cũ in florem ſpem maximam dederint:in fruge decipient.
Fontes quoqꝫ cũ fluminibus areſcent:ut ne potus quidẽ ſuppetat:& aquæ in ſanguinẽ aut amaritudinẽ mu/
tabunt̃.Propter hæc deficient & in terra quadrupedes:& in aere uolucres: & in mari piſces. Prodigia quoqꝫ
in cælo mirabilia mentes hominũ maximo terrore confundent.Et crines cometarũ:& ſolis tenebræ:& co/
lor lunæ:& cadentiũ ſyderum lapſus.Nec tamen hæc uſitatõ modo fient:ſed exiſtent ſubito ignota & inuiſa
oculis aſtra:ſol in perpetuũ fuſcabitur:ut uix inter noctem dieqꝫ diſcernat.Luna iam non tribus deficiet ho/
ris:ſed perpetuo ſanguine obfuſa:meatus extraordinarios peraget:ut nõ ſit homini promptũ aut ſyderum
curſus:aut rationẽ tẽporum agnoſcere.Fiet eni uel æſtas in hyeme:uel hyems in æſtate.Tũc annus breuiabi
tur:& menſis minuet̃:& dies in anguſtum coartabitur.Stellæ uero creberrimæ cadent:ut cælum omne cæ
cum ſine ullis luminibus appareat.Montes quoqꝫ altiſſimi decident: & planis æquabunt̃:mare inauigabile
conſtituetur.At nequid malis hominũ terræqꝫ deſit:audietur de cælo tuba:quod hoc modo Sibylla denun
ciat dicẽs:σαλπιγξ γαρ ουρανοθεν φωνην πολυθρηνον αφησει.i.tuba de cælo uocem luctuoſam emittet.
Itaqꝫ trepidabunt omnes:& ad luctuoſum illum ſonitũ contremiſcent.Tunc uero per iram domini aduer/
ſus homines:qui iuſtitiam dei nõ agnouerunt:ſæuiet ferrum.ignis.fames.morbus. Et ſuper omnia metus
ſemper impẽdens:tunc orabũt deũ & nõ exaudiet:optabit̃ mors & non ueniet.Nec nox quidẽ requiẽ timo
ri dabit:nec ad oculos ſomnus accedet.Sed animas hominũ ſollicitudo ac uigilia macerabit:plorabũt & ge/
ment:& dentibus ſtridebũt:gratulabunt̃ mortuis & uiuos plangent.His & aliis plurimis malis ſolitudo fi/
et in terra:& erit deformatus orbis atqꝫ deſertus: quod in carminibus ſibyllinis ita dicitur: εσ ταικοσ μοσ
ακοσ μοσ απολλυμενον ανθρωπων:ideſt erit mũdus imundus pereuntibus hoibus. Ita enim cõficietur
humanũ genus:ut uix decima pars hominũ relinquatur:& unde mille proceſſerant:uix prodient centũ.De
cultoribus etiam dei duæ partes interibunt:& tertia quæ fuerit probata:remanebit.

De aduentu magni prophetæ:qui Helias dicit̃:& quomodo interficiet̃ ab antichriſto:& reſurget die ter/
tia & aſcendet in cælũ:& de pſecutione eccleſiæ quã inferet antichriſtus:& de miraculis eius. Cap. XVII.

SEd planius quõ id eueniat:exponã.Imminente iam temporũ cõcluſione:propheta magnus mit/
tetur a deo:qui cõuertat hoies ad dei agnitionẽ:& accipiat poteſtatẽ mirabilia faciendi.Vbicunqꝫ
non audierint eum homines.claudet cælũ:& abſtinebit hymbres:& aquã conuertet in ſanguinẽ
& cruciabit illos ſiti ac fame.Et quicũqꝫ conabitur eum lædere:procedit ignis de ore eius: atqꝫ cõ
buret illum.His prodigiis atqꝫ uirtutibus cõuertet multos ad dei cultũ: peractiſqꝫ operibus eius
alter rex orietur ex Syria malo ſpiritu genitus:euerſor ac ꝑditor generis humani:qui reliquias illius prioris
mali cum ipſo ſimul deleat.Hic pugnabit aduerſus prophetã dei:& uincet:& interficiet eũ:& inſepultũ iace
re patietur.Sed poſt diem tertiũ reuiuiſcet:atqꝫ inſpectãtibus & mirantibus cunctis rapiet̃ in cælũ. Rex ue
ro ille deterrimus erit quidem & ipſe:ſed mendaciorũ propheta:& ſeipſum conſtituet ac uocabit deum: &
ſe coli iubebit ut dei filium.Et dabit̃ ei poteſtas:ut faciat ſigna & prodigia:quibus uiſis irretiat hoies ut ado
rent eum.Iubebit ignem deſcendere de cælo:& ſolem a ſuis curſibus ſtare:& imaginẽ loqui:& fient hec ſub
uerbo eius:quibus miraculis etiã ſapientiũ plurimi allicientur ab eo.Tunc eruere dei templũ conabit̃: & iu/
ſtum populũ perſequet̃:& erit preſſura & contritio:qualis nunq̃ fuit a principio mundi. Quicunqꝫ credide
rint atqꝫ acceſſerint ei:ſignabuntur ab eo tanq̃ pecudes.Qui autem recuſauerint notam eius: aut in montes
fugient:aut compræhenſi exquiſitis cruciatibus necabuntur.Idem iuſtos hoies obuoluet libris ꝓphetaꝝ at
qꝫ ita cremabit:& dabitur ei deſolare orbem terræ mẽſibus.xlii.Id erit tempus quo iuſticia ꝓiicietur:& ino/
centia odio erit:quo mali bonos hoſtiliter prædabunt̃.Non lex aut ordo:aut militiæ diſciplina ſeruabitur.
Non canos quiſq̃ reuerebitur.Non officium pietatis agnoſcet.Non ſexus aut infantiæ miſerebitur. Confun
dent̃ oia.& miſcebuntur cõtra fas:contra iura naturæ.Ita quaſi uno cõmuni grauiqꝫ latrocinio terra uniuer
ſa uaſtabit̃.Cũ hæc ita erunt: tunc iuſti & ſectatores ueritatis ſegregabũt ſe a malis:& fugiẽt in ſolitudines.
Quo audito ipius rex iflãmatus ira ueniet cũ exercitu magno:& admotis oibus copiis circundabit mõtem
in quo iuſti morabunt̃:ut eos cõpræhẽdat.Illi uero ubi ſe clauſos undiqꝫ atqꝫ obſeſſos uiderint:exclamabũt
ad deum uoce magna: & auxilium cæleſte implorabunt:& exaudiet eos deus: & mittet regẽ magnũ de cæ/
lo:qui eos eripiat & liberet:omneſqꝫ impios ferro igniqꝫ diſperdat.

Quomodo hæc pronunciata ſint & uaticiniis prophetarum: & oraculis gentilium uatum: & uerſibus
Sibyllinis. Cap. XVIII.

HAec ita futura eſſe tum ꝓphetæ oẽs ex dei ſpiritu:tum etiã uates ex iſtinctu dæmonũ cecinerunt:
Hydaſpes Hydaſpes.n.quem ſupius nomiaui:deſcripta iniquitate ſæculi huius extremi pios ac fideles a no
centibus ſegregatos:ait cũ fletu & gemitu extenſuros eẽ ad cælũ manus:& imploraturos fidẽ Io/
uis:Iouem reſpectuꝝ ad terram:& auditurũ uoces hoium:atqꝫ ipios extincturũ. Quæ omnia ue
ra ſunt:præter unum ꝙ Iouẽ dixit illa factuꝝ:quæ deus faciet.Sed & illud nõ ſine dæmonũ frau/
de ſubtractũ ẽ.Miſſum iri tunc a pr̃e filiũ dei:qui deletis oibus malis:pios liberet: qđ Hermes tamẽ non diſ
ſimulauit.In eo.n.libro q̃ λογοσ τελοσ iſcribit̃:poſt enumerationẽ maloꝝ de q̃bus diximus: ſubiecit hæc
græco ſermõe:επαν δη ταυτα ωδε γενηται ασκληπιε τοτε ο κυριοσ και πατηρ και θεοσ και του πρωτου
και γενοσ θε ου δημιουργοσ επιβλεψασ τοισ γενομενοισ και την εαυτου βουλησιν τουτεστι το αγα/

ὀν ἀντερείσας τῇ ἀταξίᾳ. καὶ ἀνακαλεσάμενος τὴν πλάνην καὶ τὴν κακίαν καθήρας πῆ μὲν ὕδατι πολλῷ καταλύσας πῆ δὲ πυρὶ ὀξυτάτῳ διακαύσας ἐνίοτε δὲ πολέμοις καὶ λοιμοῖς ἐκπαίσας ἤγαγεν ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀπεκατέστησε τὸν ἑαυτοῦ κόσμον. Ideſt cum hæc ita facta fuerint o Aſclepi: tunc dominus:& pater:& deus:& primi:& unius dei creator reſpiciẽs quæ facta ſunt:& ſuam uoluntatem in huiuſmodi bonum opponens temeritati & errorem reuocás:malitiam purgabit. Partim quidem aqua nimia diſſoluens:partim igne rapido cremans:interdum bellis ac peſtilentiis percutiens ad ſtatum priſtinum perduxit:ſuumq́ reſtituit mundum. Sibyllæ quoq́ nos aliter fore oſtendunt:q̃ ut dei filius a ſummo patre mittatur:qui & iuſtos liberet de manibus impiorum:& iniuſtos cum tyránis ſæuientibus deleat: e quibus una ſit tradidit. ἥξει καὶ μακάρων ἐθέλων πόλιν ἐξαλαπάξαι καὶ κέν τις θεόθεν βασιλεὺς πεμφθεὶς ἐπὶ δ' ἰόν πάντας ὀλεῖ βασιλεῖς μεγάλους καὶ φῶτας ἀρίστους εἶθ' οὕτως κρινεῖται ὑπ' ἀφθίτου τοῦ ἀντροποισι. Ideſt ueniet & beatorum uolés urbem expugnare:& quidam a deo miſſus rex ad ſuos omnes perdet reges magnos & uiros optimos ſic iudicabitur ab ĩmortalibus hominibus. Item alia Sibylla: τοτὲ ξ ἠελίοι θεὸς πέμψει βασίλαιος πᾶσαν γαῖαν παίσει ἔπωθό λεμοιο κακοῖο. Tunc ex ſole deus mittet regem q̃ omnem terram placabit a bello malo. Et rurſus alia. ἡμεθέρας θεξυγὸν δουλείας δυσ βασθάκρον ἐπὶ αὐκερὶ κείμενον ἀρεῖ καὶ θέσ μους ἀθέους λύσει δεσ μούς θεβιαους. Ideſt iugum noſtræ ſeruitutis ĩtolerabile in collo poſitum tollet:& leges impias ſoluet:uinculaq́ uiolentia.

Quomodo Chriſtus & quibus ſignis præcedentibus deſcendet de cælo:ut interficiat Antichriſtum:& tyrannos:& impios deleat de terra. Et q̃ uigiliæ nocturnæ chriſtianorum ideo ĩſtitutæ ſunt: q̃ Chriſtus de nocte uéturus ẽ. Et q̃ dii & cultores eorum dabunt̃ incẽdio:ut Sibylla prædixit. Cap. XIX.

Ppreſſo igitur orbe terre: cum ad deſtruendam ĩmenſarum uirium tyrannidem humanæ opes defecerint:ſiquidem capto mundo cum magnis latronũ exercitibus incubabit:diuino auxilio tãta illa calamitas indigebit: Commotus igitur deus:& ancipiti periculo: & miſeranda comploratione iuſtorum mittet protinus liberatorem. Tunc aperietur cælum medium intempeſta nocte & tenebroſa:ut in orbe toto lumen deſcendentis dei tanq̃ fulgor appareat:quod Sibylla his uerſibus locuta eſt. ὁπόταν ἔλθῃ πῦρ ἔσαι σκότος ἐν μέσῃ νυκτὶ μελαίν. Ideſt cum uenerit ignis: erunt tenebræ in media nocte obſcura. Hæc eſt nox:quæ a nobis propter aduentum regis ac dei noſtri peruigil celebratur: cuius noctis duplex eſt ratio:q̃ in ea & uitam tum recepit cum paſſus eſt: & poſtea orbis terræ regnũ recæpturus eſt. Hic eſt enim liberator & iudex:& ultor: & rex:& deus:quem nos Chriſtum uocamus:qui prius q̃ deſcẽdat hoc ſignũ dabit. Cadet repẽte gladius e cælo: ut ſciant iuſti ducẽ ſanctæ militiæ deſcenſurũ & deſcendet comitantibus angelis in mediũ terræ:& præcedet eum flãma inextinguibilis:& uirtus angelorũ tradet in manus iuſtorum multitudinem illam:quæ montẽ circunſederit:& concidetur ab hora tertia uſq́ ad ueſperum:& fluet ſanguis more torrentis:deletiſq́ omnibus copiis: impius ſolus effugiet: & peribit ab eo uirtus ſua. Hic eſt autem qui appellatur Antichriſtus:ſed ſe ipſe Chriſtum mentietur: & contra uerum dimicabit:& uictus effugiet:& bellum ſæpe renouabit:& ſæpe uincetur:donec quarto prælio confectis omnibus impiis debellatus & captus tandem ſcelerum ſuorũ luet pœnas. Sed & cæteri principes & tyranni: qui contriuerunt orbem:ſimul cum eo uincti adducentur ad regem: & ĩcrepabit eos & coarguet. Ex exprobrabit his facinora ipſorum:& damnabit eos ac meritis cruciatibus tradet. Sic extincta malitia & impietate cõpreſſa:requieſcet orbis:qui per tot ſæcula ſubiectus errori ac ſceleri:nefandã pertulit ſeruitutem. Non colentur ulterius dii manu facti:ſed a templis & puluinaribus ſuis deturbata ſimulacra igni dabuntur. Et cũ donis ſuis mirabilibus ardebunt:quod etiam Sibylla cum prophetis congruens futurum eſſe prædixit: τρίψουσι δὲ εἴδωλα βροτοὶ καὶ πλοῦτον ἅπαντα. Ideſt cõterent autem ſimulacra homines & diuitias oẽs. Erythrea quoq́ idem ſpopondit. ἔργα δὲ χειροποίητα θεῶν συνεκκαύσονται. Ideſt opera autem deorum humanis manibus facta exurentur.

Quomodo aperientur inferi:& reſurgent mortui. Et qui iudicandi ſunt: & qui non. Et quomodo hæc Sibylla prædixerit. Et qua ratione anima cũ ĩmortalis ſit:patibilis eſſe poſſit ſecundũ ſtoicos. Cap. XX.

Oſt hæc aperientur inferi:& reſurgent mortui:de quibus iudiciũ magnũ ipſe idẽ rex ac deus faciet:cui ſũmus pater & iudicãdi & regnãdi dabit maximã poteſtatẽ: de quo iudicio ac regno apud Erythræam Sibyllam ſic inuenit̃ in græco eloquio. ὁπότε δὲ καὶ τὸ λάβῃ τέλος αἴσιμον. ἁδὲ βροτοῖσιν ἀφίξηται δὴ κρίσις ἀθανάτοιο θεοῖο ἥξει ἐπ' ἀνθρώπους μεγάλη κρίσις ἠδὲ καὶ ἀρχή. Ideſt cũ autẽ dies iſte finẽ fatalẽ acceperit:& ad mortales iudiciũ ĩmortalis dei uenerit: ueniet ſup hoĩes magnũ iudiciũ & initium. Deinde apud aliã: τάρταρεον δὲ χάος τότε δείξει. γαῖα χανοῦσα. ἥξουσι δ' ἐπὶ βῆμα θεοῦ βασιλῆος ἅπαντες. Ideſt tartareum autẽ chaos tunc oſtendet dehiſcẽs terra. Venient autẽ ad tribunal dei res omnes. Et alio loco penes eandem: οὐρανὸν ἑλίξων γαίης κευθμῶνας ἀνοίξω καὶ τότε ἀναστήσω νεκροὺς μοῖραν ἀναλύσας. καὶ θανάτου κέντρον. καὶ ὕστερον εἰς κρίσιν ἄξω κρίνων εὐσεβέων καὶ δυσσεβέων βίον ἀνδρῶν. Ideſt cælũ uoluens terræ latebras aperiam: & tunc leuabo mortuos: fatum ſoluens: & ſtimulum mortis: poſteaque in iudicium ducam iudicans piorum atquæ impiorum uitã uirorum. Nec tamen uniuerſi tunc a deo iudicabuntur:ſed hi tantum:qui ſunt in dei religionẽ uerſati. Nam qui deum non agnouerunt: quoniam ſententia de his in abſolutionem ferri non poteſt: iam iudicati damnatique ſunt: ſanctis litteris conteſtantibus non reſurrecturos eſſe impios ad iudicium. Iudicabuntur ergo qui deum ſcierunt: & facinora eorum in mala opera cum bonis collata pondera

Erratum primum
Erratum ſecundum

buntur ut plura & grauia fuerint bona iuſtaque:dentur ad uitam beatam.Si autem mala ſuperauerint con/
demnentur ad pœnā.Hic fortaſſe dixerit quiſpiam.Si eſt immortalis anima quomodo paſſibilis inducitur
ac pœnam ſentiens? Si enim ob merita punietur : ſentiet utiq; dolorem:atq; ita etiam mortem.Si morti nō
eſt obnoxia:nec dolori quidem.Patibilis ergo non eſt.Huic quæſtioni ſiue argumento ita a ſtoicis occurri/
tur.Animas quidem hominum permanere : nec interuentu mortis in nihilum reſolui : ſed eorum qui iu/
ſti fuerunt : puras & impatibiles : & beatas ad ſedem cæleſtem:unde illis origo eſt : remeare:uel in campos
quoſdam fortunatos rapi : ubi fruantur miris uoluptatibus.Impios uero : quoniam ſe malis cupiditatibus
inquinauerunt:mediam quādam gerere inter immortalem mortaléq; naturā : & habere aliquid imbecilli/
tatis ex contagione carnis:cuius deſideriis ac libidinibus additæ: ineluibilem quēdam phucum trahant la/
bemq; terrenam.Quæ cum temporis diuturnitate penitus inhæſerit: eius naturæ reddi animas : ut ſi non
extinguibiles in totum quoniam ex deo ſunt:tamē cruciabiles fiant per corporis maculam: quæ peccatis iu
xta ſenſum doloris attribuit.Quam ſententiam poeta ſic explicauit.Quin & ſupremo cum lumine uita re/
liquit : Non tamen omne malum miſeris : nec funditus omnes Corporeæ excedunt peſtes:penituſq; neceſ
ſe eſt Multa diu concreta modis inoleſcere miris. Ergo exercentur pœnis : ueterumq; malorum Suppli/
cia expendunt.Hæc propemodum uera ſunt.Anima enim cum diuortium fecit a corpore : eſt(ut idem ait
poeta) Par leuibus uentis : uolucriq; ſimillima ſomno . Quia ſpiritus eſt & ipſa tenuitate incomprehenſi/
bilis:ſed nobis qui ſumus corporales.Deo autem cui ſubeſt poſſe omnia compræhenſibilis.

De potētia dei quæ pro merito cuiuſq; poteſt & homines & angelos punire. De carnis īmortalitate poſt
reſurrectionē.De differētia ignis gehēnalis & ignis cōis.Et qd in electis:& qd in reprobis opet̄. Cap. XXI.

PRimū igitur dicimus tantam eſſe dei poteſtatem:ut etiam īcorporalia cōprehēdat:& quēadmo/
dum uoluerit afficiat.Nā & angeli deum metuūt. quia caſtigari ab eo poſſunt inenarrabili quo
dā modo.Et dæmones reformidāt.qa torquētur ab eo:& puniuntur. Quid ergo mirū: ſi cū ſint
īmortales animæ:tamē patibiles ſint deo? Nā cum in ſe nihil habeāt ſolidū & contrectabile a ſoli
dis & corporalibus nullam uim pati poſſunt:ſed quia in ſolis ſpiritibus uiuūt a ſolo deo tractabi
les ſunt:cui uirtus & ſubſtantia ſpiritalis eſt.Sed tamē docēt nos ſanctæ litteræ quēadmodum pœnas impii
ſint laturi.Nā quia peccata in corporibus cōtraxerunt:rurſus carne īduentur:ut in corporibus piaculum ſol
uant:& tamē non erit caro illa quā deus homini ſuperiecerit.huic terenæ ſimilis:ſed īſolubilis ac ꝑmanens
ī æternū: ut ſufficere poſſit cruciatibus : & igni ſempiterno:cuius natura diuerſa ē ab hoc noſtro: quo ad ui/
tæ neceſſaria utimur:qui niſi alicuius materie fomite alatur extīguitur. At ille diuinus per ſeipm̄ ſemper ui
uit:ac uiget ſine ullis alimētis: nec admixtū habet fumū: ſed eſt purus ac liquidus: & in aque modū fluidus
Non.n.ui aliq̄ ſurſum uerſus urget̄:ſicut noſter:quē labes terreni corporis quo tenet̄:& fumus ītermixtus
exilire cogit:& ad cæleſtē naturam cū trepidatione mobili ſubuolare.Idē igitur diuinus ignis una eademq;
ui atq; potentia & cremabit impios:& recreabit:& quantum e corporibus abſumet:tantum reponet:ac ſibi
ipſe æternum pabulum ſubminiſtrabit: quod poetæ in uulturē Tytii tranſtulerunt.ita ſine ullo reuiuiſcen
tium corporū detrimento:aduret tantum:ac ſenſum doloris afficiet.Sed & iuſtos cum iudicauerit deus:eti
am igni eos examinabit. Tum quorum peccata uel pondere uel numero præualuerint : perſtringētur igni
Erratum atq; comburētur. Quos autem plena iuſtitia & maturitas uirtutis incoxerit : ignem illū non ſentient. Ha/
primum bent enim aliquid in ſe dei quod uim flammæ repellat ac reiiciat.Tanta uis eſt innocentiæ: ut ab ea ignis il/
le refugiat innoxius:qui accipit a deo hanc poteſtatem:ut impios urat : iuſtis obtemperet. Nec tamen quiſ/
Erratum quā putet animas poſt mortem protinus iudicari.Nam omnis in una cōmuniq; cuſtodia detinentur : do/
ſecundū nec tempus adueniat : quo maximus iudex meritorum faciat examen. Tum quorum fuerit probata iuſti/
tia:hi præmium immortalitatis accipient.Quorum autem peccata & ſcelera detecta non reſurgent : ſed cū
impiis in eaſdem tenebras recondentur ad certa ſupplicia deſtinati.

Quod hæc a quibuſdam dicunt̄ eſſe poetica:& unde ad notitiam uenerint poetarum: & quibus de cau/
ſis corruperint ueritatem.Et lethæum amnem & alia phantaſtica induxerint. Cap. XXII.

FIgmenta hæc poetarum quidam putant ignorantes unde illa poetæ acceperint:ac negant hæc fie
ri poſſe:nec mirum ita illis uideri.Aliter eni q̄ res habet:traditur a poetis:qui licet ſint multo an/
tiquiores q̄ hiſtorici & oratores & cætera genera ſcriptorum:tamen quia myſterium diuini ſa/
cramēti neſciebant:& ad eos mentio reſurrectionis futuræ obſcurorum ore peruenerat:eam ue/
ro temere ac leuitet auditam in modum cōmentitiæ fabulæ prodiderunt.Et tamen idem teſta/
ti ſunt:non auctorem ſe certum:ſed opinionem ſequi:ut Maro qui ait.Sit mihi fas audita loqui.Quāuis igi
tur ueritatis arcana in parte corruperint :tamen ipſa res eo uerior inuenitur:q; cum prophetis in parte con/
ſentiunt:quod nobis ad probationem rei ſatis eſt.Errori tamen eorum ſubeſt ratio nōnulla.Nam cum pro
phetæ aſſiduis concionibus prædicarent iudicaturum eſſe de mortuis filium dei: & hæc annunciatio nō la
teret:quoniā rectorem cæli nō alium putabāt q̄ Iouem:iudicare apud inferos Iouis filium tradiderunt. Sed
tamen nō Apollinem aut liberum:aut Mercurium:qui cæleſtes putantur:ſed deum qui & mortalis fuerit;
& iuſtus:uel Minoem:uel Aeacum:uel Rhadamanthum.Corruperunt igitur poetica licentia quod accepe
rant:uel opinio ueritatem per diuerſa ora ſermoneſque uarios diſſipata mutauit. Nam q; peractis apud in/
feros mille ānis:rurſus ad uitam reſtitui cecinerunt.Marone ita dicente. Has omnes ubi mille rotam uolue
re per ānos. Lethæū ad fluuiū deus euocat agmine magno: Scilicet īmemores ſupera ut cōuexa reuiſant.
Rurſus & īcipiāt in corpora uelle reuerti.Hæc eos rō fefellit:q; reſurgēt defuncti nō poſt mille ānos mortis
ſuæ:ſed ut reſtituti rurſus ī uita mille ānis cū deo regnēt.Deus.n.ueniet ut orbe hoc ab oī labe purgato: redi
uiuas iuſtoꝝ aīas corꝑibus īnouatis ſed ſēpiternā beatitudinē ſuſcitet.Itaq; ꝑter aquā obliuiōis uera ſūt cæ/

tera:quā iccirco finxerūt:neq; illi opponeret.Cur ergo nō meminerit ſe aliq̃do uixiſſe:aut q̃ fuerint:aut quæ geſſerint? Sed nihilominus tamē ueriſimile non putatur:& res tota uelut liceter & fabuloſe ficta reſpuitur. Nobis autem de reſurrectione affirmantibus atq; docentibus animas ad alteram uitam non oblitas ſui: ſed in eodē ſenſu ac figura eſſe redituras:illud opponitur.Tot iam ſæcula tranſierunt:quis unquā unus ab īfe/ris reſurrexit.ut exemplo eius fieri poſſe credamus? At enim reſurrectio fieri non poteſt dominante adhuc iniuſticia.Hoc enim in ſæculo necantur homines ui:ferro:inſidiis:uenenis:afficiuntur iniuriis:egeſtate:car/ceribus:tormentis:proſcriptionibus.Eo accidit q̃ iuſticia inuiſa eſt:q̃ omnes qui deum ſequi uolunt:nō tā/tum odio habentur:ſed uexantur omnibus contumeliis:& excruciantur multiplici genere pœnarum:& ad impios cultus manufactorum deorum non ratione aut ueritate:ſed nefanda corporum laceratione cogun/tur.Num igitur oportet ad hæc eadem reſurgere:ac reuerti homines ad uitam ī qua tuti eſſe nō poſſent? Cū ergo iuſti tam uiles habeantur:tam facile tollantur:quid putemus futurum fuiſſe: ſiquis ab inferis rediens uitam poſtliminio recepiſſet? Auferetur profecto ab oculis hominū:ne uiſo eo uel audito deos uniuerſi reli/querent: & ad unius ſe dei cultum religionēq; cōuerterent.Ergo ſemel fieri reſurrectionem neceſſe eſt cum malum fuerit ablatū: quoniā eos qui reſurrexerint:nec mori iā ulterius:nec uiolari ullo modo fas eſt:ut bea/tam poſſint agere uitam: quorū mors reſignata eſt.Poetæ uero cū ſcirent hoc ſæculum malis omnibus re/dundare:obliuionis amnē induxerunt ne laborū ac malorū memores animæ reuerti ad ſuperos recuſarent Vnde Virgilius. O pater an ne aliquas ad cælum hinc ire putandum eſt Sublimes animas: iterumq; ad tarda reuerti Corpora:quæ lucis miſeris tam dira cupido? Ignorabant enī quomodo aut quando id fie/ri oporteret. Itaq; renaſci eas putauerunt:& denuo ad uterum reuolui: atq; ad infantiam regredi. Vnde & Plato de aīa diſſerens:ex hoc ait poſſe cognoſci aīas eſſe imortales atq; diuinas : q̃ ī pueris mobilia ſunt īge/ Plato
nia:& ad percipiēdū facilia:q̃ ea quæ diſcāt:ita celeriter capiāt:uti nō tunc primū diſcere illa uideant: ſed re/cognoſcere atq; reminiſci:in quo uir ſapiēs poetis ineptiſſime credidit.

De reſurrectione:& q̃ Pythagoras & alii philoſophi inepte locuti ſunt:& de Anaſtaſi mentientes animas in uaria tranſire corpora. Cap. XXIII.

NOn igitur renaſcentur:quod fieri non poteſt:ſed reſurgent:& adeo corporibus induentur: & pri/oris uitæ factorūq; omnium memores erunt:& in bonis cæleſtibus collocate:ac fruentes iucun/ditate innumerabiliū copiarum præſenti deo gratias agent:q̃ malum omne deleuerit : q̃ eos ad regnum uitāq; perpetuā ſuſcitarit.Quæ de Anaſtaſi philoſophi quoq; dicere aliquid conati ſunt: tam corrupte q̃ poetæ.Nam Pythagoras tranſire animas in noua corpora diſputauit : ſed inepte: q̃ ex hominibus in pecudes:& ex pecudibus in hoīes:& ſeipſum ex Euphorbio eſſe reparatū.Melius Chry/ſippus:quem Cicero ait fulcire porticū ſtoicorum:qui in libris:quos de prouidentia ſcripſit:cum de innoua/tione mundi loqueretur:hæc intulit : τουτου δε ουτωσ εχοντοσ δηλον ωσ ουδεν αδυνατον και ημασ μετα το τελευτησαι παλιν περιοδων τινων ειλημμενων χρονον εισ ο νυν εσ μεν καταστηναι σχημα.i.q̃ cum ſit apparet nil eſſe impoſſibile:& nos poſt exceſſum noſtrū rurſus ſpatiis quibuſdā reuolutis temporū in hunc ſtatū reſtitui:in quo nūc eſſe uidemur. Sed nos ab humanis ad diuina redeamus.Sibylla iterū dicit. αλλ οποταν γαρ απαν μεροπων γενοσ αλλοταν ηδη κοσμου και θνητων ελθη κρισσιν θεοσ αυτοσ ποιησει κρινων ασεβεισ τε αμα ευσεβεασ τε και τοτε δυσσεβεασ μεν επι ζοφον εν πυρι πεμψει οσ/σοι δ ευσεβουσι παλιν ζησουσι επι γαιησ πνευμα θεου δοντοσ τιμην αμα και βιον αυτοισ : ideſt. Et enim difficile ad credendum omne hominū genus. Sed cum iam mūdi & mortaliū uenerit iudiciū : quod deus ipſe faciet iudicans pios ſimul & īpios ; tūc demū impios quidē in ignē & tenebras mittet.Qui autem pietatē tenēt:iterū uiuent in terra : ſpiritu dei ante honorē ſimul & uitā ipſis. Quod ſi nō modo ꝓphete ſed etiā uates:& poetæ:& philoſophi anaſtaſim mortuorū futurā eſſe conſentiunt:nemo quærat a nobis quēad modū fieri poſſit.Nec enī diuinorum operum poteſt reddi ratio.Sed ſi a principio deus hominē neſcio quo inenarrabili modo inſtituit : credamus ab eodē reſtitui ueterē poſſe:qui nouum fecit.

Quomodo ſecundū uaticinia Sibyllæ poſt iudiciū ꝑ mille annos regnabit in terra filius dei cū electis ſu/is in ſancta ciuitate:quā cōſtituet:& q̃ diabolus uinciet mille annis:& oīs creatura manſueſcet:& ad iucūdi/tatem ſeruiet homini:& q̃ Chriſtus ab oībus coletur:ut deus & dominus. Cap. XXIIII.

NVnc reliqua ſubnectā. Veniet igitur ſummi & maximi dei filius:ut uiuos ac mortuos iudicet.di/cēte Sibylla ſic: πασ ησ γαργαιησ τοτε θνητων συγχυσισ εσται αυτοσ οταν τοκρατωρ ο τανελθη βηματι κριναι ζωντων και νεκρων ψυχασ και κοσμον απαντα:ideſt. Totius enī ter/ræ mortalium confuſio tunc erit : & ipſe omnipotens cū uenerit in tribunali iudicare uiuorum mortuorūq; animas & mundū omnē. Verum ille cū deleuerit iniuſtitiā iudiciūq; maximū fece/rit:ac iuſtos qui a principio fuerunt:ad uitā reſtaurauerit:mille annis īter homines uerſabitur:eoſq; ſanctiſſi/mo imperio reget. Quod alibi Sibylla uaticinans fureſq; proclamat : κλυτε δε μου μεροπεσ βασιλευσ αιωνιοσ αρχει.ideſt.Audite me homines:rex ſempiternus dominabitur.Tunc qui erunt in corporibus ui/ui non morientur:ſed per eoſdem mille annos infinitam multitudinem generabunt:& erit ſoboles eorum ſancta & deo cara.Qui autem ab inferis ſuſcitabuntur:hi præerunt uiuentibus uelut iudices. Gentes uero nō extinguent oīno:ſed quædā relinquent in uictoriā dei:& triūphent a iuſtis ac ſubiungent ꝑpetuæ ſerui/tuti.Sub idē tēpus etiā princeps demonū:q eſt machinator omniū maloꝶ uinciet cathenis : & erit in cuſto/dia mille annis cæleſtis īperii:quo iuſtitia in orbe regnabit:neqd malū aduerſus populū dei moliat.Poſt cu/ius aduētū cōgregabunt iuſti ex oī terra pactoq; iudicio ciuitas ſancta cōſtituet in medio terræ:in qua ipſe conditor deus cum iuſtis dominantibus commoretur:quam ciuitatem Sibylla deſignat cum dicit:
και πολιν ην εποιησε θεοσ αυτην εποιησε λαμπροτεραν αστρων και ηλιου ηδε σεληνησ.

ideſt urbeq̃ quã fecit deus eã clariorẽ fecit aſtris:atq; ſole:lunaq;. Tunc auferent̃ a mũdo tenebræ illæ: q̃bus
offendit̃ atq; obcæcatur cælum:& luna claritudinem ſolis accipiet: nec minuetur ulterius. Sol autẽ ſepties
tanto q̃ nunc eſt:clarior fiet. Terra uero aperiet fœcunditatẽ ſuã:& uberrimas fruges ſua ſpõte generabit:ru/
pes montiũ melle ſudabunt:per riuos uina decurrẽt:& flumina lacte inundabũt. Mundus deniq; ipſe gaude
bit.& omnis rerũ natura lætabit̃:erepta & liberata dominio mali:& ĩpietatis:& ſceleris & erroris. Nõ beſtiæ
per hoc tẽpus ſanguine alent̃:nõ aues præda:ſed quieta & placida erũt oĩa:leones & uituli ad præſepe ſimul
ſtabunt:lupus ouẽ nõ rapiet:canis nõ uenabit̃: accipitres & aquilæ nõ nocebũt:infans cum ſerpẽtibus ludet.
Deniq; tunc fient illa:quæ poetæ aureis tẽporibus facta eſſe iam Saturno regnãte dixerũt. Quorũ error hinc
exortus eſt:q; ꝓphetæ futurorũ plæraq; ſic ꝓferunt & enunciãt:quaſi iam peracta. Viſiones enĩ diuino ſpiri/
tu offerebant̃ oculis eorũ:& uidebant̃ illa in cõſpectu ſuo quaſi fieri ac terminari. Quæ uaticinia eorũ cum
paulatim fama uulgaſſet:quoniã ꝓphani a ſacramẽto ignorabant quatenus dicerent̃:cõpleta iam eſſe uete/
ribus ſæculis illa oĩa putauerunt:quæ utiq; fieri cõplerią; nõ poterãt homine regnante. Cũ uero deletis reli/
gionibus impiis & ſcelere compreſſo: ſubiecta erit deo terra: Cedet & ipſe mari uector: nec nautica pinus
Mutabit merces:omnis feret omnia tellus. Non raſtros patietur humus:nõ uinea falcem Robuſtus quoq;
iam tauris iuga ſoluet arator. Tunc etiam molli flaueſcet campus ariſta:Incultiſq; rubens pẽdebit ſentibus
uua Et duræ quercus ſudabunt roſida mella Nec uarios diſcet mẽtiri lana colores. Ipſe ſed in pratis aries iã
ſuaue rubẽti Murice:iam croceo mutabit uellera luto. Sponte ſua ſandyx paſcentes ueſtiet agnos. Ipſe lacte
domũ referẽt diſtẽta capellæ Vbera: nec magnos metuẽt armẽta leones. Quæ poeta ſecũdũ cumeæ Sibyl/
læ carmina ꝓlocutus eſt. Erythæa uero ſic ait: οἱ δε λυκοι συναρνεσιν εν ὄυρεσ ινα μαγεεδονται χορ τον
παρδαλισ τεριφόισ αμα βοσκησ όη ται αρκτόι συνμοσχοισιν ὁμου και πόσι βροτοισι σαρκαβο/
ροσ τε λεων φαγεται αχυρον παρα φάτηαισ συνβρεφέσι τε δρακοντεσ αματορσι κοιμησ οη ται. ideſt
nec lupi cũ agnis in mõtibus dimicabũt. Herbáq; lynces pariter cũ hædis paſcentur:urſi cũ uitulis ſimul:oĩ/
buſq; aĩalibus:carniuorãs leo comedet paleas ad præſepia:cũq; ĩfantibus dracões ſine matribus dormiẽt. Et
alio loco de libertate rerum: και τοτε δι χάραν μεταλην θεὸσ ἀνδρασι δωσει και γαργη και δενδρα και
ασπετα θρεμματα γαίησ δωσόυσι τραπον τον αληθινον ανθρωποισιν οινου και μελιτοσ γλυκύτερον
λευκου τε γαλακτοσ και σίτου ὁπερεσι βροτοισ ηκλισον απαντων. ideſt & tũc gaudiũ magnũ deus dabit
hoĩbus. Nã & terra:& arbores:& ĩnumerabilia terræ pecora dabunt fructum uerũ hominibus uini & mel
lis dulciſſimi:& candidi lactis atq; tritici:quod eſt hominibus optimũ omniũ. Et alia eodẽ modo: ευσ εβε/
ων δεμονόυ αγιάχθων παντα τα δοισειν αμα μελίτοσ απο πετρησ ηδε ἀπο τητησ και γαλα ταμ/
βρόσιησ ρευσ ειπαντεσσι γικαιοισ. ideſt piorum autem ſola ſancta terra oĩa hæc feret:fluenta mellis de
petra atq; de fonte:& lac ĩmortalitatis manabit omnibus iuſtis. Viuent itaq; homines tranquilliſſimã uitã:
& copioſiſſimam:& regnabunt cũ deo pariter:& reges gentium uenient cum donis ac muneribus: ut ado/
rent & honorificent regem magnũ:cuius nomen erit præclarum ac uenerabile uniuerſis nationibus: quæ
ſub cælo erunt:& regibus qui dominabuntur in terra.

Quod non reſtant ex quarundam aſſertione:niſi ducẽti anni uſq; ad rerum innouationem: & q; finis nõ
aderit niſi Roma deſtructa. Cap. XXV.

HAec ſũt quæ a prophetis futura dicunt̃:quorũ teſtimonia & uerba ponere opus nõ eẽ duxi: quo
niam eẽt infinitũ: nec tantã rerũ multitudinẽ menſura libri caperet:tam multis uno ſpiritu ſimi
lia dicẽtibus: ſimulq; ne faſtidiũ legẽtibus fieret:ſi ex oĩbus collecta & trãſlata cõgererẽ. Præterea
ut eaipſa quæ dicerẽ:nõ noſtris: ſed alienis litteris potiſſimum confirmarẽ: doceréq; non modo
apud nos:uerum etiam apud eoſipſos: qui nos inſectantur: ueritatem conſignatam teneri: quã
recuſant agnoſcere. Qui autem diligentius uoluerit ſcire: ex ipſo fonte hauriat: & plura q̃ nos in his libris
Erratum complexi ſumus:admirabilia reperiet. Fortaſſe nunc quiſpiam requirat quãdo iſta quæ diximus ſint futu/
primum ra:iam ſuperius oſtendi. Completis annorũ ſex milibus:mutationem iſtam fieri oportere: & iam ꝓpinqua/
re illũ ſummũ concluſionis æternæ diem:de ſignis quæ dicta ſunt a ꝓphetis licet noſcere. Prædixerunt enĩ
ſigna quibus conſũmatio temporũ expectanda ſit nobis in ſingulos dies:& timenda. Quando tamen com/
pleat̃ hæc ſumma:docent hi qui de temporibus ſcripſerunt:colligentes ea ex lr̃is ſanctis: & ex his uariis hi/
ſtoriis quantus ſit numerus annorum ab exordio mundi:qui licet uarient:& aliquantulum numeri eorum
ſumma diſſentiat:omnis tamen expectatio non amplius q̃ ducentorum uidet̃ annorum. Etiam res ipſa de/
Erratum clarat lapſum ruinãq; rerũ breui fore:niſi q; incolumi urbe Roma nihil iſtius uidet̃ eſſe metuendũ. At uero
ſecũdum cũ caput illud orbis ceciderit:& πυρρει eſſe cœperit:quod Sibyllæ fore aiunt:quis dubitet ueniſſe iam finem
Erratum rebus humanis orbiq; terrarum? Illa eſt.n.ciuitas:quæ adhuc ſuſtentat omnia:precanduſq; nobis & adoran
tertium dus eſt deus cæli:ſi tamen ſtatuta eius & placita differri poſſunt:ne citius q̃ putemus tyrãnus ille abominan/
Erratum dus ueniat:qui tantum facinus moliat̃:ac lumen illud effodiat:cuius interitu mundus ipſe lapſurus eſt. Nũc
quartum ad cætera exequenda redeamus:quæ deinceps ſecutura ſunt.

Quod elapſis mille annis aurei ſæculi poſt iudicium ſoluet̃ item diabolus & concitabit gentes: ut ſanctã
expugnent ciuitatem: & obſidebũt eam. Et quomodo eam omnino deus deſtruet & pœnis æternis tradet:
electis hoĩbus tranſlatis ad gloriam angelorum poſt reſurrectionem ſecundam. Cap. XXVI.

DIxi paulo ante in principio regni ſancti fore:ut a deo princeps dæmoniorũ uinciat̃. Sed idem cum
mille anni regni:hoc eſt ſeptem milia cœperint terminari:ſoluet̃ denuo & ex cuſtodia miſſus ex/
ibit. Atq; omnes gentes quæ tunc erunt ſub ditione iuſtorũ cõcitabit:ut inferant bellum ſanctæ
ciuitati. Et colliget ex omni orbe terræ ĩnumerabilis populus nationum:& obſidebit & circũda/
bit ciuitatẽ: tunc ueniet nouiſſima ira dei ſuper gentes: & debellabit eos uſq; ad imũ. Ac primũ

concutiet terrã ꝙ ualidiſſime:& a motu eius ſcindent̃ montes Syriæ:& ſubſident colles in abruptũ:& muri oĩum ciuitatum concidẽt:& ſtatuet deus ſolẽ triduo ne occidat:& inflãmabit eũ:& deſcendet æſtus nimius:& aduſtio magna ſupra ꝑduelles & impios populos:& hymbres ſulphuris:& grandines lapidum:& guttæ ignis:& liqueſcent ſpiritus eoꝝ in calore:& corpora cõterent̃ in grandine:& ipſi ſe inuicẽ gladio feriẽt:replebunt̃ mõtes cadaueribus:& cãpi opient̃ oſſibus.Populus aũt dei tribus illis diebus ſub cõcauis terræ occultatus erit:donec ira dei aduerſus gẽtes & extremũ iudiciũ termĩet̃.Tunc exibũt iuſti de latebris ſuis:& inueniẽt oĩa cadaueribus atqꝫ oſſibus tecta:Sed & gẽus oẽ ĩpioꝝ radicitus ĩteribit:nec erit ĩ hoc mũdo ulla natio amplius:præter ſolã gentẽ dei:tũ ꝑ annos ſeptẽ ꝑpetes ĩtactæ erũt ſiluæ: nec excidet̃ de montibus lignũ.Sed arma gentiũ cõburent̃:& iã nõ erit bellũ.ſed pax & reqes ſempiterna.Cũ uero cõpleti fuerit mille anni renouabit̃ mũdus a deo:& cælũ cõplicabit̃:& terra mutabit̃:& trãſformabit deus hoĩes in ſimilitudinẽ angelorũ:& erũt candidi ſicut nix:& uerſabũt̃ ſemꝑ ĩ cõſpectu oĩpotẽtis:& domino ſuo ſacrificabũt & ſeruiẽt in æternũ.Eodẽ tꝑe fiet ſecunda illa & publica omniũ reſurrectio etiam in qua excitabunt̃ impii ad cruciatus ſempiternos.Hi ſunt ꝙ manufacta coluerũt:qui dominũ mundi ac parentẽ uel neſcierũt uel abnegauerũt.Sed & dominus illoꝝ cũ miniſtris ſuis cõprehendet̃ ad pœnãqꝫ dãnabit̃.cũ quo pariter oĩs turba ĩpioꝝ ꝓ ſuis facinoribus ĩ cõſpectu angeloꝝ atqꝫ iuſtoꝝ ꝑpetuo igni cremabit̃ ĩ æternũ.Hæc ẽ doctrina ſanctoꝝ ꝓphetarũ:quã chriſtiani ſequimur.Hæc ſapiẽtia nr̃a:quã iſti ꝙ uel fragilia colũt uel inanẽ philoſophiã tuent̃:tanꝗ ſtulticiã uanitatẽqꝫ deridẽt.quia nos defendere hanc publice atqꝫ aſſerere nõ ſolemus.Deo iubẽte ut quieti ac ſilentes arcanũ eius in abſcondito atqꝫ intra noſtrã conſciẽtiã teneamus.Nec aduerſus iſtos uere ꝓphanos:qui nõ diſcẽdi ſed arguẽdi atqꝫ illudẽdi grã inclemẽter deũ ac religionẽ eius ĩpugnant.ꝑtinaci cõtẽtione certemus:Abſcondi.n.tegiqꝫ myſteriũ ꝙ fideliſſime oportet:maxime a nobis qui nomẽ fidei gerimus. Veꝝ illi hanc taciturnitatẽ noſtrã ueluti cõſciam malã criminant̃.Vnde etiã quaſdam execrabiles opiniones de pudicis & innocentibus fingunt:& libenter his quæ finxerint:credunt.

Exhortatio ut omnes properent ad ſuſcipiendam cum religiõe ſapientiam:per quas ad beatiſſimam peruenitur æternæ uitæ beatitudinem. Cap. XXVII.

QVoniã decurſis ꝓpoſiti opis ſeptẽ ſpatiis ad metã ꝑuecti ſumus:ſupeſt ut exhortemur oẽs ad ſuſcipiẽdã cũ uera religione ſapiam cuius uis & officiũ in eo uertit̃:ut contẽptis terreſtribus & abiectis erroribus:qbus antea tenebamur:fragilibus ſeruientes & fragilia cõcupiſcẽtes: ad æterna cæleſtis theſauri ꝓmia dirigamur:ꝙ ut cape poſſimus:ꝗprimũ omittẽdæ ſũt huius ꝓſentis uitæ illicibiles uoluptates:ꝙ aĩas hoĩum ꝑnicioſiſſima ſuauitate deliniũt.Quãta fœlicitas exiſtimãda ẽ ſubtractis his labibus terræ:ꝓficiſci ad illũ æqſſimũ iudicẽ parentẽqꝫ ĩdulgentiſſimũ:qui ꝓ laboribus requiẽ:ꝓ morte uitã:ꝓ tenebris claritatẽ: pro terrenis ac breuibus bonis æterna & cæleſtia largiat̃.Qua cũ mercede acerbitates ac miſeriæ:quas perpetimur in hoc mundo faciẽtes opera iuſticiæ conferri & coequari nullo modo poſſunt.Proinde ſi ſapientes:ſi beati eſſe uolumus.cogitanda ac proponẽda nobis ſunt non tantum terẽtiana illa:Molendũ eſſe ĩ piſtrinum:uapulandum:habẽdæ compedes.Sed his multo atrociora.Carcer:cathenæ:tormenta patienda:ſuſtinendi dolores:mors deniqꝫ ipſa & ſuſcipienda eſt & ferenda:cum liqueat conſciẽtiæ noſtræ nec fragilem iſtã uoluptatẽ ſine pœna:nec uirtutẽ ſine diuino præmio fore:Vniuerſos igit̃ oportet operam dare. ut uel ſe ꝗprimum ad rectã uiam dirigant:uel ſuſcæptis opatiſqꝫ uirtutibus:huius uitæ laboribus patiẽter exactis cõſolatorẽ.deũ habere mereamur.Pater enim noſter ac dominus: ꝙ condidit firmauitqꝫ cælum:qui ſolẽ cum cæteris ſideribus illuxit:qui libratã magnitudine ſua terrã uallauit: montibus mare circũdedit:amnibuſqꝫ diſtixit:& qcqd ẽ ĩ hoc opẽ mũdi cõflauit ac ꝑfecit ẽ nihilo:ꝑſpectis erroribus hoĩum ducẽ miſit:qui nobis iuſticiæ uiã panderet.Hũc ſequamur oẽs:hunc audiamus:huic deuotiſſime pareamus:quoniam ſolus(ut ait Lucretius.) Veridicis hominũ purgauit pectora dictis. Et finem ſtatuit torpedinis atqꝫ timoris. Expoſuitqꝫ bonum ſummũ:quo tendimus omnes: Quid foret:atqꝫ uiam monſtrauit limite paruo: Qua poſſemus ad id recto cõtendere curſu. Nec monſtrauit tantũ:ſed etiam præceſſit:ne qs difficultatis grã iter uirtutis horreret:Deſerat̃ (ſi fieri poteſt)uia perditionis & fraudis::in qua mors uoluptatis illecebris adopta cælat̃. Et quãto quiſqꝫ ãnis ad ſenectutẽ uergentibus appropinquare cernit illum diẽ: quo ſit ei ex hac uita migrãdum:cogitet ꝙ purus abſcedat:ꝙ ĩnocẽs ad iudicium ueniat:nõ ut faciunt quidã cæcis mentibus nixi:ꝙ iam deficientibus corporis uiribus:in hoc admonent̃ ĩſtantis ultimæ neceſſitatis:ut cupidius & ardentius hauriẽdis libidinibus intendãt.Qua ex uoragine liberet ſe qſqꝫ dum licet:dũ facultas adeſt:ſeqꝫ ad deum tota mente cõuertat:ut illum diem ſecurus expectet:quo præſes dominuſqꝫ mũdi deus de ſingulorũ factis cogitationibuſqꝫ iudicabit. Quæcũqꝫ hic expetunt̃:nõ tãtum negligat:ſed effugiat:potioreqꝫ aĩam ſuam iudicet quæ bona iſta fallacia quoꝝ incerta & caduca poſſeſſio eſt.Migrant.n.quotidie & multo uelocius exeunt:ꝙ intrauerant.Et tamen ſi nobis uſqꝫ ad ultimum liceat iſtis frui:aliis certe relinquenda ſunt.Nihil nobiſcum ferre poſſumus:niſi uitam bene atqꝫ innocenter actam.Ille ad deum copioſus: ille opulentus adueniet:cum aſtabunt continentia:miſericordia:patientia:caritas:fides.Hæc eſt hæreditas noſtra: quæ nec eripi cuiqꝫ poteſt:nec traſſerri ad alium.Et qs eſt ꝙ hæc bona parare & acquirere ſibi uelit? Veniant qui eſuriunt:ut cæleſti cibo ſaturati:ſempiternam famẽ ponant. Veniant qui ſitiunt:ut aquam ſalutarem de perenni cæleſtiqꝫ fonte pleniſſimis faucibus trahant.Hoc cibatu atqꝫ potu dei & cæci uidebũt:& ſurdi audient: & muti loquentur:& claudi ambulabunt:& mortui reuiuiſcent:& ſtulti ſapient: & ægroti ualebunt. Quiſqs enim corruptelas terræ uirtute calcauerit:hunc arbiter ille ſumus & uerax ad lucem uitamqꝫ perpetuam ſuſcitabit.Nemo diuitiis:nemo faſcibus:nemo ẽt regia poteſtate cõfiſus ſit:immortalem iſta nõ faciunt.Nam quicunqꝫ rationem hominis abiecerit ac præſentia ſecutus:in humũ ſe ipſe proſtrauerit:deſertor domini & imperatoris & patris ſui puniet̃.Intendamus igit̃ iuſticiæ:quæ nos ĩſeparabilis comes ad deum ſola perdu-

cet:& dum ſpũs hos reget artus : infatigabili militia deo militemus:ſtationes uigiliaſq; celebremus:congre diamur cum hoſte:quem nouimus fortiter ut uictores:ac deuicto aduerſario triumphantes præmium uir/ tutis:quod ipſe promiſit:a deo conſequamur.

Lactantii Firmiani diuinarum inſtitutionum Libri ſeptimi ac ultimi finis.

Eiuſdem de ira dei ad Donatum Liber incipit.

ANimaduerti ſæpe Donate plurimos id exiſtimare:qđ et nõ nulli phõrũ putauerũt:nõ iraſci deum:quoniam uel benefica ſit tantũmõ natura diuina:nec cuiq̃ nocere præſtãtiſſimæ atq; optimæ cõgruat ptãti:uel certe nil curet oĩo:ut neq; ex beneficẽtia eius qcq̃ boni pueniat ad nos:neq; ex maleficentia quicq̃ mali.Quorũ error qa maximus eſt.& ad euertendũ uitæ hu manæ ſtatũ ſpectat:coarguẽdus ẽ a nobis:ne & ipſe fallaris ĩpulſus auctoritate hoĩum q ſe pu tant eẽ ſapiẽtes nec tamẽ nos arrogãtes ſumus:ut cõpræhenſam nr̃o ĩgenio ueritatẽ glorie/ mur.Sed doctrinã dei ſequimur q ſcire ſolus põt & reuelare ſecreta.Cuius doctrinæ phi exp tes exiſtimauerũt naturã rez̃ oĩum cõiectura poſſe dephendi.Qđ nequaq̃ fieri põt.qa mẽs hoĩs tenebroſo corporis domicilio circũſepta:longe a ueri pſectõe ſũmota ẽ.Et ĩ hoc differt ab hũanitate diuinitas q; huma nitatis ẽ ignoratio:diuinitatis ſcia.Vnde nobis aliquo lumĩe opus ẽ ad depellẽdas tenebras qbus offuſa ẽ ho/ minis cogitatio:quoniã ĩ carne mortali agẽtes:nr̃is ſenſibus diuinare nõ poſſumus.Lumẽ aũt mẽtis hũanæ deus ẽ:quẽ q cognouerit & ĩ pectus admiſerit illumiato corde myſteriũ ueritatis agnoſcet.Remoto aũt deo cæleſtiq; doctrĩa oĩa erroribus plena ſunt.Recteq; Socrates cũ eẽt oĩum phõz doctiſſimus:tamẽ ut cætero rũ argueret ĩſcitiã: q ſe aliqd tenere arbitrabanť:ait ſe nihil ſcire niſi unũ:q; nihil ſciret.Intellexit.n.doctrinã illã nihil hr̃e ĩ ſe certi nihil ueri:nec(ut putabãt qdã)ſimulauit ipſam doctrinã ut alios refelleret.Sed uidit ex pte aliq̃ ueritatẽ.teſtatuſq; ẽ et ĩ iudicio:ſicut tradiť a Platone:q; nulla eẽt humana ſapĩa.Adeo doctrinã q̃ tũ philoſophi gloriabanť.cõtempſit:deriſit:abiecit:ut id ipſum pro ſumma doctrina profitereť:q; nihil ſcire di dicíſſet.ſi ergo nulla eſt ſapiẽtia humana (ut ſocrates docuit:ut Plato tradidit)apparet eſſe diuinã:nec ulli alii q̃ deo ueritatis noticiã ſubiacere.Deus igiť noſcẽdus eſt:in quo ſolo ueritas eſt.Ille mũdi parẽs & conditor re rum:qui oculis non uideť:mente uix cerniť.Cuius religio multis modis ĩpugnari ſolet ab his q neq; ueram ſapientiã tenere potuerũt neq; magni & cæleſtis arcani cõprehẽdere rõnem.

De gradibus per quos ad ueritatẽ aſcẽdiť & qui de ipſis gradibus deiiciãť. Cap. II.

NAm cũ ſint gradibus multi p quos ad domiciliũ ueritatis aſcẽdiť:nõ ẽ facile cuilibet euehi ad ſum mum.Caligãtibus.n.ueritatis fulgore luminibus qui ſtabilẽ greſſum tenere nõ poſſunt: reuoluũ tur ĩ planũ.Primus aũt gradus ẽ intelligere falſas religiões & abiicere ĩpios cultus humana manu fabricatos.ſecũdus uero pſpicere aĩo q; unus ſit deus ſũmus : cuius poteſtas ac puidẽtia effecerit a prĩcipio mundũ & gubernet ĩ poſtez:tertius cognoſcere miniſtz eius ac nunciũ quem legauit ĩ terrã:quo docẽte liberati ab errore:quo ĩplicati tenebamur:formatiq; ad ueri dei cultũ: iuſticiã diſceremus. E qbus oĩbus gradibus (ut dixi) pronus ẽ lapſus & facilis ad ruinã niſi pedes ĩcõcuſſa ſtabilitate figanť.De pri mo gradu eos executi uidemus q cũ falſa ĩtelligãt tamen uez nõ ĩueniũt contẽptiſq; terrenis fragilibuſq; ſi/ mulacris:nõ ad colẽdũ ſe deũ conferũt:quẽ ignorant:ſed mundi elemẽta mirãtes cælũ terrã mare ſolẽ: lunã. cæteraq; aſtra uenerant.Sed impitiã hoz iã coarguimus in ſecundo diuinaz ĩſtitutionũ libro. De ſecundo uero gradu eos dicimus cadere:q cũ ſentiũt unũ eſſe ſummũ deũ:iidẽ tamẽ a philoſophis irrætiti:& falſis ar/ gumẽtationibus capti:aliter de unica illa maieſtate ſentiũt:q̃ ueritas habet:q aut figurã negant habere ullam deũ:aut ullo affectu cõmoueri putãt:qa ſit oĩs affectus ĩbecillitatis:q̃ ĩ deo nulla ẽ:De tertio uero hi pcipitãť. q cũ ſciãt legatũ dei:eundẽq; diuini & ĩmortalis tẽpli cõditorẽ:tamẽ aut nõ accipiũt eũ:aut aliter accipiunt q̃ fides poſcit:quos ex pte iã refutauimus ĩ qrto ſupradicti opis libro:& refutabimus poſtea diligentius cũ re/ ſpõdere ad oẽs ſectas cœpimus:quæ ueritatẽ dũ diſputãt pdiderũt.Nũc uero cõtra eos diſſeremus:q de ſecũ do gradu lapſi praua de ſummo deo ſentiũt.Aiũt.n.qdã nec gratificari eũ quicq̃ nec iraſci : ſed ſecuz & qetũ ĩmortalitatis ſuæ bonis pfrui.Alii uero irã tollũt: grãm relinquũt deo. Naturam.n.ſumma uirtute præſtãtẽ nõ maleficã eſſe debere:ita oẽs philoſophi de ira cõſentiũt:de grã diſcrepãt.Sed ut ad ppoſitã materiã per or/ dinẽ deſcẽdat orõ:hmõi faciẽda nobis & exequẽda ptitio ẽ:cũ diuerſa & repugnãtia ſint ira & grã.Aut ira tri buẽda ẽ deo & grã detrahẽda:aut utrũq; pariter detrahẽdũ.Aut ira demẽda ẽ & grã tribuẽda:aut neutz tri/ buẽdũ.Aliud amplius pter hæc nihil põt cape natura:ut neceſſe ſit ĩ uno iſtoz aliquo uerum quod quæriť inueniri.Conſideremus ſingula:ut nos ad latebras ueritatis & rõ & ordo deducat.

Quod nullus aſſeruit deum iraſci:& gratia non moueri. Cap. III.

PRimũ illud nemo de deo dixit unq̃ iraſci eũ tantũmõ & grã nõ moueri. ẽ eni diſcõueniẽs deo:ut eiuſmõi ptãte ſit pditus:q̃ noceat & obſit: pdeſſe uero ac benefacere nequeat. Quæ igiť rõ: q̃ ſpes ſalutis hoĩbus ppoſita ẽ:ſi maloz tantũmõ auctor ẽ deus? Qđ ſi ſit iam maieſtas illa uenerabilis: nõ ad iudicis poteſtatẽ:cuilicet ſeruare ac liberare:ſed ad tortoris & carnificis officiũ deduceť.Cũ aũt uideamus nõ modo mala eſſe ĩ rebus humanis:ſed et bona:utiq; ſi deus nõ ẽ: auctorẽ eſſe al/ terum neceſſe ẽ:qui cõtraria deo faciat & det nobis bona.Si ẽ:quo noĩe appellandus ẽ? Cur nobis q male fe/ cit notior ẽ:q̃ ille q bene? Si autẽ nihil poteſt eſſe præter deũ abſurdum ẽ & uanũ putare diuinã poteſtatem: qua nihil ẽ maius:nihil melius nocere: pdeſſe non poſſe:& iõ nemo extitit:q auderet id dicere:qa nec rõnem habet nec ullo modo põt credi.Qđ qa cõuenit:tranſeamus & ueritatẽ alibi reqramus.

Cõtra Epicuz diſputat:q negabat deũ iraſci:gratificari & oĩa puidere. Cap. IIII.

QVod ſequiť de ſchola Epicuri:ſicut irã in deo non eẽ:ita nec grãm qdẽ.Nam cũ putaret Epicurus alienũ eẽ a deo malũ facere: qđ ex affectu iracũdiæ plerũq; naſciť:ademit ei et beneficẽtiã:quoniã

uidebat cõſeques̃ eſſe:ut ſi habeat irã deus:habeat & grãm.Itaq; ne illi uitiũ cõcederet: et uirtutis fecit exptẽ. Ex hoc inqt beatus & ĩcorruptus ẽ:qa nihil curat:neq; habet ipſe negociũ neq; alteri exhibet. Deus igiť nõ ẽ: ſi nec mouet:qđ ẽ ꝓpriũ uiuẽtis:nec facit aliqd ĩpoſſibile hoĩ:qđ ẽ ꝓpriũ dei: ſi oĩno nullã hẽt uoluntatem: nullũ actũ:nullã deniq; adminiſtrationem:q̃ deo digna ſit:& q̃ maior:& dignior adminiſtratio deo aſſignari põt:q̃ mundi gubernatio:q̃ cura uiuẽtiũ:maximeq; generis hũani:cui oĩa terrena ſubiecta ſunt.Quæ igiť in deo põt eẽ beatitudo ſi ſp q̃etus & ĩmobilis torpet? ſi pcantibus ſurdus? ſi colentibus cæcus? Quid tã dignũ: tã ꝓpriũ deo:q̃ ꝓuidẽtiã? Sed ſi nihil ꝓuidet:amiſit oẽm diuinitatẽ.Qui ergo totã uĩ:totã deo ſubſtãtiam tollit:qd aliđ dicit niſi deũ oĩno nõ eẽ? Deniq;.M.Tul.a Poſſidõio dictũ refert id Epicuꝝ ſenſiſſe nullos deos eẽ: ſed ea q̃ de diis locutus ſit:depellẽdæ ĩuidiæ cã dixiſſe.Itaq; uerbis illũ deos relinq̃re:re ãt ipa tollere:qbus nullũ motũ:nullũ tribuit officiũ.Qđ ſi ita ẽ:qd deo fallacius? qđ a ſapiẽte & graui uiro debet eſſe alienũ.Hic uero ſi aliud ſenſit: & aliud locutus ẽ:qd aliud appellãdus ẽ q̃ deceptor bilinguis:malus:& ꝓpterea ſtultus? Sed nõ erat tã uerſutus Epicurus:ut fallẽdi ſtudio loqueret:cũ ẽt ſcriptis ad eternã memoriã cõſignaret: ſed ignorãtia ueritatis errauit.Inductus.n.a pricipio ueriſimilitudine unius ſniæ:neceſſario in ea q̃ ſequebanť ĩcurrit. Prima.n.ſnia fuit irã ĩ deo nõ cõuenire.Qđ cũ illi ueꝝ & ĩexpugnabile uideret:nõ poterat conſequẽtia recuſari:qa uno affectu amputato ẽt cæteros affectus adimere deo neceſſitas ipa cogebat.Ita q̃ nõ iraſciť:utiq; nec grã mouet: qđ ẽ iræ contrariũ: iã ſi non ira ĩ eo nec grã ẽ:utiq; nec metus:nec lætitia:nec mœror:nec miſericordia.Vna ẽ.n.rõ cunctis affectibus:una cõmotio:q̃ in deũ cadere nõ põt.Qđ ſi nullus affectus in deo eſt:qa q̃cqd afficiť imbecillũ ẽ:ergo nec cura ullius rei:nec prouidẽtia eſt ĩ eo.Hucuſq; ꝑuenit ſapiẽtis hoĩs diſputatio:cætera quæ ſequunť obticuit.ſ.qa nec cura ſit in eo:nec prouidẽtia:ergo nec cogitationẽ aliquam:nec ſenſum ĩ eo eẽ ullũ:quo efficiť ut nõ ſit oĩno.Itaq; cũ gradatim deſcẽdiſſet:ĩ extremo gradu cõſtitit: qa ẽt præcipitium uidebat.Sed qd ꝓdeſt reticuiſſe ac piculũ diſſimulaſſe? Neceſſitas illũ uel inuitum cadere coegit.Dixit.n.quod noluit:qa argumẽtũ ſic ordinauit:ut ad illud quod euitabat:neceſſario deueniret: Vides igr̃ quo perueniat ira ſublata & deo adempta.Deniq; autẽ nullus id credidit aut admodum pauci: & quidẽ ſcelerati ac mali:qui ſperant peccatis ſuis impunitatem.Quod ſi & hoc falſum inuenitur:nec iram ĩ deo eſſe nec gratiam:ueniamus ad illud quod tertio loco poſitum eſt.

Contra ſtoicos dicentes in deo eſſe gratiam:ſed non iram. Cap. V.

E Xiſtimanť ſtoici:& alii nõnulli aliquãto melius de diuinitate ſenſiſſe q̃ aiunt grãm ĩ deo eẽ:irã nõ eſſe.Fauorabilis ac popularis oro nõ cadere in deum hancanimi puſillitatem: ut ab ullo ſe læſum putet:q lædi nõ põt:ut q̃eta illa & ſancta maieſtas cõciteť:pturbeť: ĩſaniat: quod ẽ terrenæ fragilitatis.Iram.n.cõmotionẽ mentis eẽ ac pturbationẽ:quæ ſit a deo aliẽa.Quod ſi hoĩem quoq; qui nõ ſit ſapiẽs & grauis ira nõ deceat.Siquidẽ cum ĩ animũ cuiuſquã ĩcidit:uelut ſæua tẽpeſtas:tantos excitet fluctus:ut ſtatũ mentis ĩmutet:ardeſcãt oculi.os tremat.lingua titubet:dentes concrepẽt.alterius uultũ maculet nunc ſuffuſus rubor:nũc pallor albeſcẽs:q̃to magis deum nõ deceat tam fœda mutatio? Et ſi homo q habet imperiũ ac ptãtẽ late noceat:p iram ſaguinẽ fundat:urbes ſubuertat:populos deleat prouĩcias ad ſolitudinẽ redigat quanto magis deum q̃ habeat totius generis humani & ipſius mũdi poteſtatẽ perditurum fuiſſe uniuerſa credibile ſit ſi iraſceret? Abeſſe igiť ab eo tam magnũ: tam pniocioſum malũ oportere:& ſi abſit ab eo ira & concitatio:qa & deformis:& noxia ẽ:nec cuiq̃ male facit:nihil aliud ſupeſt niſi ut ſit lenis: tranq̃llus:propitius:beneficus:cõſeruator.Ita enĩ demũ & cõmunis omniũ pater: & optimus & uere maximus dici poterit:quod expetit diuina cæleſtiſq; natura. Nam ſi inter homines laudabile uideť prodeſſe potius q̃ nocere:uiuificare q̃ occidere:ſaluare q̃ perdere:nec immerito innocẽtia inter uirtutes numerať & qui hæc fecerit:diligiť:præferť ornať benedictis omnibus uotiſq; celebrať.Deniq; ob merita & beneficia deo ſimillimus iudicatur:quanto magis ipſum deum patrem diuinis perfectiſq; uirtutibus præcellentem:atq; ab omni terrena labe ſummotum:diuinis & cæleſtibus beneficiis omne genus hominum promereri.Specioſe iſta populariterq; dicunť & multos illiciunt ad credendum.Sed qui hæc ſentiunt:ad ueritatem quidem propius accedunt:ſed in parte labuntur naturam rei parum conſiderantes.Nam ſi deus non iraſciť impiis:& iniuſtis:nec pios utiq; iuſtoſq; diligit.Ergo cõſtantior eſt error illorum qui & iram ſimul & grãm tollunt. In rebus enim diuerſis aut in utrãq; partẽ moueri neceſſe ẽ:aut in neutrã.Itaq; qui bonos diligit & malos non odit nec bonos diligit: qa & diligere bonos ex odio maloꝝ uenit:& malos odiſſe ex bonoꝝ charitate deſcẽdit:nemo eſt qui amet uitam ſine odio mortis q appetit lucem niſi qui tenebras fugit.Adeo natura iſta connexa ſunt:ut alteꝝ ſine altero fieri nequeat.Si quis dominus habẽs in familia ſeruos.bonũ ac malũ nõ utiq; aut ambos odit:aut ambos beneficiis & honore ꝓſequiť quod ſi faciat & iniquus & ſtultus eſt. Sed bonũ & alloquiť amice:& ornat & domui ac familiæ ſuiſq; omnibus rebus præficit.Malũ uero maledictis:uerberibus nuditate:fame ſiti:compedibus punit:ut & hic exemplo cæteris ſit ad non peccandũ:& ille ad ꝓmerendum:ut alios metus coerceat:alios honor ꝓuocet.Qui ergo diligit & odit:qui odit & diligit. ſunt enim qui diligi debeant. ſunt qui odio haberi.Et ſicut is qui diligit confert bona ĩ eos quos diligit:ita qui odit irrogat mala his quos odio habet:quod argumentũ qa ueꝝ eſt diſſolui nullo pacto poteſt.Vana ergo & falſa eſt ſnia eorũ qui cũ alteꝝ deo tribuũt alterũ detrahũt:nõ minus q̃ illorũ q utrũq; detrahũt.Sed illi (ut oſtẽdimus) ex parte nõ errant:ſed id quod melius eſt:ex duobus retinent.Hi uero quos rõ & ueritas argumenti huius inducit falſa oĩno ſnia ſuſcepta in maximũ errorẽ cadunt.Non enim ſic oportebat eos argumẽtari: quia deus nõ iraſciť ergo nec grã commoueť.Sed ita.quia deus grã moueť:ergo & iraſciť.Si enim certum & indubitatum fuiſſet non iraſci deum:tunc & ad illud alterum ueniri eſſet neceſſe.Cum autem magis ſit ambiguum de ira:pene manifeſtum de gratia:abſurdum eſt ex incerto certum uelle ſubuertere: cum ſit promptius de certis incerta firmare.

Quod deus iraſcitur. Cap. VI.

HAe ſunt de deo phōꝝ ſnīæ.Aliud ꝑterea nihil qſq̄ dixit.Q d'ſi hæc q̄ dicta ſunt:falſa eē dephendimus:unū illud extremū ſupeſt:ĩ quo ſolo poſſit ueritas ĩueniri:qd'a phīs nec ſuſceptū ē unq̄ : nec aliquādo defenſum:cōſequēs eē ut iraſcat̄ deus:quoniā grā cōmouet̄.Hæc tuēda nobis & aſſerēda ſnīa ē.In eo.n.ſūma oīs & cardo religionis pietatiſq; uerſat̄:neq; honos ullus deberi pōt deo: ſi nihil præſtat colēti:nec ullus metus ſi non iraſcit̄ non colenti.

Quod phī errāt:& q̄ homines ab aliis animantibus maxime differūt religiōe q̄ hoīs ē ꝓpria. Cap.VII.

CVm ſæpe phī ꝑ ignorantiam ueritatis a rōne deſciuerint atq; in errores inciderint inextricabiles. Id.n.ſolet his euenire:qd'uiatori uiam neſciēti & nō fatenti ſe ignorare dum uaget̄: dū ꝑcontari obuios erubeſcit.Illud tamē nullus philoſophus aſſeruit unq̄ nō nihil ĩter hoīem ac pecudē ĩter eſſe:nec oīno quiſq̄ mō ſapiens:q uel leuiter rōnale aīal cū mutis & irrōnabilibus coæquauit: qd' faciunt qdam ĩperiti atq; ipſis pecudibus ſimiles:q cū uētri ac uoluptati ſe uelint tradere: aiunt eadem rōne ſe natos:qua uniuerſa quæ ſpirāt:qd'dici ab hoīe nefas ē.Quis.n.tam ĩdoctus ut neſciat ? Quis tā ĩprudens:ut nō ſentiat aliqd ineſſe in hoīe diuini? Nōdū uenio ad uirtutes aī & ĩgenii : qbus hoīs manifeſta cognitio ē.Nōne ipſius corporis ſtatus & oris figura declarat nō eſſe cū mutis pecudibus æquales? Illaꝝ natura in humū pabulūq; ꝓſtrata ē:nec hēt qcq̄ cōe cū cælo:qd'nō intuet̄.Hō aūt recto ſtatu:ore ſublimi ad cōtēplationē mūdi excitatus cōfert cū deo uultū & rōnē rō cognoſcit.Propterea nullū ē aīal(ut ait Cicero)ꝑter

Cicero hoīem:qd'hēat aliquā notitiā dei.Solus.n.ſapīa ĩſtructus ē.& religionē ſolus ĩtelligit:& hæc ē hoīs atq; mutorum uel præcipua:uel ſola diſtantia.Nā cætera quæ uidēt̄ hoī eē ꝓpria:& ſi nō ſint talia in mutis:tamē ſimilia uideri poſſunt.Proprius hoī ſermo eſt.tamē & in illis qdā ſimilitudo ſermonis. Nā & dignoſcunt ĩuicē ſe uocibus:& cū iraſcunt̄ edunt ſonū iurgio ſimilē : & cum ſe ex interuallo uident gratulandi officiū uoce declarant.Nobis qdē uoces eoꝝ uidēt̄ ĩcognitæ:ſicut illis fortaſſe noſtræ.Sed ipſis q ſe ĩtelligūt uerba ſunt: deniq; ĩ omni affectu certas uocis notas exprimūt qbus habitū mētis oſtendāt.Riſus quoq; ē hoī ꝓprius : & tamē uidemus in aliis aīalibus qdā ſigna læticiæ:cū ad luſum geſtiunt:aures demulcēt:rictū contrahūt frontē ſerenāt:oculos in laſciuiā reſoluūt.Quid tam ꝓpriū hoī q̄ rō & ꝓuidētia futuri? Atq ſunt aīalia q̄ latibulis ſuis diuerſos & plures exitus pādant:ut ſi qd'ꝑiculū inciderit:fuga pateat obſeſſis:qd'nō facerēt:niſi ineſſet illis ĩtelligētia & cogitatio.Alia ꝓuident ĩ futuꝝ:ut ingentē formicæ farris aceruū.Cōportant: hyemis memores:tectoq; reponūt: ut apes q̄ pñiæ ſolū & certos nouere penates.Venturæq; hyemis memores:æſtate laborē.Experiunt̄:& ĩ mediū q̄ſita reponunt.Longū ē ſi exeq uelim q̄ a ſingulis generibus aīaliū fieri ſolcant hūanæ ſolertiæ ſimillima.Q d'ſi hoꝝ oīum q̄ aſcribi homini ſolēt:in mutis quoq; deprehēdit̄ ſimilitudo:appet ſolā eſſe religionē:cuius ĩ mutis uel brutis:nec ueſtigiū aliqd':nec ulla ſuſpicio inueniri pōt . Religionis.n.eſt ꝓpria iuſticia:q̄ nullū aliud aīal attingit.Homo.n.ſolus ĩperat:cætera ſibi cōciliata ſunt. Iuſticiæ aūt dei cultus aſcribit̄:quē q nō ſuſcipit:hic a natura hoīs alienus uitā pecudū ſub hūana ſpecie uiuit.Cū uero a cæteris aīalibus hoc pene ſolo differamus:q̄ ſoli oīum diuinā uim ꝑſētēq; ſentimus.In illis aūt nullus ſit intellectus dei:certe illud fieri nō pōt:ut ĩ hoc uel muta plus ſapiāt:uel humana natura deſipiat . Cū homini ob ſapiētiā & cuncta q̄ ſpirant: & oīs reꝝ natura ſubiecta ſit.Quare ſi rō:ſi uis hoīs hoc præcellit & ſuperat cæteras animantes:q̄ ſolus noticiā dei cupit:apparet religionem nullo modo poſſe diſſolui.

Contra Lucretium religionem ſubuertentem:& q̄ religio ſit habenda. Cap. VIII.

DIſſoluit̄ āt religio ſi credamus Lucretio illa dicēti: Oīs.n.ꝑ ſe diuia natura neceſſe ē Immortali æuo ſūma cū pace fruat̄ Semota a nr̄is oculis:ſeiūctaq; lōge. Nā priuata doloꝛ oī:priuata ꝑiclis Ipſa ſuis pollēs opibus nil ĩdiga nr̄i: Nec bene ꝑ meritis capit̄:nec tāgit̄ ira.Quæ cū dicit:utꝝ aliquē cultū deo putat eē tribuēdū.an euertit oēm religionē? Si.n.deus nihil cuiq̄ bōi tribuit:ſi colētis obſeqo nullā grām refert:qd tā uanū:tā ſtultū q̄ tēpla ædificare:ſacrificia facere:dona cōferre : rē familiarē minuere:ut nihil aſſequamur? At.n.naturā excellētē honorari oportet.Quis honos deberi pōt nihil curanti & ingrato? An aliqua rōne obſtricti eē poſſumus ei:q nihil habeat cōe nobiſcū? Deus inqt Cicero ſi talis ē:ut nulla grā:nulla hoīum caritate teneat̄:ualeat.Quid.n.facere ꝓpitius homini pōt? qd cōtēptius dici potuit in deū? Valeat inqt.i.abeat ac recedat:qdo ꝓdeſſe nulli pōt.Q d'ſi negociū deus nec habet:nec exhibet:cur ergo nō delinquamus: quotiēs hoīum cōſciētiam fallere licebit:ac leges publicas circūſcribere? Vbicūq; nobis latendi occaſio arriſerit:auferamus aliena:uel ſine cruore:uel ēt ſanguīe:ſi ꝑter leges nihil ē amplius qd'colēdū ſit. Hæc dū ſentit Lucretius:religionē funditus delet:q̄ ſublata:cōfuſio ac ꝑturbatio uitæ ſequet̄. Q d' ſi religio tolli nō pōt:ut & ſapiētiā retieamus:qua cōis uita ſit tutior:qūo religio ipſa ſine metu tueri aut cuſtodiri pōt? Q d'.n.nō metuit̄:cōtēnit̄:qd'contēnit̄ utiq; nō colit̄.Ita fit ut religio:& maieſtas:& honor:& metus cōſtet.Metus āt nō ē:ubi nullus iraſcit̄.Siue igit̄ grām deo:ſiue irā:ſiue utrūq; detraxeris:religionē tolli neceſſe ē:ſine qua uita hoīum ſtulticia:ſcelere:ĩmanitate cōplet̄.Multū.n.refrænat hoīes cōſciētia:ſi credamus nos ĩ cōſpectu dei uiuere:ſi nō tātū quæ gerimus uideri deſup:ſed etiā q̄ cogitamus aut loqmur: audiri a deo putemus.At enī ꝓdeſt id credere(ut qdā putāt)nō ueritatis grā:ſed utilitate:quoniam leges cōſcientiā punire nō poſſunt:niſi aliqs deſuper terror ĩpediat ad cohibēda peccata.Falſa eſt igr̄ oīs religio:& diuinitas nulla ē. Sed a uiris prudentibus uniuerſa cōfecta ſunt:quo rectius innocētiuſq; uiuat̄.Magna & hæc a materia quā ꝓpoſuimus aliena quæſtio ē.Sed quia neceſſaria ĩcidit debet q̄uis breuiter attingi.

Varias opiniones de mūdi opificio & gubernatōe enumerat. Cap. IX.

CVm ſnīæ philoſophoꝝ prioris tēporis de ꝓuidētia cōſenſiſſent:nec ulla eſſet dubitatio:quin mūdus a deo & rōne eēt ĩſtructus & rōne regeret̄.Primus oīum Pythagoras extitit tꝑibus Socratis q ſibi diceret nō liquere utꝝ eēt aliqua diuinitas nec ne:Quæ diſputatio eius adeo impia & cōtra

ueritatē:& religionē iudicata eſt:ut & ipm Athenienſes expulerīt ſuis finibus: & libros eius in cōcione qbus
hæc cōtinebant̄ exuſſerint.De cuius ſnīa nō eſt opus diſputare qa nihil certi ꝓnūciauit.Poſt hæc Socrates &
auditor eius Plato:& q de ſchola Platōis tanq̄ riuuli diuerſas ī partes ꝓfluxerūt:ſtoici & ꝑipathetici ī eadem
fuere ſnīa qua priores.Poſtea uero Epicurus deū quidē eē dixit:qa neceſſe ſit eſſe aliqd in mundo præſtās &
eximiū:& beatū ꝓuidentiā tamē nullā.Itaq; mundum ipſum nec rōne ulla:nec arte:nec fabrica īſtructū. Sed
naturā reꝝ quibuſdā minutis ſeminibus & īſecabilibus conglobatā.Quo qd repugnātius dici poſſit non ui/
deo.Et.n.ſi eſt deus:utiq; ꝓuidens eſt ut deus:nec aliter ei poteſt diuinitas attribui:niſi & præterita teneat:&
præſentia ſciat:& futura ꝓſpiciat.Cum igit̄ ꝓuidētiam ſuſtulit:etiā deū negauit eſſe.Cū autē deū eē ꝓfeſſus
eſt:& ꝓuidētiā ſimul eſſe cōceſſit.Alteꝝ.n.ſine altero nec eſſe prorſus:nec intelligi poteſt. Veꝝ his poſtea tē/
poribus qbus iam philoſophia defloruerat:extitit Athenis qdā Diagoras:q nullū eē omnino deū diceret: ob Diagoras
eamq; ſnīam nominatus eſt atheus.Itē Cyreneus Theodorus ambo qa nihil noui poterant repire:omnibus dictus
iam dictis & īuentis maluerūt cōtra ueritatem id negare:in quo priores uniuerſi ſine ambiguitate conſenſe/ Atheos
rant.Hi ſunt q tot ſæculis tot ingeniis aſſertā:atq; defenſam ꝓuidentiam calūniati ſunt. Quid ergo?utrū ne Cyreneu
iſtos minutos & inertes philoſophos ratione:an uero ueritate præſtantium uirorum refellemus: an potius Theodo/
utroq;? Sed properandum eſt:ne longius a materia deuaget̄ oratio. rus

## Quod mundus dei prouidentia factus ſit:& gubernetur. Cap. X.

QVi uolūt diuina ꝓuidētia factū eē mundū: aut prīcipiis inter ſe temere coeūtibus dicūt eē concre/
tū:aut repēte natura extitiſſe.Naturā uero (ut ait Stratō) habere ī ſe uim gignēdi & uiuendi.ſed eā Straton
nec ſenſum habere ullū:nec figurā:ut ītelligamus oīa quaſi ſua ſponte eſſe generata nullo artifice:
nec auctore.Vtrūq; uanū & īpoſſibile:Sed hoc euenit ignorātibus ueritatē: ut qduis potius exco/
gitent:q̄ id ſentiāt quod rō depoſcit.Primū minuta illa ſemina quoꝝ cōcurſu totū coiſſe mundū
loquunt̄:ubi aut unde ſint quæro?quis illa uidit unquā?quis ſenſit?quis audiuit? An ſolus Leucippus ocu/ Leucip/
los habuit?ſolus mentē?Qui ꝑfecto ſolus oīum cæcus & excors fuit:qui ea loqueret̄:q̄ nec æger quiſq̄ deli/ pus
rare:nec dormiēs poſſet ſomniare. Quatuor elemētis conſtare oīa philoſophi ueteres diſſerebāt. Ille noluit:
ne alienis ueſtigiis uideret̄ īſiſtere.Sed ipſoꝝ elemētoꝝ alia uoluit eē primordia:q̄ nec uideri poſſint nec tan
gi:nec ulla corporis ꝑte ſentiri.Tā minuta ſunt īquit:ut nulla ſit acies ferri tā ſubtilis:qua ſecari ac diuidi poſ/
ſint.Vnde illis nomē īpoſuit atomoꝝ.Sed occurrebat ei ꝙ ſi una eſſet oībus eadēq; natura:nō poſſent res ef/
ficere diuerſas tanta uarietate:q̄tā uidemus īeſſe mundo.Dixit ergo leuia eē:& aſpa:& rotūda & angulata: &
hamata.Quanto melius fuerat tacere q̄ ī uſus tam miſerabiles:tam īanes habere līguā:& qdē uereor ne non
minus delirare uideat̄ q hæc putet refellenda.Reſpondeamus tamē uelut aliqua dicenti. Si leuia ſunt: & ro/
tunda utiq; non poſſunt īuicē ſe apprehēdere:ut aliquod corpus efficiant:ut ſiqs miliū uelit ī unam coagmē
tationē conſtrīgere:lenitudo ipſa granorum ī maſſam coire nō ſinat.Aſpera īquit:& angulata ſunt: & hama
ta:ut poſſint cohærere.Diuidua ergo & ſecabilia ſunt.Hamos.n.neceſſe ē:& angulos eminere:ut poſſint am
putari:ita qd amputari ac diuelli pōt:& uideri poterit & teneri.Hæc īquit ꝑ inane irrequietis motibus uoli/
tant:& huc atq; illuc ferunt̄:ſicut pulueris minutias uidemus ī ſole:cum ꝑ feneſtram radios ac lumen īmiſe
rit.Ex his arbores:& herbæ:& fruges oriunt̄:ex his aīalia:& aqua & ignis.& uniuerſa gignunt̄:& rurſus ī ea
dem reſoluunt̄.Ferri hoc pōt q̄ diu de rebus paruis agit̄:ex his etiam mundus completus ē.Impleuit nume
rum ꝑceptæ īſaniæ:ut nihil ulterius adiici poſſet:ſed īuenit tamē ille qd adderet.Quoniam ē omne inqt in/
finitū:nec pōt quicq̄ uacare:neceſſe ē ergo īnumerabiles eſſe mundos.Quæ tanta uis fuerat atomoꝝ:ut mo/
les tam īextimabiles ex tam minutis cōglobaret̄? Ac primū requiro:quæ ſit iſtoꝝ ſeminū uel rō: uel origo.
Si.n.ex illis ſunt oīa:ipſa igit̄ unde eē dicemus?quæ natura tantā copiam ad efficiendos īnumerabiles mun
dos ſubminiſtrauit?Sed concedamus ut impune de mundis delirauerit: de hoc loquamur in quo ſumus &
quē uidemus. Ait oīa ex īdiuiduis corpuſculis fieri.Si hoc ita eēt:nulla res unq̄ ſui generis ſemine indigeret:
ſine ouis alites naſcerent̄ aut oua ſine partu.Itē cætera uiuentia ſine coitu:arbores & quæ gignunt̄ e terra ꝓ
pria ſemina nō hērent:quæ nos quotidie tractamus & ſerimus.Cur ex frumēto ſeges naſcit̄: & rurſus ex ſe/
gete frumētū?Deniq; ſi atomoꝝ coitio & cōglobatio efficeret oīa & in aere uniuerſa cōcreſcerēt: ſiqdē ꝑ ina
ne atomi uolitāt:cur ſine terra:ſine radicibus:ſine humore:ſine ſemine non herba:nō arbor:non fruges ori/
ri aut generari poſſunt?Vnde apparet nihil ex atomis fieri:quādo qdem unaquæq; res hēt ꝓpriā certāq; na/
turā ſuum ſemē:ſuam legem ab exordio datā.Deniq; Lucretius quaſi oblitus atomoꝝ quos aſſerebat:ut re
dargueret eos:qui dicūt ex nihilo fieri omnia:his argumētis uſus eſt:quæ contra ipſum ualerent.ſic enim di
xit. Nā ſi de nihilo fierent ex omnibus rebus: Omne genus naſci poſſet:nil ſemīe egeret. Item poſtea. Ni
hil igit̄ fieri de nihilo poſſe putandum eſt Semine quādo opus eſt rebus quo quæq; creatæ Aeris ī teneras
poſſint ꝓferrier auras.Quis hunc putat habuiſſe cerebrū:cum hæc diceret:nec uideret ſibi eſſe cōtraria?Ni/
hil enim ꝑ atomos fieri exinde apparet:ꝙ ſemine cuiuſq; rei certū eſt: niſi forte ignis & aquæ naturā ex ato/
mis eſſe credemus.Quid ꝙ duriſſimi rigoris materiæ ſi ictu uehementiore collidant̄:ignis excutit̄? Num ī
ferro aut ſilice atomi latēt.Quis īcluſit?aut cur ſua ſponte nō emicāt? Aut quō ſemia ignis ī materia frigidiſ
ſima ꝑmanere potuerunt?Omitto ſilicē ac ferrum.Orbē uitreū plenū aquæ ſi tenueris in ſole:de lumine qd
ab aqua refulget:ignis accendit̄:etiā in duriſſimo frigore.Nū etiā in aqua ignē eſſe credēdū ē? Atqui de ſole
ignis ne æſtate qdē accēdi pōt.Si cæræ inhalaueris:uel ſi uapor leuis aliqd attigerit aut cruſtā marmoris: aut
laminā paulatī ꝑ minutiſſimos rores aq̄ concreſcit.Itē de halitu terræ aut maris nebula exiſtit:quæ aut diſꝑ
ſa humefacit qcqd texerit:aut collecta in arduos montes in ſublime uento rapta:ſtipat̄ ī nubē atq; ꝑhymbres
maximos deiicit.Vbi ergo dicimus liquores natos eſſe?Num in uapore?num in halitu?num in uento? At/
qui nihil poteſt conſiſtere in eo qd̄ nec tangit̄:nec uidetur.Quid ergo de anialibus loquar:in quoꝝ corpo/

ribus nihil ſine rōne:ſine ordīe:ſine utilitate:ſine ſpecie figuratū uidemus? Adeo ut ſolertiſſima & diligētiſſi
ma oīum partium membrorumqꝫ deſcriptio:caſum ac fortunā depellat. Sed putemus artus: & oſſa:& ner/
uos:& ſanguinē de atomis poſſe concreſcere. Quid ſenſus:cogitatio:memoria:ingeniū:qbus ſeminibus co/
augumentari poſſunt? minutiſſimis inqt. Sunt ergo alia maiora. Quō igiť inſecabilia? Deniqꝫ ſi ex inuiſibili
bus ſint quæ uidenť:cur igiť nemo uidet? Sed ſiue inuiſibilia quæ ſunt in hoīe conſideret:ſiue intactibilia q̄
ueniunt ſub aſpectū:rōne utraqꝫ cōſtare qs nō uidet? Quomō ergo ſine rōne coeuntia poſſunt aliqd efficere
rōnale? Videmus enim nihil eſſe in omni mundo:qđ non habeat in ſe maximā mirabileqꝫ rōnem. Quæ qa
ſupra hoīs ſenſum & īgeniū eſt:cui rectius q̄ diuinæ ꝓuidentiæ tribuenda ē? An ſi ſimulacrū hominis & ſta
tuā rō & ars fingit:ipm̄ hoīem de fruſtis temere concurrētibus fieri putabimus? Et qd ſimile ueritatis in fi/
ctū:cū ſummū & excellens artificiū nihil aliud niſi umbrā & extrema corporis liniamēta poſſit imitari? Nū
potuit humana ſolertia dare operi ſuo aut motū aliquē:aut ſenſum? Omitto ſenſum uidendi:audiēdi: odo/
randi:cæterorūqꝫ membroꝝ:uel apparentium:uel latentiū mirabiles utilitates. Quis artifex potuit aut cor
hominis:aut uocē:aut ipſam fabricare ſapiam? Quiſq̄ne igiť ſanus exiſtimat:quod homo rōne & cōſilio fa/
cere non poſſit:id cōcurſu atomoꝝ paſſim cohærentium ꝑfici potuiſſe? Vides in quæ deliramēta inciderūt
dum nolunt effectionē curāqꝫ reꝝ deo dare. Cōcedamus tamen his:ut ex atomis fiant quæ terrena ſunt: nū
etiam cæleſtia? Deos aiūt incorruptos:æternos:beatos eſſe:ſoliſqꝫ dant īmunitatē:ne cōcurſu atomoꝝ con/
creti eſſe uideanť. Si enim deos quoqꝫ ex illis conſtituiſſent diſſipabiles fierent ſeminibus aliquādo reſolutis
atqꝫ in naturam ſuam reuertentibus. Ergo ſi eſt aliquid qđ atomi non effecerint: cur nō cætera eodem mo
do ītelligamus? Sed quæro anteq̄ mundum primordia iſta generarent:cur ſibi dii habitaculum non ædifi
cauerunt? Videlicet niſi atomi coiſſent cælumqꝫ feciſſent:adhuc dii per medium in aere penderent. Quo igi
tur conſilio:qua ratione de confuſo aceruo ſe atomi congregauerunt:ut ex aliis inferius terræ conglobaren/
tur:cælū deſup tendereť:tanta ſyderꝝ uarietate diſtinctum:ut nihil unq̄ excogitari poſſit ornatius? Tanta er
go q uideat & talia:pōt exiſtimare nullo effecta eſſe conſilio:nulla prouidentia:nulla rōne diuina: ſed ex ato/
mis ſubtilibus exiguis cōcreta eē tanta miracula. Nōne ꝓdigio ſimile ē aut natum eē hominē q hæc diceret:
aut extitiſſe q crederēt:ut Democritū:q auditor eius fuit:uel Epicuꝝ in quē uanitas oīs de Leucippi fonte ꝑ/
fluxit? At.n.(ſicut alii dicūt)natura mūdus effectus ē:q̄ ſenſu & figura caret. Hoc uero multo ē abſurdius. Si
natura mundū fecit:cōſilio & rōne fecerit neceſſe ē. Is.n.facit aliqd:q aut uoluntatē faciēdi habet: aut ſciētiā.
Si caret ſenſu ac figura quomodo pōt ab ea fieri:qđ & ſenſum habeat & figurā? Niſi forte qs arbitreť naturā
animalium fabricatā tam ſubtilē a nō ſentiente formari animariqꝫ potuiſſe:aut iſtā cæli ſpeciē tam prouidē/
ter ad utilitates uiuētium tēperatā neſcio quo caſu:ſine conditore:ſine artifice ſubito extitiſſe. Siquid inqt eſt
Chryſippus qđ efficiat ea:quæ homo licet rōne ſit præditus:facere nō poſſit:id ꝑfecto eſt maius:& fortius:&
ſapiētius hoīe. Homo aūt nō poteſt facere cæleſtia:ergo illud qđ hoc efficiet uel effecerit:ſupat hominē arte:
conſilio:prudentia:poteſtate. Quis igiť poteſt eſſe niſi deus? Natura uero quā ueluti mr̄em eē rerum putāt:
ſi mētem nō habet:nihil efficiet unq̄:nihil molieť. Vbi.n.nō eſt cogitatio:nec motus eſt ullus:nec efficacia. Si
aūt conſilio utiť ad incipiēdum aliqd:rōne ad diſponēdum:arte ad efficiendū:uirtute ad conſumandū:pote/
ſtate ad regēdū & cōtinendū:cur natura potius q̄ deus nomineť? Aut ſi concurſus atomoꝝ uel carēs mente
natura ea quæ uidemus effecit:quæro cur facere cælū potuerit: & urbē aut domū nō potuerit? cur montes
marmoris fecerit:colūnas & ſimulacra nō fecerit? Atq non potuerant atomi ēt ad hæc efficienda cōcurrere?:
ſiqdē nullā poſitionē relinquūt:quā non experianť. Nā de natura quæ mētem nō habet:nō ē mirādū: ꝙ hæc
facere oblita ſit. Quid ergo ē? Vtiqꝫ deus cum īchoaret hoc opus mūdi:quo nihil poteſt eē nec diſpoſitius ad
ordinē:nec aptius ad utilitatē:nec ornatius ad pulchritudinē:nec maius ad molē:quæ fieri ab homine nō po
terant fecit ipſe:ī qbus etiam hoīem ipſum cui particulā de ſua ſapīa dedit:& īſtruxit eū rōne quātū fragilitas
terrena capiebat:ut ipſe ſibi efficeret:quæ ī uſus ſuos eēnt neceſſaria. Si uero ī huius mūdi (ut ita dixerim) re/
publica nulla ꝓuidētia ē:quæ regat:nullus deus q adminiſtret:nec omnino ſenſus ullus ī hac reꝝ natura pol
let. Vnde igiť mēs humana tam ſollers:tam ītelligens orta eē credeť. Si.n.corpus hoīs ex humo factum ē un
de homo nomē accæpit: Animus ergo q ſapit:rector ē corporis:cui mēbra obſequunť tanq̄ regi & īperato/
ri:q nec aſpici:nec cōprehēdi pōt.non potuit ad hominē niſi a ſapiēte natura ꝑuenire. Sed ſicut omne corpus
mēs & aīus gubernat:ita & mūdū deus. Nec.n.ueriſimile ē:ut minora & humilia regimē habeāt: maiora &
ſumma nō habeāt. Deniqꝫ.M.Cicero in Thuſculanis & ī conſolatōe: Animoꝝ inqt nulla ī terris origo inue/
niri poteſt. Nihil ē inquit ī animis mixtum atqꝫ concretū:aut quod ex terra natum atqꝫ factū eſſe uideať: ni/
hilqꝫ humidum quod: aut flabile:aut igneum. His.n.naturis nihil ieſt:quod uim memoriæ:mētis: cogita/
tionis habeat:quo & præterita teneat:& futura prouideat:& complecti poſſit præſentia:quæ ſola diuīa ſunt.
Nec etiā īueniunť unq̄ unde ad hominē uenire poſſint:niſi a deo. Exceptis igiť duobus tribuſue calūniatori
bus uanis:cū cōſtet diuina prouidētia mundū regi ſicut & factus ē:nec ſit qſquā q Diagore Theodoriqꝫ ſen/
tentiam:uel Leucippi īane cōmētum:uel Democriti Epicuriqꝫ leuitatē præferre audeat auctoritati uel illoꝝ
ſeptēprioꝝ:q ſunt appellati ſapiētes:uel Pythagoræ:uel Socratis:uel Platonis:cæterorūqꝫ philoſophoꝝ q eē
prouidētiam iudicauerunt. Falſa igiť ē illa ſnīa:qua putāt terroris ac metus gr̄a religionē a ſapientibus īſtitu
tam:quo ſe hoīes īperiti a peccatis abſtinerēt. Quod ſi uerum ſit:ergo deriſi ab antiqs ſapiētibus ſumus. Qđ
ſi fallēdi noſtri atqꝫ adeo totius generis humani cauſa cōmētati ſunt religionē:ſapiētes igiť non fuerunt: qa ī
ſapiēte non cadit mēdaciū. Sed ſi fuerīt ſapiētes:quæ tanta fœlicitas mētiendi:ut nō modo īdoctos:ſed Plato
nē quoqꝫ ac Socratē fallerēt:& Pythagorā:Zenonē:Ariſtotelē maximarum ſectaꝝ prīcipes tam facile delu/
derent? Eſt igiť diuina ꝓuidētia ut ſenſerunt hi hoīes:quos noīaui:cuius ui ac ptāte oīa quæ uidemus:& fa/
cta ſunt:& reguntť. Nec enim tanta reꝝ magnitudo:tanta diſpoſitio:tanta ī ſeruādis ordinibus tēporibuſqꝫ

conſtãtia:aut olim potuit ſine prouido artifice oriri:aut cõſtare tot ſæculis ſine incola potenti:aut in perpetuum gubernari ſine ꝑito:ac ſine rectore:qđ rõ ipſa declarat.Quicqd eſt eni quod habet rõnẽ:rõne ſit ortũ neceſſe eſt.Rõ autẽ ſentiẽtis ſapientiſq; natura:nihil aliud põt eſſe q̃ deus.Mũdus autẽ quoniã eã rõnẽ hẽt: qua & regiť & conſtat:ergo a deo factus eſt.Quod ſi eſt conditor rectorq; mundi deus:recte igiť ac uere religio conſtituta eſt.Auctori enim rerum parẽtiq; cõmuni honos ueneratioq; debeť.

Vtrum unius dei an pluriũ deoꝝ prouidentia mundus regať & conſtet. Cap. XI.

QVoniã cõſtitit de ꝓuidentia:ſequiť ut doceamus utꝝ ne multoꝝ eſſe credẽda ſit an potius unius. Satis (ut opinor) oſtẽdimus in nr̃is iſtitutõibus deos multos eẽ nõ poſſe:q; diuina uis ac ptãs ſi diſtribuať in plures:diminuiť utiq; & mortalis eſt.Si uero mortalis non ẽ:nec minui nec diuidi poteſt.Deus igr̃ unus eſt: i quo uis & ptãs cõſumata eſt:nec minui põt nec augeri. Si aũt ſunt multi: dũ habẽt ſinguli ptãtis aliqd ac numinis:ſumma ipſa decreſcit:nec poterunt ſinguli hr̃e totũ: qđ eſt cõe cũ pluribus:unicuiq; tãtũ deerit:qtũ cæteri poſſidebũt.Nõ poſſunt igiť i hoc mũdo multi eſſe rectores:nec i una domo multi domini:nec i naui una multi gubernatores:nec i armento aut grege duces multi: nec i uno regimĩe multi reges.Sed ne i cælo qdẽ multi ſoles eẽ potuerũt: ſicut nec aĩæ plures i uno corpore: adeo in unitate natura uniuerſa cõſentit.Quod ſi mundũ. Spiritus ĩtus alit:totãq; ĩfuſa ꝑ artus Mẽs agitat molẽ:& magno ſe corpe miſcet:Apparet teſtimonio poetæ unũ eẽ mũdi habitatorẽ deũ. Siqdẽ corpus oẽ niſi ab una mente ĩcoli regiq; nõ põt.Oẽm igiť diuinã ptãtẽ neceſſe eſt in uno eẽ:cuius nutu & ĩperio regaņť oĩa:& iõ tãtus ẽ ut ab hoĩe nõ poſſit aut uerbis enarrari:aut ſenſibus æſtimari.Vnde igiť ad homines opinio multoꝝ deoꝝ ꝑſuaſiõe ꝑuenit? Nimiꝝ hi oẽs q colũt ut dii:hoĩes fuerũt:& iidẽ primi ac maximi reges : ſed eos aut ob uirtutẽ qa ꝓfuerãt hoĩum generi:diuinis honoribus affectos eẽ poſt mortẽ aut ob beneficia & ĩuẽta:qbus humanã uitã excoluerãt : ĩmortalem memoriã cõſecutos qs ignorat? Nec tantũ mares: ſed & fœminas.Qđ cũ uetuſtiſſimi Græciæ ſcriptores:quos illi theologos nũcupãt:tũ ẽt Romãi græcos ſecuti & imitati docẽt:quoꝝ præcipue Euhemerus ac noſter Ennius:q eoꝝ oĩum natales:cõiugia:ꝓgenies:imperia:res geſtas:obitus:ſimulacra demonſtrãt.Et ſecutus eos Tullius tertio de natura deoꝝ libro diſſoluit publicas religiões:ſed tamẽ uerã quã ignorabat:nec ipſe nec alius qſq̃ potuit ĩducere.Adeo & ipſe teſtatus ẽ falſum qdẽ apparere:ueritatẽ tamẽ latere.Vtinã inqt tã facile uera ĩuenire poſſem:q̃ falſa cõuincere.Qđ qdẽ nõ diſſimulanter ut Academicus:ſed uere atq; ex animi ſnĩa ꝓclamauit:qa ueritas humanis ſenſibus erui nõ põt:qđ aſſeq uoluit humana ꝓuidẽtia:id aſſecutus eſt:ut falſa detegeret.Quicqd.n.fictũ & cõmentitiũ:qa nulla rõne ſubnixũ eſt:facile diſſoluiť.Vnus ẽ igr̃ prĩceps & origo reꝝ deus:ſicut Plato ĩ Timeo & ſenſit & docuit:cuius maieſtatẽ tantã eẽ declarat:ut nec mẽte cõprehẽdi:nec lĩgua exprimi poſſit.Idẽ teſtať Hermes:quẽ Cicero ait in nũero deoꝝ apud ægyptios hẽri:eũ.ſ.q ob uirtutẽ multarũq; reꝝ ſciam Triſmegiſtus noĩatus:& erat nõ mõ Platone:ueꝝ Pythagora ſeptẽq; illis ſapiẽtibus lõge antiqor.Apud Xenophontẽ Socrates diſputãs ait formã dei nõ oportere conqri. Et Plato ĩ legũ libris:Quid oĩno ſit deus nõ eẽ qrendũ:qa nec ĩueniri poſſit:nec enarrari.Pythagoras quoq; unũ deũ cõfiteť:dicẽs ĩcorporalẽ eſſe mentẽ:q̃ ꝑ omnẽ reꝝ naturã diffuſa & ĩtẽta:uitalẽ ſenſum cũctis aĩantibus tribuat.Antiſtenes aũt in Phyſico unũ eẽ naturalẽ deũ dixit:qͧuis gẽtes & urbes ſuos habeãt populares.Eadẽ fere & Ariſtoteles cũ ſuis ꝑipatheticis:& Zeno cũ ſuis ſtoicis.Lõgũ ẽ.n.ſingulorũ ſnĩas exeq:licet diuerſis noĩbus ſint abuſi:ad unã tamen ptãtẽ quæ mundũ regeret:cõcurrerũt. Sed tamẽ ſummũ deũ cum & philoſophi:& poetæ:& ipſi deniq; q deos colũt:ſæpe fateãť:de cultu tamẽ & honoribus eius nemo unq̃ reqſiuit:nemo diſſeruit ea.ſ.ꝑſuaſione:qua ſemꝑ beneficũ ĩcorruptũq; credẽtes: nec iraſci eũ cuiq̃:nec ullo cultu ĩdigere arbitrabanť:adeo religio eſſe nõ poteſt:ubi metus ullus eſt.

Euhemerus · Ennius · Tullius · Plato · Hermes · Xhenophon. · Pythagoras · Antiſthenes · Ariſtote. · Zeno

Quod religio ſit:& hominis ſit. Cap. XII.

NVnc quoniã reſpondimus impiæ quorundã deteſtabiliq; prudentiæ uel potius amentiæ : redeamus ad ꝓpoſitũ.Diximus religione ſublata:nec ſapiam teneri poſſe:nec iuſticiã:dũ diuinitatis intellectus quo differimus a bæluis:ĩ hoĩe ſolo repiat iuſticiã : q̃ niſi cupiditates nr̃as deus q falli nõ põt:coercuerit:ſcelerate ĩpieq; uiueremus.Spectari ergo actus noſtros a deo : nõ mõ quo ad utilitatẽ cõis uitæ attinet:ſed etiã ad ueritatem:qa religione iuſticiaq; detracta:uel ad ſtultitiã pecudũ amiſſa rõne deuoluimur:uel ad beſtiaꝝ ĩmanitatẽ:ĩmo uero amplius:ſiqdẽ beſtiæ ſui generis aĩalibus parcunt.Quid erit in hoĩe truculẽtius:qđ ĩmitius ſi dẽpto metu ſupiore:uim legũ aut fallere potuerit:aut cõtẽnere? Timor igiť dei ſolus ẽ:q cuſtodit hoĩum ĩter ſe ſocietatẽ:ꝑ quẽ uita ipa ſuſtineť:muniť:gubernať.His aũt timor auferť:ſi fuerit hoĩ perſuaſum q; iræ ſit expers deus:quẽ moueri & indignari nõ modo cum iniuſta fuerit cõis utilitas:ſed etiam ratio ipſa & ueritas perſuadet.Rurſus nobis ad ſuperiora redeundum eſt:ut quia docuimus a deo factum eſſe mundum:doceamus quare ſit effectus.

Quod omnia tam bona q̃ mala hominis gratia facta ſunt. Cap. XIII.

SI cõſideret aliqs uniuerſam mũdi adminiſtrationẽ:ĩtelliget ꝑfecto q̃ uera ſit ſnĩa ſtoicoꝝ: q aiunt nr̃a cã mundũ eẽ cõſtructũ.Oĩa eni qbus cõſtat:quæq; generat ex ſe mundus:ad utilitatẽ hoĩs accõmodata ſunt.Homo utiť igni ad uſum calefaciẽdi:& luminis:& coquendoꝝ ciboꝝ: ferriq; fabricandi.Vtiť fontibus ad potũ:& ad lauacra:fluminibus ad agros irrigãdos:terminãdaſq; regiones.Vtiť terra ad ꝑcipiendã frugũ ubertatẽ:collibus ad cõſeruãda uineta:mõtibus ad uſum arborũ atq; lignoꝝ.Vtiť mari nõ ſolũ ad cõmercia & copias ex lõginqs regiõibus ferẽdas:ueꝝ ẽt ad ubertatẽ oĩs generis piſciũ.Qđ ſi his elemẽtis utiť:qbus ẽ ꝓxius:nõ ẽ dubiũ qn & cælo:quoniã & cæleſtiũ reꝝ officia ad fertilitatẽ terræ ex q̃ uiuimus:tẽperata ſunt.Sol irregetis curſibus & ſpatiis ineq̃libus:orbes ãnuos cõficit:& aut oriẽs diẽ ꝓmit ad laborẽ:aut occidẽs noctẽ ſupinducit ad requiẽ:& tũ abſceſſu longius ad meridiẽ:tũ acceſſu propius ad ſeptentrionẽ:hyemis & æſtatis uiciſſitudines facit:ut & hybernis humoribus ac pruinis in

